Epigrammatum DELECTUS

Ex omnibus
Tum Veteribus, tum Recentioribus

POETIS

Accuratè decerptus.

Cum *Dissertatione*, de verâ *Pulchritudine* & adumbratâ, in quâ ex certis Principiis Rejectionis & Selectionis Epigrammatum causæ redduntur.

Adjectæ sunt elegantes *Sententiæ* ex antiquis Poetis parcè sed severiori judicio selectæ.

Cum brevioribus *Sententiis* seu *Proverbiis* ex Autoribus Græcis & Latinis.

Quibus hâc Septimâ Editione,

Subjungitur *alterius Delectûs Specimen* ex nuperis maximè Poetis ab Electoribus prætermissis.

In usum Scholæ *Etonensis*.

LONDINI:
Impensis *Guil. Innys*, ad Insigne Principis in Cœmeterio D. *Pauli*. MDCCXI.

a
i

PRÆFATIO.

I. Operis consilium & utilitas.

CUM in adolescentibus instituendis duo spectari debeant, studia & mores, utrisque nos hoc colligendorum Epigrammatum labore inservire voluimus. Morum tamen præcipua apud nos cura, quia gravior, eorumque potiss. mùm causâ ad hoc operis suscipiendum impulsi sumus, ut quantum in nobis situm erat, unum quasi ostium obstrueremus, quo in multorum animos certissima pestis illabitur.

Scilicet non levi nos dolore semper affecit infelix tot adolescentium casus, qui ad impurorum librorum lectionem curiositate primum allecti, hinc primos dæmonis afflatus hauriunt, & sic amissâ mentis castimoniâ, totâ deinde serie consequentis ætatis præceptam in tenera ætate pravitatem novis accessionibus tumulant.

Tanti, tamque præsentis exitii una provisio est, si penitus ab illis pestilentibus libris arceantur. Sed quoniam in iisdem multa sunt non mediocris elegantiæ, nec exiguæ utilitatis; quorum specie plerique ad eorum lectionem cum tanta sua pernicie illiciuntur, his penitus fraudare adolescentes durius, & ad illos ab iis abstrahendos alienius videbatur.

Optimum ergo semper eorum institutum esse judicavi, qui ex antiquorum libris obscæna resecare, studuerunt, eorumque nobis exemplum exequi, & simili beneficio juventutem promereri in votis fuit. Cumque non alios pernicioſiores nossem, quam Epigrammatum scriptores, qui fœditatem suam, quo magis in animos penetret, jocis

& ſalibus acuunt, eam mihi præcipuè partem ſelegi perpurgandam.

Hoc conſilio Catullum & Martialem in hoc genere ſummos, in manus ſumſi, cæteros deinceps luſtraturus. Ibi verò cohorrui, fateor, ad tot ſpurcitiarum aſpectum, vehementerque indignatus ſum tam abominandos ſcriptores in Chriſtianorum, ne dicam in puerorum manibus relinqui, quos jam diu æterna oblivione ſepultos & vindicibus flammis expiatos decebat.

Sed enim ut in viperis non omnia noxia, quædam etiam ad ſalutem accommodata, ſic non ubique illi virulenti ſunt, aliquando etiam innoxiè feſtivi; interque tot venena videre eſt pulcherrimos flores, & clariſſimarum ſententiarum fructus. Eos mihi decerpere curæ fuit, ne quis illorum ſpecie captus, imprudenter inter tot peſtes ſe demitteret; nec jam ullus bonis adoleſcentibus color eſſet, cur hos libros habere aut tractare averent.

II. Cur in Catullo & Martiali excerpendis minor quam in aliis adhibita ſeveritas.

Hic verò anceps me diu deliberatio tenuit, quo pacto hunc delectum ita concinnarem, ut ſimul judicio prodeſſet & moribus. Duæ enim occurrebant viæ inter ſe oppoſitæ, ac ſuis quæque difficultatibus impeditæ: Prima, ut omnia promiſcuè nihil obſcœni habentia colligerem: Altera, ut contempto mediocrium Epigrammatum numero, elegantiſſima demum quæque ſecernerem.

Prior multo expeditior & minus laborioſa; at eadem parùm excolendis ingeniis opportuna. Latent enim in vulgarium lapillorum turbâ pretioſæ gemmæ, nec verum & urbanum ſalem ab illiberali dicacitate rudia puerorum ingenia facilè ſecernunt, ſi hæc confuſa ſimul & indiſcreta objiciantur. Blandiebatur mihi prima fronte poſterior, quippe qui ex Quintiliano didiciſſem optimis pueros ſtatim aſſuefaciendos; poſt tamen re maturius conſideratâ, difficiliorem illam, nec ſatis propoſito noſtro conſentaneam, reperi.

Primùm

Primùm enim excellentium illorum Epigrammatum tanta paucitas extitiſſet, ut merito veritus ſim ne nimis gravem hic libellus nimii faſtidii ſubiret invidiam, dum omiſſum quiſque quereretur, quod ſuâ opinione pulchrum eſſet. Deinde ne optima quidem ſatis elucent, niſi ex comparatione deteriorum; nec minus ſæpe utilia ſunt vitiorum quam virtutum exempla, cùm magna ſit judicii pars noſſe quid vitandum ſit. Poſtremò, quod præcipuum reor, non ſatis compeſceretur curioſitas adoleſcentium, ſi præter ea quæ decerpſimus, multa alia culta & faceta in his libris remanſiſſe cognoſcerent. Ergo cùm neutra meritò mihi placeret via, neceſſariò arripienda fuit quædam inter utraſque interjecta, illius licentiam fugiens, hujus ſeveritatem declinans, vel potiùs indulgentâ utens ubi neceſſarium fuit, ſeveritate, ubi liberum: quod à nobis quadam ratione perfectum, cujus hic certiorem fieri lectorem non erit alienum.

Inter Epigrammatum Scriptores facilè principem locum obtinet Catullus & Martialis: ille orationis munditie, hic acumine & ingenio præſtans: iidem porrò tam infandis ſordibus referti, ut nihil deteſtabilius fieri poſſit. Ab his ergo cum maximè prohiberi adoleſcentes opus eſſet, ut id ipſi mollius ferrent, tantâ indulgentiâ Catullum ac Martialem exeerpſimus, nihil ut apud illos relinqueremus, niſi viliſſimas quiſquilias vel peſtiferæ obſcænitatis ſordes, quibus qui ſe doleat eſſe privatum, non pravo tantùm ſe, ſed inſulſo ingenio eſſe teſtetur.

Quare ſicubi fortè lector in his quæ decerpſimus vel frigidius acumen, vel aliuſmodi vitium offenderit, nihil eſt quod judicium noſtrum eâ re culpet. Non enim iſta nos non vidimus vitia, ſed iis propter illas quas diximus cauſas parcendum eſſe putavimus. Verùm ne hæc noſtra facilitas cuiquam noceat, præfixo in limine Martialis indiculo, elegantiſſima quæque notabimus, & in præfixa Epigrammatibus Diſſertatione eas conſtituemus regulas, ex quibus quid de quovis Epigrammate ſentiendum ſit, facilè poſſit intelligi.

Poſt Martialem verò, quia ſcriptores nec ita ſpurci, nec ita ab adoleſcentibus expetiti ; liberam nobis, imò neceſſariam eſſe duximus accuratioris judicii veniam. In immenſum enim excreviſſet hic liber ſi omnia tolerabilia colligere vellemus. Quare multo jam reſtrictiores difficilioreſque fuimus, ut illa promiſcuæ farraginis incommoda vitarentur : ac niſi Epigramma aut elegans eſſet, aut aliquid contineret ſcitu dignius, nihil eſſe cauſæ viſum eſt, cur eo fruſtra hunc libellum onetaremus.

III. Cur nonnullis mediocribus Epigrammatis aditus nonnunquam in hunc delectum patuerit.

Tatendum tamen id quod res eſt, Lectoribuſque jam inde à limine prædicendum, ne in iſta quidem paucitate ſummam, & ab omni emendatam vitio pulchritudinem expectandam. Primùm quod vix aut nuſquam illa quam quærebamus abſolutio & perfectio comparuit, ut ſi iis demum in hunc delectum aditus patuiſſet, in quibus nihil eſſet reprehendendum, non jam aliquorum ſelectione, ſed omnium pene rejectione opus ſuiſſet. Deinde quod in nonnullis vel memorabilem eventum, vel clari alicujus viri elogium complectentibus, utilitatem magis aliquanto, quam elegantiam ſecuti ſumus, de quo multis in locis Lectorem, ac præſertim in Cæſaribus Auſonii commonefecimus : Poſtremo ne quid diſſimulem, nonnullas hic etiam partes fortuna invitis nobis habuit ; ſed habuit tamen. Non ut ſæpe Judicibus uſu venit, ut poſtquam ex legum ſeveritate continenter in plures animadverterunt, ex ipſa ſuppliciorum frequentia mitigentur, & cum nihilominus nocentibus, remiſſius tamen, & clementius agant : ſic nos quoque cùm ex aliquo ſcriptore magnum Epigrammatum numerum acri cenſurâ rejeciſſemus, neſcio qua ſubibat miſericordia, ipſiuſque ſeveritatis faſtidium ; ac ſic affectis ſi quod occurreret aliquid argutiæ præ ſe ferens, licèt fortè quibuſdam rejectis non melius, tamen repulſam eandem non ferebat. Factum id aliquando non negamus, ſed rariſſimè, nec ferè uſquam, niſi admonito Lectore.

IV.

IV. Quantum diligentiæ in excerpendis Epigrammatis adhibitum ſit.

Porro ut vilius aliquod Epigramma ob eas quas diximus cauſas in hunc delectum potuit irrepere; ſic fortè è diverſo contigit, ut nos aliqua, vel elegantiſſima, fugerint; ſive à nobis omnino lecta non ſint, ſive ut fit, inter legendum minus animadverſa; de quo ſi quis nos admonere non gravetur, dabimus operam ut ne ipſum nos admonuiſſe pœniteat. Nec tamen ſi cujuſquam Poetæ, aut nulla, aut pauca admodum Epigrammata in hunc delectum aſcita ſunt, ideo ſtatim colligendum vel illum à nobis ignoratum, vel certè indiligentius lectum. Hoc enim nos è contrario verè nobis videmur poſſe profiteri; acceptius longe hoc opus eruditis Lectoribus fore, ſi noſſent quâ diligentiâ & patientiâ in conquirendis & excerpendis Epigrammatum Scriptoribus verſati ſimus. Patientiam dico, quia & tam multi & maximam partem ſic inſulſi ſunt, ut ineptiſſimus ſit qui tot ineptias ſine tædio & faſtidio legat. Nos tamen ad hanc moleſtiam alacrius ferendam aliorum utilitas hortata eſt, quos noſtro labore tantâ moleſtiâ liberari poſſe ſperavimus. Hac ego ſpe & animo innumeros pene ſcriptores variarum ætatum & regionum; & in iis ad viginti Epigrammatum millia contrivimus, è quorum plurimis tamen nihil omnino decerptum eſt, & ideo ab eorum nominibus referendis abſtinebimus, ne qui eos ornare non poſſumus, ad ignominiam nominaſſe videamur: hoc tantum obiter admonebimus Lectorem, vix quicquam nobis in hoc genere ineptius viſum, quam illas quas Germanorum Poetarum delicias vocant, ingentibus voluminibus ingentem abſurdiſſimorum Epigrammatum numerum complexas, & cujuſdam Lancini Curtii obſcœniſſimum ſimul & contemtiſſimum librum pluſquam licet duobus Epigrammatum millibus conſtans. Erant in aliis quædam tolerabiliora, quæ tamen in hunc librum congeri, operæpretium non eſt viſum. Hæc enim vulgaria melius omnino

neſciuntur, quàm cum meliorum ſtudiorum diſpendio diſcuntur; ut omittam multitudine mediocrium verſuum onerari mentem, ac paulatim pulchri judicium amittere; atque ita hunc mediocritati aſſueſcere, ut vix unquam majus aliquid & grandius conari queat. Unde ad ſolidam eruditionem tendentibus nihil utilius præcipitur, quam ut multa exiliora æquo animo ignorent, nuſquamque magis locum habet ſapiens illud Grotii dictum; Neſcire quædam magna pars ſapientiæ.

V. De ſententiarum delectu ad calcem Epigrammatum adjecto; ejus utilitas, uſus, abuſus.

Reſtat ut de noſtrâ Sententiarum ex antiquis Poetis ſelectione pauca dicenda ſint, quam ideo cum Epigrammatis conjunximus, quod magnam hæc inter ſe cognationem habeant. Eſt enim ſententia velut epigramma brevius, cum præcipua Epigrammatis pars, nempe clauſula ferè ejuſmodi ſententiis conſtet. Cæterùm tenuem hunc laborem & contemtum bene multis viſum iri ſat ſcio qui has γνωμολογίας ferè ad ſcholarum umbras relegant, & puerilem eruditionem redolere exiſtimant. Quem in ſenſum, credo, nonnullorum eos inſulſitas adduxit qui poeticas ſententias ſine delectu, ſine judicio crepant, & temerè quovis inferciunt. Verum nobis ſpreto iſtorum abuſu, rem ipſam per ſe ſpectantibus aliud longè judicii eſt. Nec modo hæc illuſtrium ſententiarum ſelectio non contemnenda, ſed è contrario perutilis, & digna in primis videtur quæ non ab adoleſcentibus tantum, ſed a viris etiam firmati judicii ſtudiosè tractetur.

Quid enim in librorum lectione ſequimur, niſi ut judicium noſtrum alamus & conformemus? Quid autem ad id aptius quàm ejuſmodi ſententiæ, quæ totidem quaſi principia & pronunciata ſint, ex quibus de pleriſque humanæ vitæ officiis ac negotiis rectum ac verum judicium ferri poſſit? Quanti autem numerandum quod illæ gemmæ ex ingenti nugarum acervo, in quibus permixtæ jacebant, extractæ

extracta ſunt? Nam quod ſic avulſa minus aliquanto delectant, quàm cum in librorum continuatione leguntur, non tamen idcirco hic delectus aſpernandus eſt. Delicatiùs enim in ſtudiis verſamur, ſi levi voluptatis deceſſione magnam utilitatis acceſſionem redimere nolimus. Magnam autem prorſus affert illa ſelectio, in qua exiguo labore diſcere eſt quidquid ornatius, brevius, verius à Poetis ſcriptum eſt, quæ quidem apud pleroſque Poetas legere nec mediocris operæ & grandis periculi res ſit, propter innumeras ipſorum falſas obſcænaſque ſententias.

Cavenda ſunt tamen ea vitia quæ multos à ſententiis ejuſmodi abalienant; imprimiſque nè tritæ nimis ac pervulgatæ producantur. Sunt enim quædam eximiæ licèt quæ frequentiore uſu putidæ quodammodo & odioſæ factæ ſunt; ſed has ob id ipſum noſſe convenit, ut vitandas noveris. Deinde otioſum perinde eſt uti vulgaribus, ac vulgaria neſcire.

Alterum cautionis præceptum, nè crudæ quædam modo quovis ingerantur. Quod vitium nunc infrequentius, olim indoctioribus temporibus ita frequens fuit, ut etiam in quorundam, graviſſimorum cæteroquin virorum ſcripta irrepſerit, ut Joannis Sarisberienſis, qui ejuſmodi poeticas lacinias ſæpe ad nauſeam congerit. Ac ille quidem in hoc apertè vitioſus, nec tamen ideo ſimiliter accuſandus quiſquis aliquem ex Poetis locum protulerit. Eſt enim ubi id decenter fiat, uti rectè nonnunquam ab Auguſtino, nonnunquam etiam à Bernardo factum eſt. Quamquam ſi eſt verè dicendum, in gravi & ſeria oratione fugiendum id potius quàm affectandum. Itaque præcipuus ſententiarum fructus, non tam in iis laudandis ſitus, quàm in excolendo ingenio, quod ejuſmodi pronunciatis mirabiliter tum inſtruitur ad judicandum, tum ad inveniendum acuitur. Hic eſt verus ſententiarum uſus, hæc abuſûs declinandi ratio, quo declinato, nihil utilius aut præſtantius. Nec vero quod illæ ferè ſemper ex Ethnicis petantur, ideò minoris æſtimandæ ſunt. Non enim quæ apud Ethnicos veritas reperitur, ideo Ethnica eſt, aut ideò veritas non eſt:

Semper

Semper illa ex æterno & incorrupto defluit ſolo, qui licèt Chriſtianos abundantiori lumine perfuderit, tamen Ethnicis non ita ſe ſubtraxit, ut illos penitus a luce ſua ſecluderet. Quod etiam gravibus & eruditis Theologis, quandocunque ipſorum libros attingunt, pias & utiles commentationes ſuppeditat, dum ſecum conſiderant quid Ethnici cognoverint, quò progreſſi ſint, ubi ſubſtiterint, & quàm longè obſcuris illis veritatis ſcintillis quæ apud Ethnicos fulſerunt revelatum fidei lumen excellat.

Hanc verò maximam ſanè utilitatem ex hoc illi delectu commodiſſimè capient, in quo breviter collecta cernuntur, quæ ab Ethnicis veriſſimè de moribus ſcripta ſunt. Itaque quò plenior eſſet, viſum eſt adjungere etiam brevem illarum ſententiarum faſciculum, quæ quia in ore ſunt omnium, ideo proverbia dicta ſunt, quod genus licèt apud noſtros ſorduerit, propter verborum, quibus vernacula proverbia conſtant, ruſticitatem, tamen apud alias gentes, & præſertim apud Hiſpanos magno pretio eſt. Et certè dum fugiatur modo illorum abſurditas, qui proverbia paſſim ingerunt, non video cur ob id contemnendæ ſint præclaræ per ſe ſententiæ, quòd eæ vita communis crebrius terat, cùm non ob aliud ſic terantur, quàm quia longè veriſſimæ etiam vulgo viſæ ſint. Hinc Auguſtinus vulgare proverbium in Concione ſacra afferens, Sæpe, *inquit,* lingua populariſ eſt doctrina ſalutaris. *Cæterùm nè id quidem incommodi habent quas nos hic exhibemus. Nam quas ex Eraſmò ſumſimus, eruditorum potiùs quàm vulgi ſententiæ ſunt, imo pleræque ab illuſtri quodam auctore ſemel ſcriptæ, non communi ſermone contritæ. Quas verò ex Hiſpanis & Italis decerpſimus, ſunt quidem apud illos vulgares, at noſtris contrà vulgo ignotæ, ut ſimul & veritatis utilitatem habeant, & gratiam novitatis. Nec diffiteor aliquas identidem levioris notæ admixtas eſſe; vix ulla tamen credo reperietur quæ ſuâ prorſus utilitate careat.*

VI. De

PRÆFATIO.

VI. De notis ac titulis Epigrammatum.

Atque hoc de ipso tum Epigrammatum, tum Sententiarum delectu, nunc de cæteris quæ nos ad hunc libellum contulimus breviter dicam. Imprimis ad multa utile putavimus ne sine quibusdam notis prodiret in vulgus, cùm sæpe in epigrammatis aliquid obscuritatis insit, quæ totam illorum corrumperet gratiam, nisi lumen quo illustraretur præsto esset; sed illæ nostro labori non semper acceptæ ferendæ sunt. Nam Martiali apposita Farnabio debentur scriptori diligenti & erudito. Nonnullas tamen ex illis resecare, alias etiam nonnunquam adjicere ausi sumus, si quando ille vel aliquod omisisse, vel parum, vel nimis explanasse videretur; omnem tamen illarum laudem, si quæ in tam levibus esse laus potest ad ipsum libenter ac merito transcribimus.

Reliquis Epigrammatis, quoniam aliunde non suppetebant, notas addimus sed parcè, & iis tantùm locis quæ lectorem morari possent. Vehementer enim ingentibus illis commentariis infensi sumus, in quos homines otio abundantes quicquid didicerint, sine judico inculcant. Si quis tamen locus inter scribendum ex aliquo scriptore sub styli acumen subiret, qui cum epigrammatis sententiâ congrueret, non semper repudiavimus, sed hujus rei hunc modum adhibuimus, ut hujusmodi loca conquireremus nunquam, oblata non usquequaque resutaremus; quæ tamen ipsa, si quis gravabitur, omissis illis fastidio suo si libet obsequatur.

Plerisque autem locis Epigrammatum titulos mutavimus, præcipuè ubi ficta aliqua aut ignobilis persona esset inscripta. Nam cum hæc sit illorum utilitas, ut nos in totius epigrammatis memoriam redigant, & ut hoc veluti indicio, si quid fortè requiras, in indice possis facilè reperire: utrumque qui præstare potest, ridiculus Gargiliani, *aut* Ceciliani *titulus, qui cum sententia nihil habeat affine, nec ipsam ullo vestigio demonstret. Ergo his amo-*

tis

tu alios ſubſtituimus qui vim epigrammatis quam maximè fieri potuit declarent, quod quam ſit difficilè nonnunquam, præſertim ubi denſi ſenſus, non alius perſpicere poterit, niſi qui reipſa ſit expertus.

Verùm ut ex hujus libelli brevitate eum quem longè maximum exiſtimamus excolendi judicii fructum capiat lector, operæ me pretium facturum reor, ſi ante omnia hîc illas exponam regulas quibus in epigrammatum ſelectione uſi ſumus; eas verò nos non ex ingenio vel ex ſolis hauſimus antiquorum libris, ſed quod longè potius ex virorum omni eruditione præſtantium, & multo vitæ elegantioris uſu vera urbanitatis intelligentium ſermonibus, quos in his epigrammatis expendendis in conſilium adhibuimus: Itaque illorum hîc, non noſtra judicia videbit Lector, eaque, modo ipſe non iniquus ſit, æqua, ni fallor, & accurata eſſe perſpiciet.

DISSER-

DISSERTATIO

De vera pulchritudine & adumbrata, in qua ex certis principiis, rejectionis ac selectionis, Epigrammatum causæ reddunturs.

Autore [illegible] Rhodwick

I. Cur in dijudicanda pulchritudine tam varient hominum sententiæ.

Pulchri descriptio & fons.

TANTÆ opinionum varietatis quâ in dijudicandâ scriptorum elegantiâ distrahi videmus etiam eruditos, ea mihi videtur esse causa, quòd nulli ferè rationem consulunt, & ex veris certisque principiis res expendunt, sed omnes temerè conceptam opinionem, ac impressum sibi sine animadversione ac judicio sensum in judicando sequuntur. Sic factum ut de formandâ & accuratè cognoscendâ veræ pulchritudinis ideâ, ex quâ deinde cætera metirentur, pauci admodum laborarint, sed ut quidque animum nescio quâ voluptate mulcebat, statim id pulchrum esse pronunciarint. Et tamen eâ regulâ nihil fallacius aut incertius, falsa enim & ementita pulchritudo imbutas pravis opinionibus mentes voluptate quadam afficit, easdemque verâ & solidâ sæpe non afficit. Itaque nil tam deforme est, quod non alicui placeat, nihil contrà tam undique pulchrum, quod non alicui displiceat. Sic ad ridicula cantica videmus exultare rusticos, & ad ineptos histrionum jocos

jocos tota nonnunquam theatra conclamant. Sic contrà non deſunt quos Virgilius ac Terentius, quibus nil habent literæ elegantius, aut nil tamen, aut parum delectet; Tanta in conſuetudine & anticipatis opinionibus vis eſt, ad delectationem vel afferendam vel amovendam. Ergo ut ab illâ inconſtanti opinionum turbâ recedatur, ad rationis lumen, quod unum certum ac ſimplex eſt, accedendum eſt, ac illius ope vera illa ac ſincera pulchritudinis ſpecies inveſtiganda, quâ quicquid impreſſum eſt verè pulchrum & elegans eſt, à qua contrà quicquid abhorret deforme & inelegans meritò dicendum.

Ea porrò rectà nos ad naturam deducet, & id generatim pulchrum eſſe decernet, quod tum ipſius rei naturæ, tum noſtræ etiam conveniat. Quòd enim, verbi gratiâ, corpus aliquod aliquâ parte vel redundans vel diminutum deforme habeatur, inde eſt quòd abhorreat à natura, quæ integritatem partium ſuarum depoſcit, ſuperfluitatem aſpernatur. Omnium ferè quæ deformia cenſentur eadem ratio: ſemperque in illis animadvertere eſt vitium aliquod à naturâ rectè conſtitutâ diſſidens. Nec tamen rem, ut pulchra dicatur, ſuæ quamque naturæ congruere ſatis eſt, niſi etiam noſtræ conveniat. Hæc enim animo conſtans & corpore ſenſibus prædito, utrâque parte certas propenſiones & offenſiones habet, quibus vel alliciatur, vel abalienatur: Itaque viſus certis coloribus jucundus movetur, auditus certo ſonorum genere ducitur; animam etiam quædam delectant, quædam offendunt, prout quæque affectibus ejus vel conſenſerint vel repugnârint. Nec tamen quælibet hic natura intelligenda eſt, cum quædam diſtortæ, depravatæ, vitioſæ ſint; ſed emendata & bene compoſita, ex cujus tantùm propenſionibus de pulchritudine, & venuſtate judicandum.

Hujus autem veræ pulchritudinis ea vis eſt, ut non fluxa, mutabilis, temporaria ſit, ſed conſtans, certa, perpetua, omnibuſque ſeculis peræquè placeat. Quamvis enim reperiantur tam pravo ingenio nonnulli ut eam deſpiciant; tamen & ii pauci ſunt, & ratione poſſunt adveritatem

veritatem revocari, cùm falsa illa pulchritudo licèt tantisper habeat amatores suos, tamen illos non diu retineat, ipsi naturâ, quæ deleri non potest, quoddam ejus sensim fastidium ingenerante. *Opinionum enim*, ut præclarè Cicero, *commenta delet dies, naturæ Judicia confirmat.*

Hæc si ad orationem transferri placeat, eam verè pulchram esse dicimus, quæ tum ipsarum rerum naturæ, tum sensuum animique nostri propensionibus convenit; atque ut in oratione sonus, verba & sententia spectantur, illorum omnium cum duplici illa natura consensus ad pulchritudinem requiritur, quæ nobis ideo sigillatim, explicanda sunt; ac primum de Sono.

DE SONO.

Rara ejus venustas in imitatione rerum, frequens in suavitate. Naturalis ejus mensio in auribus.

Primam illius naturalis pulchritudinis partem in Sono locavimus, quem à verbis in eo distinguimus, quod in verbis spectetur proprietas & significationis ἰσότης; in Sono jucunditas vel asperitas aures vel mulcens, vel offendens, aut quædam quasi rerum imitatio, qua tristia flebiliter, incitata celeriter, aspera asperè dicuntur; atque hæc quidem dum oratio pronunciatur frequenter apparet; in scriptis autem, de quibus propriè dicimus, infrequentiuus: quanquam Virgilius admodum feliciter nonnunquam rerum ipsarum sonum, celeritatem, tarditatem carminis sono adumbravit. Nam illud, verbi gratia, cùm audis, *procumbit humi bos*; nonne tibi videris corruentis bovis obtusum illum sonum audire? Aut hunc legis versum *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* Nonne currentium equorum sonitus aures quodammodo verberat; Sed hoc, ut dixi, rarum, nec ferè ab ullo Poetâ quàm à Virgilio observatum. Itaque maxima soni ac maximè vulgaris virtus est in delinendis auribus sita. Tenuis quidem pulchritudo; sed tamen naturalis

naturalis illa, eademque maximè popularis. Vix eſt enim ullus de plobe tam rudis, qui naturâ doncente manca & mutila non averſetur; contrà plena, ſtructa, finita non ſentiat. Hinc Cicero rectè in Oratore. *Auris*, inquit, *vel animus aurium nuncio, naturalem quandam in ſe continet vocum omnium menſionem, itaque & longiora & breviora judicat, & perfecta ac moderata ſemprr expectat; mutila ſentit quædam & quaſi decurtata, quibus tanquam debito fraudaretur, offenditur; productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia, quæ magis eriam aſpernantur aures, quod cum in pleriſque, tum in hoc genere nimium quod eſt offendit vehementius, quam id quod videtor parum. Nec verò multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet, nec illud quod offendit, aut cur, aut in quo offendat intelligit: & tamen omnium longitudinum & brevitatum in ſonis, ſic acutarum graviumque vocum judicium ipſa natura in anribus noſtris collocavit.*

Meritò exigi à Poetis ſoni jucunditatem. Aſperitas multorum Poetarum, præcipuè Germanorum. Quidam nimis canori.

Hanc igitur etiam ſoni jucunditatem conſectetur neceſſe eſt, quiſquis naturæ ſtudet congruere; idque eò juſtius exigitur à Poetis, quod ipſa Poeſis nihil aliud eſt quam oratio modulata, & ad deliniendas aures certis numeris, ac pedibus alligata. Quare meritiſſimò reprehenduntur, qui ſenis pedibus verba concludere contenti, auribus omnio ſervire neglexerunt. Quo in vitio vehementer hærent multi epigrammatum ſcriptores, ac præcipuè qui Anthologiam Græcam Latine reddiderunt, & Germani Poetæ.

Nam illa, verbi gratiâ, quis ferat ipſorum?
Ex nihilo qui, quæ nihilum prius, omnia fecit.
Et nihilum, qui quæ nunc aliquid, faciet:
Is te qui nihilum ante, quod es nunc, fecit ab illo
Quod nihilum, & nihilum, nunc quod es, hoc faciet.

Scilicet

Scilicet ut ſit aliquid, ſcelere è ſcelus hercle ni, eras nil:
Et ſcelere hoc aliquid cælo habile efficere.

Quid illo item Epigrammate durius?

Ex tuo enim animo haut potes haut noviſſe meum illum
Qui ſuam in hac tua agit dudum anima ipſe animum.
Ex animo ergò animus, ſeu noſcitur ex mea ita iſtac
Muſa animi in muſas nota ſit aura tui.

Aut illo diſticho?

Perge nec à veteri te flectat tranite qaidquam
Tu quod es, hoc, quoad heic vivam ego ſemper eo.

Sed ut magnopere vitioſum eſt in verbis aurium voluptatem prorſus negligere, cùm verſus, uti diximus, ad aures demulcendas ſit inventus; ſic è diverſo non leviter peccant qui auribus immodice ſerviunt, & dummodo iis ſatisfaciant, nihil admodum de ſententia laborant; hoc ſtudium canoras nobis peperit nugas, & inopes rerum verſus; in quod ſæpenumero incidunt qui aſſiduâ Poetarum tractatione poeticæ elocutionis ac numeri facultatem comparaverunt. Nam illi cum affluant verbis elegantibus, vulgares ſententias non indecoro ſuco oblinire ferè contenti ſunt. Hoc in multis Buchanani, Borbonii, Barlæi carminibus & epigrammatis animadvertere eſt, quæ lectores quidem minus attentos ſæpe fallunt: at repetita & excuſſa, ob rerum tenuitatem, quoddam ſui faſtidium relinquunt. Quare in hoc quoque vitium ſedulò inquiſivimus, multoſque ex ejuſmodi ſonoris verſibus, qui nihil intus haberent, amandavimus.

Verba quomodo rebus accommodanda.

Nunc de verbis ac rebus naturæ accommodandis dicendum eſt, in quo, ut ſupra dictum eſt, duplex natura conſideranda, vel earum ſcilicet, de quibus loquimur rerum, vel eorum à quibus audimur vel legimur.

Verborum

Verborum autem cum rebus consensio in eo posita, ut grandibus grandia, humilia humilibus aptentur. Poscit quidem omne genus orationis simplicitatem: sed ista simplicitas sublimitatem non refugit, nec inciationem; timò non minus vitiosum est alta & gravia tenuiter & demissè, quam demissa & tenuia altè & graviter dicere. Utroque enim modo ab ea discedituir in qua positam pulchritudinem diximus, cum naturâ consensione. Ergo nec figuras, nec ornamenta quævis oratio recipit, nec rursum quævis repudiat; est ubi illa aptè collocentur, est ubi ineptè; totum autem in eo est, ut ubiquè perfecta sit rerum verborumque concordia.

Porro, quod diligenter animadverti velim, & è paucis omnino observatum est, ut verba rebus attemperes, non ipsæ res spectandæ, vel quales in se sunt, vel quales in mente dicentis, sed quales in mente audientium vel legentium oratione informatæ sunt. Sic quia sub initio rudis adhuc supponitur auditor, simplicibus verbis, earum de quibus rerum loqueris, notitiis imbuendus est, quibus posteà quidvis possis superstruere. Hinc fit ut si de quamlibet atroci facinore dicendum sit, non prius liceat in illud atrorcibus verbis invehi, quam in mente Lectorum ea ipsius species impressa sit, quæ vim illam verborum atrocitatemque non respuat. Quo vitio illi premuntur, qui nondum incensis Auditorum animis, & quid velint adhuc nescientibus, ardentem orationem inferunt.

Ita optimè Virgilius orditur simplicibus verbis:

Arma virumque cano, Troïæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Littora.

Optimè Homerus ob hoc ipsum ab Horatio laudatus:

Dic mihi Musa virum captæ post tempora Trojæ
Qui mores hominum multorum vidit & urbes.

At vitiosè Statius, & nimis subito lectores in altum rapit his versibus.

Fraternas acies, alternàque regna prophanis

Decertata

Decertata odiis, ſonteſque evolvere Thebas
Pierius menti calor incidit.

Vitioſiùs etiam Claudianus nondum præparatis animis tumidos illos ingerit verſus :

Inferni raptoris equos, afflataque curru
Sidera Tænario, caligantesque profundæ
Junonis thalamos.

Hoc verò præceptum præcipuè teneri debet in epithetis, quæ cum rebus ſemper male junguntur, ſi ab illâ ideâ diſſideant, quam impreſſam gerit Auditor. Eam ob rem vidi qui reprehenderent illud initium Lucani :

Bella per Æmathios pluſquam civilia campos
Juſque datum ſceleri canimus.

Rectè, inquiunt, poſt expoſitam ſtragem Pharſalicam hoc epitheto, *pluſquam civilia* uteretur, at ut illo Lectorem nihil tum tale cogitantem occuparet, præpoſterum fuit, & peccat in Horatianum illud :

Non ſumum ex fulgore, ſed ex ſumo dare lucem
Cogitat.

Quo pacto verba humano ingenio convenire oporteat. Prima ejus abalienatio à verbis inuſitatis unde profecta ; huic quatenus obſequendum.

Verùm convenire rebus verba parum eſt, niſi etiam hominum naturæ conveniat, in qua cerni licet generalem quandam offenſionem in verba obſoleta, ſordida, impropria, quam quidam malint naturalem quàm opinabilem dicere, licet ſuper quadam opinione fundetur. Quamvis enim quod aliud vocabulum alio ſit uſitatius & elegantius meri ſit hominum arbitrii, tamen inuſitatis & impropriis offendi naturale eſt, ut uſitatis propriiſque delectari. Quidquid enim contra rationem fit, hoc ipſo quia carere ratione perſpicitur, offendit. Jam vero tritis vocabulis relictis, inuſitata conſectari prorſus à ratione alienum eſt. Quanquam huic naturali offenſioni accedit alia ex opinione profecta. Nam quia

illa

illa verba inusitata vulgo reprobantur, hinc cum quodam fastidio & contemptu in ipsa mente conjunguntur; ita ut vix pronunciari possint, quin se continuò simul efferat hic contemptus & fastidii sensus.

Ergo ne in offensionem illam, sive naturalem, sive opinabilem incurrat prudens scriptor, usui sese libenter accommodabit; & quamvis illum instabilem nec diuturnum esse sentiat, mallet tamen aliquando placere quàm nunquam; illud modo cavebit, ne succrescentes identidem, in aulâ præsertim Gallicâ & muliercularum circulis locutiones, nec vulgò adhuc receptas, in scriptis usurpet. Harum enim, ut ita loquar, brevior vita, quam ut in opus diuturnum illigari possint, ut omittam in hoc odiosam quandam affectationem esse, quæ orationi pondus authoritatemque detrahat.

Est ergo in vocum proprietate & elegantia pulchritudo quædam ac venustas non aspernanda, sed ea tamen temporaria, & quæ opinione qua usus constat innixa, mutatâ opinione dilabatur. Quare aliam quærant oportet, qui non uni seculo, sed omnibus scribunt; eam nimirum quæ nihil habet opinionis admixtum; qualis illa verborum cum natura consensio, quam deinceps explicaturi sumus.

INTERIOR QUÆDAM & magis arcana verborum cum naturâ consensio.

NAturam humanæ mentis si penitus introspicere velis, & interiores in eâ delectionum fontes rimari, robur quoddam in ipsâ deprehende, quadam infirmitate conjunctum, unde magna varietas & inæqualitas oriatur. Robore enim fit ut perpetuam remissionem gravetur; infirmitate contrà, ut perpetuam contentionem pati nequeat.

Hinc

Hinc eſt quod ipſi nihil diu placet, nihil ſui undique ſimile. Hinc in Muſicâ perfectum omnino concentum averſetur, quod compertum Muſicos induxit ut diſcordes ſonos, quas diſſonantias appellant, conſultò admiſcerent. Hinc fit denique ut quævis corporis exercitatio, etiam ſi voluptatis causâ primum ſuſcepta, fiat ex perpetuitate ſupplicium.

Id verò etiam in oratione locum habet, imo ibi maximam naturæ teneritudinem prodit, altam illam & incitatam diu non patitur; rurſus illâ humi repente & nunquam ſe attollente, ſi longior ſit, fatigatur; ſtare, requieſcere, erigi, dejici avet omnis auditor & lector. Inde naſcitur tanta varietatis neceſſitas, quâ parvis grandia, concitata placidis, alta humilibus miſcentur. Sed hæc fortaſſe parum in epigrammatis loci habent, quæ propter brevitatem, varietatis minùs indigent. Verùm iſta licèt generaliora commemorare non piguit, quod cætera magis argumenti noſtri propria inde pendeant, imprimiſque metaphorarum, quarum magna vel ad ornandam, vel ad vitiandam poëſim vis eſt, uſus & judicium. Nam ſi cur homines metaphoris delectentur attentiùs conſideremus, non aliam inveniemus cauſam, niſi eam quam indicavi naturæ imbecillitatem, quæ rigidâ illâ veritate & ſimplicitate laſſata metaphorarum à vero nonnihil abſcedentium admixtione recreanda eſt. Hic verum & legitimum metaphorarum uſum diſcas, eaſque itidem adhibendas, ut diſcordes ſonos adhibent Muſici, ad tollendum perfecti concentûs faſtidium: ſed quàm crebro illæ, quóve loco uſurpandæ ſint, non exiguæ cautionis ac prudentiæ res eſt. Illud hîc monuiſſe ſufficiet, quia metaphoræ, hyperbolæ, & quæcunque à ſimplici & naturali loquendi more deflectunt, non propter ſe expetuntur, ſed tanquam nauſeantis naturæ remedia, neceſſitate quadam aſciſcuntur, propterea magnam in eis moderationem eſſe ſervandam. Unde verè & rectè à Quintiliano dictum: Modico & opportuno earum uſu illuſtrari orationem, frequente obſcurari & tædio compleri. Quod vitium in multis, præſertim recentiorum epigrammatis ſæpe deprehendas, ut

infrà

infrà quibuſdam exemplis oſtendemus. Sed tamen ne hoc in nimiam abeat ſeveritatem, notandum eſt ea tantum pro metaphoris habenda, quæ à vulgari uſu remota ſunt, & duplicem idæam animo offerunt: unde ſi quæ metaphoræ ita tritæ ſint, ut jam quaſi propriæ uſurpentur, nec aliud quam rem ipſam ad quam explicandam adhibentur, exhibeant; propriorum potiùs vocabulorum numero, quàm metaphorarum ducendæ ſunt, nec ſub iis quarum copiam reprehendimus tropis comprehenduntur.

De ſtilo nimis Metaphorico. Quædam Epigrammata ob id rejecta.

Eſt quidem Poetis major quædam troporum venia, ſed tamen ſuus eſt illis etiam modus, ſua, ut loquitur Cicero, verecundia, præcipuúmque ſemper ornamentum ex ſimplicitate petendum. Quare longiſſimè à pulchro aberrant illi apud quos tota quaſi natura hiſtrionicam agit; adeo nihil communi more eloquuntur; nihil tale effingunt quale extra poemata cernitur; ſed omnia extollunt, deprimunt, mutant, & quandam veluti larvam omnibus induunt. Hac nos de causâ quædam epigrammata tanquam nimis metaphorica ex ſelectorum numero excluſimus, ut duo ſequentia Heinſii, viri cæteroquin humaniorum literarum ſcientiâ clariſſimi.

Auriga lucis, ignei poli curſor,
Metator æthræ, temperator horarum,
Ævi miniſter, circulator æterne,
Luſtrator orbis, diſſipator umbrarum,
Currus perennis, igneæque quadrigæ
Frænator ingens, qui diem vehis purum,
Rurſumque vultum ſurripis tuum mundo,
Et candicantis oculis comæ flammam.
Cras è lacertis Tethyos tuæ rurſus
Redibis: at nox occupat meum ſolem. Douzam ſcilicit.

Itemque,

Itemque,
Dulces alumni noctis, ignei ſratres,
Parvæ cohortes, ignei poli cives,
Qui per ſerenos ætheris vagi campos
Molles choreas ducitis levi plantâ,
Cum membra noſtra molliter reclinata
Victoſque ſenſus occupat ſopor levis;
Cur nunc ut ante per domum cæli pictam
Et è latebris, ſorniciſque inaurati
Puris feneſtris tollitis ſacrum vultum?
Abite tandem; non videbitis Douzam.

In his Epigrammatis præter congeſtas ad nauſeam metaphoras, eaſque duras & abſurdas, aliud quoque vir ſagaciſſimus vitium notabat, quod ſcilicet à mœrentis, & amici mortem lugentis animo, quem hic effingere voluit Heinſius, nil longiùs abſit, quam hæc Epithetorum laſcivia. Sed de verbis ſatis.

Prima ſententiarum virtus, veritas. Quantum in falſitate vitium ſit. Ubi de falſis Epigrammatis.

Nunc de ſententiis diſſerendum, quas item rebus ac perſonis accommodandas eſſe prædiximus. Rebus convenient, ſi veræ, ſi propriæ ſint, & quaſi interiores. Perſonis congruent, ſi naturalibus vel offenſionibus, vel affectibus aptentur.

Prima igitur ſententiarum virtus, veritas. A rebus enim ipſis diſſidet, quicquid falſum eſt, nec ulla in falſitate pulchritudo, niſi quantum veritatem mentitur. Unde diſcas pulchritudinis fontem in veritate eſſe, deformitatis, contrà in falſitate. Illa verò non à rebus modò abhorret, ſed etiam à perſonis. Ineſt enim nobis quidam inſitus veritatis amor, quædam in falſitatem offenſio, quâ fit ut quæ nos ſpecie veri delectârunt, ubi falſa

 patuere,

patuere, ingrata & injucunda fiant. Hæc ratio fuit viris eruditis, quorum jam sæpe mentionem facio, ut ex hoc delectu multa epigrammata resecârint, quorum præcipua sententia ex falso petebatur, ut, exempli gratiâ, illud Grotii, licèt carmine satis magnificum.

In Joannam Archeam vulgò la pucelle d' Orleans.

Gallica non unquam peritura laudis Amazon
Virgo intacta viris, sed metuenda viris :
Cujus non oculis sedit Venus atque Cupido,
Sed Mars atque horror, sanguineæque vices :
Hæc est cui Salica leges, cui patria sese
Debet, & in veras reddita sceptra manus.
Nec fas est de morte queri, namque ignea tota,
Aut nunquam, aut solo debuit igne mori.

Hæc commemorare non piguit, ut magis lectores perspiciant quale sit illud falsorum genus, quantúmque abhorreat à natura, quippe quod ita ferè sit comparatum, ut ejus quod in eo affirmatur contrarium non minus plausibiliter dici possit, nihil enim magis ineptè potuisset scribere Grotius :

Sed fas est de morte queri ; non ignibus illa
Debuit, ast undis ignea tota mori.

Certè si ejus originem indagari placeat, reperiemus ad illud non naturâ homines duci, sed inertiâ compelli. Non enim aliâ causâ ad falsitatis præsidium confugiunt, nisi quia veram ex rebus ipsis eruere pulchritudinem non valent. Certa quippe & definita veritas, mendacium infinitum & incertum : hinc illa ad inveniendum difficilis, hoc proclive & obvium, eóque etiam nomine spernendum.

Porrò non in affirmationibus modò falsitas intervenit, sed etiam in affectibus effingendis, cùm scilicet alicui personæ alii quam quos natura argumentumque postulat affinguntur affectus, uti cerni licet in hoc Vultei epigrammate, ob id rejecto :

Nuper

Super marmoreum videns ſepulchrum
Arverni benè cogniti malâ in re,
Cœpi ſic tacitus loqui: Ad quid, oro,
Tot ſumptus? Potuiſſet hoc ſepulchrum
Reges claudere, ſanguinemque Regum,
Hoc ignobile quod tegit cadaver.
Prorumpo in lachrymas, fluunt abunde
Emiſſæ ex oculis genas per ambas,
Quidam me arguit, increpatque flentem,
Iſtis ſic puto, talibuſve dictis;
Ne tu, quiſquis es, impius videris
Peſtem qui patriæ dolet ſepultam.
Illi contrà ego: Falleris ſepulchri
Jacturam fleo, non fleo ſepulti.

Alienum ſanè fuit hominem inducere abundè lachrymantem, quòd ſceleratus quidam & ignobilis nobili ſepulchro eſſet conditus. Non enim miſericordiam & lachrymas movent honores ſceleratis habiti, ſed potiùs iram & indignationem. Falſum ergo ſibi induit affectum Poeta, qui ibi lachrymatur, ubi iraſcendum & ſtomachandum fuit.

De fabuloſis Epigrammatis.

Magnum igitur falſitatis vitium, idémque latiſſimè fuſum, & multa quaſi membra complexum. Ad hoc enim revocari poſſunt primum fabuloſa ſententiæ, ſolita Poetarum curricula, ubi nihil dicere habent. Cujus generis tanquam vitioſi, multa nos epigrammata rejecimus, ut illud Grotii ad Rodulphum Imperatorem, fabulis nimis refertum:

Non tibi Mars tantum favet, invictiſſimè ductor,
Quem toties hoſtem barbara ſigna tremunt:
Plebs quoque te Superum donis veneratur, & illud
A Zephyri munus conjuge, Cæſar, habes.
Ver Dea perpetuum Batavo præſcripſit Apello
Pratáque victrici vivere juſſa mano.

Annuus Alcinoi decor eſt, & Adonidos hortis,
Nec Pharias animat longior aura roſas.
Priſca Semiramios jactat Pomona labores;
Alta tamen tecti culmina ſcandit hyems.
Quo tibi fluxus honos? Auguſtum ſerta triumphum,
In quæ temporibus nil licet, iſta decent.

Scio eſſe alia quoque in hoc epigrammate culpanda; ſed nunc id unum vitium notamus, propter quod in exemplum affertur.

De Æquivocis.

Referri etiam ad idem genus poteſt magna pars æquivocorum, quorum acumen ferè ex quadam oritur falſitate. Nam, verbi gratiâ, in illo Sannazarii Epigram.

Jucundus geminos fecit tibi, Sequana, pontes;
Jure tuum potes hunc dicere Pontificem.

Si pontificem accipias pro pontium fabricatore, vera ſententia, ſed inepta: ergo ut acuti aliquid includat, debet vox Pontificis accipi pro Epiſcopo, quo ſenſu falſum erit Jucundum eſſe Pontificem. Similiter in illo Epigrammate ſatis celebri:

Surdaſtrum curare ferunt te, Gallice, Coſmum
Et quod ei certam polliciteris opem.
Sed nihil efficies licet omnem extenderis artem,
Nam malè perpetuos audiet ille dies.

Accipe verbum *audiendi* pro ipſo ſenſu, falſa erit ſententia, quia illud corporis vitium ſanari poteſt; accipe pro bono nomine, falſa item erit & inepta, quia falſum & ineptum eſt ideo fruſtra laborare Medicum de ſanando aurium vitio, quia famæ mederi non poteſt.

In his vitiis hærent omnia æquivoca, quorum proinde venuſtas valde exilis, imò nulla eſt. Olim quidem iſti generi aliqua laus fuit apud ſæclum prius: unde à Cicerone & Quintiliano elegantes dicuntur petiti ex amphibologia ſales: at nunc contrà meritò valde contemptum eſt, adeò ut æquivoca non modò non captent urbaniores, ſed

ſed etiam vitent. Illa tamen utcunque tolerabilia vel certè minus vitioſa ſunt, cum ſponte naſcuntur; at ſi quis ea afferat meditata, aut in iis ſe ſibi placere ſignificet, jure inſuetus exiſtimatur. Inde eſt quod epigrammata, quorum elegantia ex æquivoco petitur, nullo ferè in pretio ſunt. Nam cum verſus non niſi labore & induſtriâ componantur, rectè puſilli & anguſti animi exiſtimatur in tam levi argutiâ verſibus illigandâ tempus conſumere. Nec omittendum eſt hoc quoque in æquivocis incommodum, quod uni ita linguæ affixa ſint, ut in aliam transferri non poſſint. Propter has cau as pauca nos ejuſmodi in hunc delectum admiſimus, & tantum ad exemplum vitioſæ formæ.

De Hyperbolicis.

Falſis item ſententiis accuſentur hyperbolicæ, non in uno aliquo verbo, nam de his jam ſuperius egimus, ſed in toto ſenſu cujuſmodi eſt illud Auſonii intolerandæ abſurditatis.

Faſtulus inſidens formicæ ut magno elephanto
Decidit, & terræ terga ſupina dedit.
Mox idem ad mortem eſt multatus calcibus ejus,
Perditus ut poſſet vix retinere animam.
Vix tamen eſt fatus: Quid rides, improbe Livor,
Quod cecidi? Cecidit non aliter Phaëton.

Sic ille Græcos in eo imitatus, quorum mira fuit in hanc cacozeliam proclivitas, ut videre eſt in eorum Anthologiâ, ejuſmodi hyperbolis ſcatente. In eandem quoque ruunt frequentes, vel qui infirmo ingenio ſunt, vel qui imperitis ſcribunt: unde talibus delectari magnum imperitiæ ſignum; quo vel moveri debent, qui Rablæſii fabulas tam ineptas, tam ſtolidis hyperbolis refertas legere, ne dicam laudare non verentur.

DISSERTATIO.

De litigiosis & controversis.

Porrò ad idem falsorum genus accedunt litigiosæ anceps-teſque ſententiæ, de quibus ambigit lector, veræne illæ an falsa ſint. Quæ dubitatio quoniam omnem adimit jucunditatem, tollit etiam pulchritudinem.

Hoc nomine nunquam mihi probata eſt clauſula illius Epigrammatis Martialis.

Par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis,
Abſcidit vultus enſis uterque ſacros.
Illud laurigeros ageres cum læta triumphos.
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat.
Antoni tamen eſt pejor quam cauſa Photini,
Hic facinus domino præſtitit, ille ſibi.

Subit enim lectoris animo tacita quædam moleſtia, quod Poeta tam fidenter dubiam ſententiam pro certâ ſumat. Libentérque adverſus illum reponeret ſibi contrà videri gravius illum delinquere qui domino præſtat facinus, quam qui ſibi, nec deerunt rationes. Nam ſibi peccantes ira, cupiditas, metus, ad facinus impellit, quibus voluntas, adeóque criminis magnitudo minuitur: At qui alteri in ſcelere patrando obſequitur, frigidus ad facinus accedit, quod longè majorem arguit pravitatem. Hæc & ſimilia cauſari quis adverſus Martialem poſſet, ejuſque diſtichon ſic immutare nihilo abſurdius,

Antoni tamen eſt melior quàm cauſa Photini,
Hic facinus Domino, præſtitit ille ſibi.

Quare totum hoc genus controverſarum ſententiarum elegantiâ vacat, & ſtudioſè vitandum eſt iis qui pulchritudinem ſequuntur, quam in unâ denium veritate invenient, & ejuſmodi veritate, quam ſtatim propoſitam lector agnoſcat & amplecta tur.

Alia

DISSERTATIO.

Alia ſententiarum virtus, ut propriæ & interiores ſint. Ubi de alienis, & accidentariis.

Alteram ſententiarum, dum cum rebus comparantur, virtutem eſſe diximus, ut propriæ & interiores ſint, id eſt, ex rerum quaſi viſceribus erutæ, non longè accerſitæ vel ex externis accidentibus, rem tantum quaſi comitantibus ductæ. Eâ lege innumeris frigidioribus epigrammatis liberati ſumus, quorum hic pauca exempla ſubjici placet.

Alienum & accerſitum eſt illud Audoëni, de Lyra :

In tam diverſis cum ſit concordia chordis,
Tam diſcors hominum non pudet eſſe genus.

Quaſi ad pudefaciendos de ſuis diſcordiis homines, nihil propius eſſet quàm chordarum lyræ concordia.

Ex accidentibus rem concomitantibus, non ex ipſius rei viſceribus depromptum illud Germanici, ut aiunt, Cæſaris, verſibus alioqui ſatis cultum.

Thrax puer adſtricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque ima partes rapido trahèrentur ab amni,
Abſcidit tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urnâ,
Hoc peperi flammis, cætera dixit aquis.

Alia certè fuit illi matri interior dolendi cauſa, quàm quòd filius partim aquâ, partim flammâ eſſet abſumptus, nec minus illa doluiſſet, ſi vel totus in aquis periiſſet, vel totus in flammis. Non debuit ergo ex tam levi αἰτιολογίᾳ tota dolendi cauſa repeti, quæ comes non materia doloris fuit.

Eodem vitio laborant diſcriptiones negativæ, in quibus enumerantur, non quæ cuique rei dotes inſunt, ſed quæ non inſunt, quod jure quidam reprehendebant in hoc Epigrammate Barlæi, alioquin verſibus eleganti.

Regia Borbonii ſoboles, quâ ſoſpite dudum
Belga ſibi facilem credidit eſſe Deum.
Sceptriferis illuſtris avis, illuſtrior armis,
Et rarum Aſtræa judice nomen habens,
Quem celebrat Bellona ducem, pax laudat inermem,
Et cui tot terræ, tot famulantur aquæ.
Non tibi barbaricum potantia vellera ſuccum,
Aut mea Sidonias pagina donat opes:
Non Indus quod mittit ebur, quod Dalmata marmor,
Quæque gravem placant maſcula thura Jovem:
Non bellatrices aquilas, captivaque bello
Oppida, non victo carbaſa rapta mari.
Nos Chriſtum, Lodoice, damus regemque ducemque,
Nomina nominibus non aliena tuis:
Maxima quin cupio dum mittere, maxime Regum,
Quo nequeo majus mittere, mitto Deum.

Nimis certè longus circuitus eſt enumerare quæ Reginon des, ut tam leve munuſculum intelligatur. Sed in clauſula illud etiam durum, quod libellum de Chriſto diſſerentem, Deum & Chriſtum appellat, quaſi idem ſit Chriſtus, & libellus, de Chriſto. Sed hæc vulgaris dedicatorii, ut ita loquar, generis ineptia, in quo ſcriptores non aliter ferè de libris ſuis loquuntur, quam ſi inter ipſum librum, & libri argumentum nihil intereſſet: ita ſi de Cæſare vel Catone ſcribunt, Cæſar, inquiunt, & Cato genibus tuis advolvitur; ſi de Cicerone, En, inquit, te Cicero compellat, & patronum adoptat, quæ omnia ſaltarum ſententiarum generi rectè accenſueris.

Sententiæ cum perſonis quâ ratione conciliandæ. De offenſionibus vitandis: ac primùm de obſcœnitate.

Atque hæc quidem ſententiarum cum rebus concordia faciliùs intelligitur: at verò earundem cum perſonis attemperatio, longè ad percipiendum difficilior, ad tractandum operoſior. Tota enim hîc humana natura penitus

nitus ſcrutanda eſt, ejuſque tacitæ propenſiones, tum alienationes rimandæ, ut iſtas fugiamus, illis obſequamur. Nec enim fieri poteſt ut placeat quod naturam offendit, nec ut diſpliceat, quod ejus propenſioni obſequitur. Nos quædam tantùm hic delibabimus, ſed quæ ad inſtitutum noſtrum ſufficient.

Imprimis in natura hominum, quidam adverſus turpia & obſcœna pudor inſitus eſt, idémque in optima quaque, & benè inſtitutâ vehementior. Hunc pudorem offendunt omnes obſcœnæ ſenten iæ, adeòque illæ alienæ à natura, deformes & inelegantes habendæ ſunt. Nec refert quòd illæ quibuſdam corruptis animis arrideant. Non enim elegantiæ eſt, uti diximus, corruptæ naturæ congruere, ſed honeſtæ ac benè moratæ. Itaque totum hoc genus planè abeſt ab honeſtorum hominum ſermonibus, nec niſi ab iis frequentatur, qui ut pietatis, ſic genuinæ comitatis & elegantiæ ſenſu carent.

Ergo quòd fœda omnia & laſciva epigrammata reſecuimus, non modo moribus & pietati inſervitum eſt, ſed etiam urbantiani & elegantiæ, cujus nullum prorſus ſenſum habuiſſe ſe teſtantur veteres illi Catullus ac Martialis, qui tot illiberalibus ſordibus libros ſuos opplevere, eóque nomine non modò flagitioſi, ſed etiam ruſtici, inhumani, & ut Catullianis verbis utar, *Caprimulgi ac foſſores* habendi ſunt.

De vilibus argumentis Epigrammatum.

Nec verò ſolum turpem & obſcœnam ſpeciem, ſed omninò quomodocunque vilem, deformem & ingratam lectoribus objicere vitioſum & inelegans eſt. Hinc pro pulchris & elegantibus haberi non poſſunt illa epigrammata, quorum argumentum eſt vel vetula edentula, vel detritâ lacernâ poetaſter, vel olens hircus, vel putidus naſus, vel helluo in menſam vomens, quæ magna hiſtrionibus jocandi ſeges. Nunquam enim acumine ſatis compenſatur iſta deformitas.

Et de causâ in iis quæ Martiali subjunximus epigrammatis, nullum ex illis ascivimus, multâque quæ occurrebant procul ablegavimus, quale illud Buchanani in quo strigosi senis ingratam & invenustam pingit imaginem.

Nævole, dum clamas ut Stentora vincere possis,
Omnis homo est animal nocte diéque boas:
Jam tibi dilapsa est prope nonagesima messis,
Jam tremit effœto curva senecta gradu,
Vertice jam lævi vix tres hæsere capilli,
Et cernis quantum noctua mane videt;
Semper & è gelido distillat stiria naso,
Et fluit in madidos longa saliva sinus;
Nec tibi gingivâ dens unus & alter inermi,
Nec plus vagarum simia scalpit anus.
Nævole, si pudor est, nugarum desine tandem
Omnis homo clamans, Nævole, nullus homo es.

Vilius itidem argumentum, speciésque parum jucundâ & elegans pendentis hominis, huic Sannazarii epigrammati fraudi fuit, quanquam aliquid festivitatis habenti:

Quicquid erat Tripodum cumis Delphisque petisti,
Discere fortunam dum cupis, Eune, tuam:
At deus exstabis supra Regésque Deósque,
Veridico tandem rettulit ore tibi:
Tu tamen hinc vanos sumpsisti, Grecule, fastus,
Jam magni dominus, jam pater orbis eras:
Ecce crucem ascendis, non te Deus, Eune fefellit,
Omnia sint pedibus inferiora tuis.

Sed hæc honesta & tantùm vilia: at Cynica Martialis & Catulli libertas, quâ multa non quidem in moribus fœda, sed quæ tamen ab oculis & auribus removeri jubet humana comitas, suis nominibus eloquuntur, prorsus impudens & rustica habenda est; quare nunquam laudabant elegantes vel illas Catulli voces: *Annales Volusi cacata charta*; vel illud Martialis de Catella: *Et desiderio cacka ventris, guttâ pallia non fefellit uâ.* Et multa alia longè sordidiora, quæ nè in exemplum quidem vitii libet afferre. Certè nimia fuit antiquis in hoc genere patientia, nec rarò miratus sum quomodo in Senatu Romano

Cicero

Cicero ferri potuerit, cum hæc adversus Pisonem declamaret. *Meministine eamum cùm ad te quintâ fere horâ cum Caio Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire involuto capite, soleatum; & cum isto ore fœtido teterrimam nobis pœnam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod diceres te violentis quibusdam medicaminibus solere curari. Quam nos causam cùm accepissemus; quid enim facere poteramus? Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo, unde tu nos tum improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando ejecisti.*

De Malignis Epigrammatis.

Est etiam in hominibus mansuetioris ingenii innatum adversus malignitatem odium, præsertim quâ vitia corporis irridentur, vel fortunæ calamitates, aut quidvis demum quod accidit extra culpam. Nam quia nemo se horum casuum exortem videt, ideo ista dejici & irrideri molestè fert. Humanè Virgiliana Dido, cum ait

Non ignara mali miseris succurrere disco,

tacitúsque in illam inde exoritur Lectorum favor; pulchrè item Seneca:

Non est jocus esse malignum.

At contrà inhumanè, qui miseris insultant, & quæ non culpâ contracta sunt exprobrant, adeóque quendam illis in legentium animis odii & alienationis excitant sensum.

Propterea nos pauca admodum hujus generis cum nostro ingenio parere liberum fuit, asciviimus multa, contrà rejecimus, ut illud Audoëni frigidum & malignum.

Ecce tibi nulli superant in vertice crines,
Nullus in infidâ stat tibi fronte pilus.
Omnibus amissis â tergo & fronte capillis,
Quid tibi jam restat perdere, calve? Caput.

Nec nobis magis placebant tot ejusdem in Martiali, quæ tamen non omisimus, propter superius positas causas.

Dein

DISSERTATIO.

De loquacibus Epigrammatis.

Omnes naturæ offenſiones colligere longum eſſet, nonnullas tamen libet addere, quòd magnam ab hac ſelectione epigrammatum turbam amoverint. Ergo præter iſta longos etiam verborum circuitus, idemque ſibi variis verbis ingeſtum natura faſtidit. Ardet enim curioſitate, & ſemper feſtinat ad exitum, multóque ſe detineri ſermone, niſi cum magno operæ pretio fert impatienter. Propterea non leve faſtidium afferunt loquacia epigrammata, & quæ longitudinem ſuam non ſatis ſententiæ magnitudine penſant: quo vitio nonnunquam premitur Martialis, in aggerendis vulgaribus laudibus quandoque nimius, aut in enumerationibus minutior, verbi gratiâ, in illo Epigrammate, quo pertinuit tot ſimilitudines de medio petitas cumulare?

Puella ſenibus dulcior mihi Cycnis,
Cui nec lapillos præferas Erythræos,
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Niveſque primas, liliumque non tactum,
Fragravit ore quod roſarium Pæſti,
Cui comparatus indecens erat pavo,
Inamabilis ſciurus, & frequens Phœnix.
Adhuc recenti tepet Erotion buſto.

Quid item in illo alio eandem ſententiam toties iterare?

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce, Antenorei ſpes & alumne laris;
Pierios differ cantúſque choróſque ſororum,
Æs dabit ex iſtis nulla puella tibi.
Quid petis à Phœbo? nummos habet arca Mineryæ,
Hæc ſapit, hæc omnes fœnerat una Deos.
Quid poſſent hederæ Bacchi dare? Palladis arbor
Inclinat varias pondere nigra comas.
Præter aquas Helicon, & ſerta, lyráſque Dearum
Nil habet, & magnum ſemper inane ſophos.
Quid tibi cum Cirrha? Quid cum Permeſſidos unda?
Romanum propius, divitiúſque forum eſt.

Illic

Hîc æra ſonant: at circum pulpita noſtra,
Et ſteriles cathedras, baſia ſola crepant.

De Vulgaribus.

Quâ ratione autem loquacitatem averſatur notura, eâdem ſententiis nimis vulgaribus offenditur. Eſt enim quædam loquacitatis ſpecies, effutire vulgaria & obvia, cùm is ſit ſermonis uſus, ut quæ neſciuntur patefiant, non ut nota ac trita repetantur. Ob hoc vitium innumera Epigrammata ab hoc delectu ſegregata ſunt: Sed quia nil illo communius, afferendis ejus exemplis ſupersedeo.

De minutioribus argutiis; & verborum luſu.

Diſplicet etiam non leviter minutior diligentia, quæ mentem à rebus avocat, ex quibus vera voluptas efflorescit. Hic luſus in verbis, quales ſunt paronomaſiæ, aliæque id genus alluſiones, niſi citra artem ſub ſtylum ſuccedant, non tam figuræ quàm vitia ſunt, iiſque epigrammatis quorum in eo poſitum aſt acumen, nil exilius præſertim cùm ani linguæ ita propria ſint, ut in aliam transferri non poſſunt, quod ſecuti nos, frivolas illas argutias prætermiſimus; cujuſmodi eſt illa Audoeni.

Latronum finis funis, mors ultima merces,
Furca capit fures, hinc puto nomen habet.
At multi evaſere; Dabit Deus his quoque finem:
Rarus funeſto fur ſine fune perit.

Paulo feſtivius illud alterius Poetæ de Helvetio occiſo noctu, licèt vitioſum.

In nive nocte vagans nuceo cado ſtipite nixus,
Sic mihi nix, nox, nux, nec fuit ante diem:

Propenſionibus naturæ quomodo obſequendum.

Omnes illæ naturæ offenſiones diligenter vitandæ, nec minus ejuſdem propenſionibus obſequendum, ſi modo illud

illud quod sequimur pulchrum assequi volumus. Tantus enim in hominibus amor sui viget, nihil ut audire jucundè possint, nisi quod suis affectibus blandiatur. Quamobrem hæc epigrammata meritò pulcherrima censentur, quæ in illos affectus magis penetrant, eámque menti sententiam adjiciunt, quam non modò interiori luce verissimam agnoscat, sed etiam interiori affectu, ut sibi blandissimam amplectatur; ut illa Martialis:

Vola virum facili vedimit qui sanguine vitam:
Hunc vola, laudari qui sine morte potest.

Nam cùm omnes mortem oderint, laudes & gloriam expetant; nemo est qui non gaudeat sine morte laudari posse. Et illud veteris Poëtæ:

Mitte superba pati fastidia, spémque caducam
Despice, vive tibi, cum moriare tibi.

Habet enim, ut inquit Quintilianus, natura sublime quoddam & impatiens superioris, quod suaviter palpat, qui ipsam ad contemnendum divitum fastum adhortatur.

Atque hæc de generalibus pulchritudinis & deformitatis fontibus, ad ferendum de quolibet carminis genere judicium ferè sufficiunt. Sed illa tamen ad propriam Epigrammatum naturam & leges & jura commodanda sunt, de quibus ideo quædam hic subnectere non erit alienum.

Epigrammatis nomen unde ductum, ejus definitio, forma & leges.

Epigramma, ut notat Scaliger, idem quod inscriptio; sed cùm multarum rerum extent inscriptiones, vox ista tamen brevibus poëmatiis propriè attributa, hinc adeo quod trophæis & statuis ejusmodi epigrammata inscribi solerent: atque inde nomen ad brevia poëmata universè translatum. Definitur igitur epigramma, ut sit poëma breve, cum simplici cujusdam rei vel personæ, vel facti indicatione.

Hujus formam quidam, in gravi aliquâ vel argutâ sententiâ quâ clausula constet, ita collocant, ut epigramma negent

negent esse quod ejusmodi clausulâ careat; sed perperam. Sunt enim quædam vel elegantissima, quorum æquabilis ubique majestas, & nihil habet clausula præcipuum, ut illud ejusdam autoris recentioris:

Quod bellator hydros pacem spirare rebelles,
Deplumes trepidare aquilas, mitescere pardos,
Et depressa jugo submittere colla leones
Prospectat Lodoicus equo sublimis aheno.
Non digiti, non artifices finxere camini,
Sed virtus & plena Deo fortuna peregit,
Arnaudus fidei vindex, pacisque sequester,
Angustum curavit opus, populisque verendam
Regali voluit statuam consurgere cireo,
Ut post civilis depulsa pericula belli,
Et circumdomitos armis felicibus hostes,
Æternùm domina Lodoicus in urbe triumphet.

In nonnullis etiam simplex quædam mundities, ac mollis subtilisque festivitas placet, cujusmodi in nonnullis Catulli epigrammatis quæ in hoc delectu apposuimus, videre est.

Quidam tamen contrà nimii, qui istiusmodi clausulas non modò non requirunt, sed etiam aspernantur. Hi ferè sunt præposteri quidam Catulli amatores, qui dum languidulas quasdam nænias hendecasyllabis concluserint, mirè sibi videntur festivi & elegantes; quamvis nihil iis sit aut inanius, aut facilius illis qui aliquem sibi latinæ linguæ usum paraverunt.

Quantulo, exempli gratiâ, putamus constitisse Borbonio clausulam hujus Epigrammatis ad Catulli exemplar effictam?

Quare Patriciæ venite Musæ,
Plena mellis & elegantiarum,
Docta carmina candidi Pinonis:
Vos exoscular, o piæ Camœnæ,
Et totis relego lubens diebus
Isto tempore macerationis,
Pœnitudinis atque lachrymarum,
Duro, Jupiter! & laborioso.

En quo perduxerit hominem Christianum, & cæteroquin pium, perversa Catulli imitatio! qui in Christiani jejunii solemnitate explicanda, prophanum Jovis nomen usurpare non veritus est. Sed hoc misso, quid ineptius hoc versu, quamlibet Catulliano *Duro Jupiter! & laborioso*: In quem tamen eleganter existimat suum epigramma definere, quia similem versum invenit in Catullo *Doctis Jupiter & laboriosis.* Sed missis illis jejunis imitatoribus, de illis sententiis quibus clauduntur epigrammata verè licet affirmare magnam in iis elegantiam esse, dum eximiæ sint & cum antecedente serie pulchrè cohæreant. Nam cùm nihil æquè ac clausula in Lectorum mentibus remaneat, quid rectius quàm in illa conferri quæ præcipuè in ipsorum animis infigi velis? adeòque merito vitiosa censentur ea epigrammata, in quibus decrescit sententia, vel quorum clausula quasi additicia & affixa est, nec belle ex superioribus versibus fluit, quod vitium cernere est in hoc illustri cæteroquin Epigrammate:

Qui Romam in media quæris novus advena Roma,
Et Romæ in Roma nil reperis media.
Aspice murorum moles, præruptáque saxa,
Obrutaque horrenti vasta theatra situ.
Hæc sunt Roma: viden' velut ipsa cadavera tantæ
Urbis adhuc spirent imperiosa minas?
Vicit ut hæc mundum, nisa est se vincere; vicit,
A se non victum nequid in orbe foret.
Nunc victâ in Româ victrix Roma illa sepulta est,
Atque eadem victrix, victáque Roma fuit.
Albula Romani restat nunc nominis index,
Qui quoque nunc rapidis fertur in æquor aquis.
Disce hinc quid possit fortuna; immota labascunt,
Et quæ perpetuo sunt agitata manent.

Quatuor enim ibi extremi versus planè superflui sunt, frigidum acumen continent, quo superiorum versuum nitor nonnihil decoloratur.

Epigram-

DISSERTATIO.

Epigrammatum materia; inde divisio in varia genera. Primum genus & secundum.

Epigrammatum autem materia res omnis, omnisque sententia, adeoque quot sententiarum divisiones, tot sunt etiam epigrammatum. Nos hæc potissimum genera notabimus, ex quibus intelligi etiam virtutes possunt.

Est igitur quoddam genus sublime, grande, magnificum, nobile argumentum nobilibus versibus persequens, nobilique sententiâ concludens; quale est illud Martialis de Scævola.

Cum peteret Regem decepta satellite dextra,
Injecit sacris se peritura focis:
Sed tam sæva pius miracula non tulit hostis,
Et raptum flammis jussit abire virum:
Urere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Major decepta fama est & gloria dextra,
Si non errasset, fecerat illa minus.

Talia sunt etiam Epigrammata Grotii de Ostendâ, de Curribus veliferis, Barclaii de Magaretâ Valesiâ.

Est aliud stylo paulò demissius genus, sed utilius graviûsque sententiâ; cujusmodi est illud verè eximium Martialis.

Quod magni Thraseæ, consummatique Catonis
Dogmata sic sequeris, salvus ut esse velis;
Pectore nec nudo strictos incurris in enses,
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
Nolo virum facili redimit qui sanguine famam,
Hunc volo laudari qui sine morte potest.

Itemque,

Amissum non flet, cum sola est, Gellia fratrem,
Si quis adest jussæ prosiliunt lachrymæ.
Non dolet hic quisquis laudari, Gellia, quærit:
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Et

Et illud verè aureolum Epigramma:

Quod te nomine jam tuo saluto,
Quem regem & dominum prius vocabam,
Nè me dixeris esse contumacem:
Totis pilea sarcinis redemi.
Reges & dominos habere debet,
Qui se non habet, atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt;
Servum si potes, Ole, non habere.
Et regem potes, Ole, non habere.

Ex omnibus autem maximè Epigrammatum proprium genus illud vulgo existimatur, quod ingeniosè laudatur acumine, altè animos penetrante, in quo item excellit Martialis, ut in isto:

Tu Setina quidem semper vel Massica ponis,
Papile, sed rumor tam bona vina negat:
Dicere hâc saltus calebs quater esse lagenâ.
Nec puto, nec credo, Papile, nec sitio.

Et illud ejusdem.

Munera quod senibus viduisque ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit Esta feras.
Quid sit largiri, quid sit donare, docebo
Si nescis; dona, Gargiliane, mihi.

Quædam humiliora sunt, sed arguta & festiva, simplicitate niteſcunt, quod animadverti licet in illo ejusdem Martialis Epigrammate;

Hexametris epigramma facis, scio dicere Tuccam:
Tucca, solet fieri; denique Tucca licet.
Sed tamen hoc longum est, solet hoc quoque Tucca licetque
Si breviora probas, disticha sola legas.
Conveniat nobis; ut fas, epigrammata longa
Sit transire tibi, scribere Tucca mihi.

Porrò omnium Epigrammatis virtutum nulla aut difficilior aut rarior quam scita tractatio sive commoda argumenti

menti explicatio, nihil ut neque redundet, neque desit, nihil sit præposterum, nihil obscurum, nihil verbis impeditum, vel contrà nimis subitum, nec satis aptè præparatum; quâ dote mirabilis sanè Martialis ita aptè, perspicuè, distinctè, argumenta prosequitur, ut mediocribus cæteroquin sententiis tractationis venustate multum elegantiæ conciliet. Nam illo, verbi gratiâ, quid ingeniosius explicatum?

Ne vivam si non totis Deciane diebus,
Et tecum tibis noctibus esse velim.
Sed duo sunt quæ nos distinguunt millia passûm,
Quatuor hæc fiunt cum redituras eam:
Sæpe domi non es, cum sis quoque sæpe negaris,
Vel tantùm causis, vel tibi sæpe vacas:
Te tamen ut videam duo millia non piget ire,
Ut te non videam quatuor ire piget.

Et illud quid esset, nisi tractatione fuisset exemtum & præparatum?

Occurrit tibi nemo quod libenter,
Quod quacunque venis fuga est & ingens
Circa te, Ligurine, solitudo,
Quid sit scire cupis? nimis Ponta es,
Hoc valde vitium periculosum.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et stanti legis & legis sedenti,
Currenti legis & legis canenti;
In thermas fugio, sonas ad aurem:
Piscinam peto, non licet natare:
Ad cænam venio, fugas sedentem:
Lassus dormio, suscitas jacentem.
Vis quantum facias mali videre?
Vir justus, probus, innocens, timetur.

Arguta quidem & festiva clausula, sed hujus tamen perspicuus decor ex superiori enumeratione pendet.

Habet lector quid nos in his epigrammatis excerpendis spectaverimus; reliqua quæ ad hoc opus contulimus ex præfatione potuit accipere.

ELE-

ELEGANTIORUM

Hujus Delectûs Epigrammatum Indiculus.

Totus hic Delectus elegantia ab inelegantibus Epigrammata secernit. Ab elegantibus elegantiora hic sejunget Indiculus. Ex elegantioribus elegantissima asteriscus indicabit.

LIBER I.

MARTIALIS.

V.	* *Quod magni Thrasea.*	pag. 3
VI.	*Itur ad Herculei.*	ibid.
VII.	*Casta suo gladium.*	4
VIII.	*O mihi post nullos.*	ibid.
IX.	*Sunt bona.*	ibid.
XIII.	* *Cum peteret.*	6
XVIII.	*Amissum non flet.*	7
XXIX.	*Si quid Fusce.*	11
XLV.	*Non plenum modo.*	17
XLVII.	*Qui pinxit.*	18
LVI.	*Tercentena.*	22
LVIII.	* *Ne valeam.*	23
LXIII.	*Et judex.*	24
LXVI.	*Capto tuam.*	25
LXVII.	*Carmina.*	26
LXX.	*Non dicam.*	ibid.
LXXIV.	*Mutua.*	28
LXXX.	*Vis te, Sexte.*	30

LIBER

INDEX.

LIBER II.

II.	* *Quod te nomine.*	pag. 32
III.	*Candidius nihil eſt.*	33
VIII.	*Quod non carmine.*	34
X.	*Quintiliane.*	35
XI.	*Rerum certa ſalus.*	ibid.
XIII.	*Conſtituit.*	36
XX.	*Artis Phidiacæ.*	39
XXVI.	* *Occurrit tibi.*	40
XXVIII.	* *Exigis à nobis.*	41
XXXVII.	* *Eſſe nihil dicis.*	46
XL.	*Par ſcelus.*	47
XLVIII.	*Sili Caſtalidum.*	50
LIII.	*Et latet.*	52
LIV.	*Ne ſis, crede mihi.*	53
LVI.	* *Munera quod ſenibus.*	54
LX.	* *Tu Setina quidem.*	56
LXIII.	*O felix animo.*	57
LXXVI.	* *Eſſe quid hoc dicam*	62
LXXXVIII.	* *Sum fateor.*	63
LXXXII.	*Quod tibi Decembri.*	65

LIBER III.

V.	*Quinctum pro.*	pag. 67.
XIII.	*Callidus effracta.*	71
XVI.	*Quæ mihi præſtiteris.*	72
XXVI.	*Non donem tibi.*	76
XXVIII.	*Profecit poto.*	ibid.
XX.	*Semper eris pauper.*	77
XXXVIII.	*Non de vi.*	86
XLII.	*Cum dubitaret.*	81
XLIII.	*Septem clepſydras.*	ibid.
XLVII.	*Quod convivaris.*	82
LIII.	*Hexametris.*	85
LIV.	*Sexageſima.*	ibid.

INDEX.

LXV.	*Æra domi non sunt.*	90
LXXI.	*Fabbat inæqualem.*	31
LXXIV.	*Discursus varios.*	93
LXXVI.	*Primum est.*	ibid.

LIBER IV.

III.	*Quod te deripiunt.*	pag. 97
IX.	*Omnia Castor emis.*	98
XV.	*Egi, Sexte, tuam.*	101
XVI.	*Sic tua Cirini.*	ibid.
XXVIII.	*Non horti.*	105
XXXII.	*Miraris veteres.*	106
LXIV.	*Illo ego sum Scorpus.*	118
LXXIV.	*Vitam quæ.*	122

LIBER V.

III.	*Cum rogo te.*	pag. 126
IX.	*Contigit Ausoniæ.*	128
XI.	*Habet Africanum.*	129
XIII.	*Omnia promittis.*	ibid.
XIV.	*Genus Aucte.*	ibid.
XVIII.	*Ne laudet dignos.*	130
XX.	*Quod nimium laudas.*	131

LIBER VI.

E Veteribus Poetis.

XVIII.	*Omnia tempus edax.*	pag. 159
XIX.	* *Ingentes Dominos.*	160
XX.	*Barbara præruptis.*	ibid.
XXII.	*Quisquis es.*	161
XXV.	*Græcia bellorum.*	162
XXVI.	*Quisquis Cecropias.*	ibid.
XXXVIII.	* *Jupiter in parvo.*	166
LXXXVI.	*Carmina qui quondam.*	182

LXXXVII. * *Quiſquis compoſito.* 183
LXXXVIII. *O qui perpetua.* ibid.

LIBER VII.

E Recentioribus Poetis.

VIII. *Quid Romam in media.* pag. 288
XLV. *Odiſti ſelium.* 196
XLIX. *Borboniæ ſpes.* 197
LI. *Dives opum.* 198
LII. * *Nympha Caledonia.* 199
LXI. *Mutua cum centum.* 203
LXIX. *Nato hæc* 205
LXXVIII. *Buſta vides.* 209
LXXIX. *O Patria ô arces.* ibid.
LXXXII. *Qui curioſus.* 211
LXXXIII. *Area parva ducem.* 212
XCI. *Hactenus immenſum.* 215
XCIII. *Famſol à medio.* 216
XCV. *Definite in medio.* 218
XCVIII. *Quod bellator.* 219

SCRIPTORUM UNDE *aliqua Epigrammata in hunc Delectum inclusa sunt, recensio.*

MOnuimus in Præfatione, hic etiam lectorem admonendum putamus, nè istos tantùm quorum hic nomina recensemus Scriptores lectos à nobis & excussos arbitretur. Innumeros enim alios perlustravimus; è quibus si nihil excerpsimus, ea causa est, quod nihil in iis visum sit nobis excerpendum; quanquam sæpius in nimiæ facilitatis partem peccaverimus, quam in nimiæ severitatis. Sunt enim quædam quæ nos admisisse pœnitet, vix ullum quod excluisse pœniteat.

Poetæ antiquiores.

Martialis. pag. 1
Catullus. 150
Cicero. 158
Laureas Tullius. ibid.
Virgilius. 159
Seneca. ibid.
Anthologia Græc. Poet. 164
Claudianus. 166
Ausonius. 167
Sixtus III. Sum. Pont. 180
D. Paulinus. 181
Mag. Fel. Ennodius. ibid.
Boethius. 182

poetæ recentiores.

Sannazarius. 185
Andreas Naugerius. 186
Antonius Tebaldeus. 187
Thomas Porcatius. ibid.
Janus Vitalis. 188
Angelus Colotius. ibid.
Pomponius Gauricus. 189
Hercules Stroza. ibid.
Thomas Muscronius. 190
Joannes Audoenus. ibid.
Theodorus Beza. 194
Buchananus. 196
Bidermanus. 200
Janus Douza. 201
Barlæus. ibid.
Paschasius. 202
Nicolaus Faber. 206
Scævola Sammarthanus. 207
Barclaius. 209
Nicholaus Borbonius. 210
Hugo Grotius. 211
Famianus Strada. 216
Vincentius Guinisius. 218

EPI-

Epigrammatum Delectus.

Liber Primus

MARTIALIS.

Ad Lectorem. I.

[1] *Hic est quem legis, ille quem requiris,*
Toto notus in orbe Martialis
[2] *Argutis Epigrammatôn libellis:*
Cui, Lector studiose, 3 quod dedisti
Viventi decus, atque sentienti,
Rari post cineres habent Poetæ.

1 Se calamo digitoque commonstrat Poeta. 2 Epigrammatis (quod est Poëma breve, cum simplici cujusjam rei, personæ vel facti indicatione, aut ex propositis aliquid deducens) virtutes duæ sunt, Brevitas & Argutia, quibus venustatem addas. 3 *Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.*

Librum edere periculosum. II.

[1] *Argiletanas mavis habitare tabernas,*
Cum tibi, parve liber, scrinia nostra vacent.
Nescis, heu, nescis [2] *dominæ* [3] *fastidia Romæ:*
Crede mihi, nimium [4] *Martia turba sapit.*
[5] *Majores nusquam ronchi: Juvenesque, senesque,*

1 Bibliopolarum tabernas in Argileto imo, in ea Regione urbis. 2 *Romanorum verum dominorum.* 3 Censuræ judiciique notas ex oculis, vultu, nutu, supercilio, cæterisque motibus perspectas, ipsum fastidium. 4 Romani Mater orlundi. 5 Sonantiores sannæ & irrisiones nusquam sunt quam Romæ.

Et pueri [6] *naſum* [7] *Rhinocerotis habent.*
Audieris cum grande [8] *ſophos,* [9] *dum baſia captas,*
[10] *Ibis abexcuſſo miſſus in aſtra ſago.*
Sed tu, ne toties [11] *domini patiare lituras,*
Neve notet luſus [12] *triſtis* [13] *arundo tuos;*
[14] *Ætherias, laſcive, cupis volitare per auras:*
[15] *I, fuge; ſed potenas tutior eſſe domi.*

6 Ut dextra fidei, genua miſericordiæ, ſupercilium gravitati & fatui, &c. ita naſus irriſioni dicatus, cenſuræ & acri judicio. 7 Cui ingens, cornu munitus, validus naſus. 8 Ab auditoribus acclamatum recitanti σοφῶς, θεῖος, μεγαλως, *Pulchrè, benè, recte? Euge, belle! Facetè, lautè, lepidè, nihil ſupra!* 9 Dum captas approbationes, quas veteres amplexu & baſiis atteſtabantur. 10 Excipient te quidem gremio, ſed ut te ſago in ſublime jactent per ludibrium & procacitatem, ut ſolent canes excipere; quod ab Othone factitatum refert *Sueton. cap.* 2. exprobratque illi famæ cupiditatem, quiad aſtra tolli velit: vel ad Rhinocerotis naſum reſpicit, quo urſum ſeu urum in aſtra tulit. 11 Emendantis & ad limam revocantis. 12 Severa, cenſoria. 13 Calamus ſcriptorius. 14 Prodire in vulgus geſtis, verſarique in hominum manu, imo jactaberis in aſtra. 15 *Epitrope Sarcaſtica.*

Ad Marcum. III.

Dò tibi naumachiam, tu das Epigrammata nobis:
Vis puto cum libro, Marce, natare tuo.

Ex perſona Domitiani offenſi intempeſtiva Poetæ (Epigrammata ſua Cæſari dum naumachiam pararet offerentis) interpellatione: & exitium Poëtæ carminibuſque in aquas abjectis minati. Naumachia, *a Sea fight.*

Leo Cæſaris lepori parcens. IV.

[1] *Ætherias aquila* [2] *puerum portante per auras*
Illæſum [3] *timidis unguibus hæſit onus;*
Nunc ſua [4] *Cæſareos* [5] *exorat præda leones,*
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
[6] *Quæ majora putas miracula? ſummus* [7] *utrique*
Auctor adeſt: hæc ſunt Cæſaris, illa Jovis.

1 Domitiani leones lepori parcentes anteponit Jovis aquilæ Ganymedem rapienti. 2 Ganymedem Trois filium. 3 Solicitis ne puer excideret vel læderetur. 4 A Cæſare exhibitos. 5 Ne lædatur lepus impetrat. 6 Certe hæc ſunt majora, quod leoni magis propria præda ſit lepus, quam aquilæ puer, & conſequenter Domitiani hoc miraculum majus quam illud Jovis. 7 *Adulatoria.*

Ignavus

Ignavus qui ſeipſum occidit. V.

Quod [1] *magni Thraſea,* [2] *conſummatiq;* [3] *Catonis*
[4] *Dogmata ſic ſequeris, ſalvus ut eſſe velis,*
[5] *Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes;*
Quod feciſſe velim te, Deciane, facis.
[6] *Nolo virum, facile redimit qui ſanguine famam;*
Hunc volo, laudari qui ſine morte poteſt.

1 Thraſ. Pœti conſtantis viri. v. Tacit. 16. Annal. Sueton. Ner. Arrian. Epict. *lib.* 1. *cap.* 1. &c. qui à Nerone juſſus mori, alacriter venas incidi juſſit, ſanguinem libans Jovi liberatori. 2 Omnibus numeris abſoluti viri, Stoici perfectiſſimi. 3 Qui ne Cæſarem victorem videret, ſe Uticæ interfecit; cui hinc cognomen Uticenſis. 4 Placita & decreta Stoica, *Mortem eſſe ad manum portum & libertatem à miſeriis, &c.* 5 Ut talem nolis tibi mortem conſciſcere, quod fecerunt illi. 6 Nolo virum qui molliter & deſperanter ad mortem quaſi remedium confugiat: hunc volo qui mala fortiter toleret perferatque.

De Regulo pene oppreſſo. VI.

Iter ad [1] *Herculei gelidas qua* [2] *Tiburis arces,*
[3] *Canaque ſulphureis Albula fumat aquis;*
[4] *Rura, nemuſque ſacrum,* [5] *dilectaq; jugera Muſis*
Signat vicinâ [6] *quartus ab urbe lapis:*
Hic [7] *rudis æſtivas præſtabat porticus umbras,*
Heu quam pænè novum porticus auſa nefas!
Nam ſubito collapſa ruit, cum mole ſub illa
[8] *Geſtatus bijugis* [9] *Regulus* [10] *eſſet equis:*
Nimirum timuit noſtras Fortuna querelas,
[11] *Quæ par tam magnæ non erat invidiæ.*
[12] *Nunc, & damna juvant, ſunt ipſa pericula tanti:*
[13] *Stantia non poterant tecta probare deos.*

1 Herculem, Deum tutelarem colentis. 2 Opp. ad 17. lapidem ab urbe Roma. 3 Ad planitiem Tiburi ſubjectam ſcaturiunt aquæ gelidæ, quæ à colore lacteo, quem à venis habent ſulphureis, Albulæ dicuntur. 4 Villam Reguli. 5 Reguli ſcilicet oratoris, docti itaq; Muſarum clientis. 6 Ἐκατόν, milliarium totidem. 7 Inculta, immorata. *Pathos*: eadémque ruinoſa. 8 In gelidis hiſce porticibus geſtari veteres ſoliti eſſedo junctis mulis, vel animi vel valetudinis cauſa. 9 Hic fuit Reg. ille quem Plin. *epiſt.* 4. *lib.* 2. Regem improborum & bipedum nequiſſimum appellavit, quem tamen Poëta palpat. 10 Jamque exceſſiſſet. 11 Ut quæ communem deſiderantium querentiumque, ſi Regulum oppreſſiſſet, invidiam diram ferendo non eſſet. 12 Illæc quidem damna fructui nobis & voluptati ſunt, hæc pericula vel magno pretio ſubeunda, quæ argumento ſint nos diis curæ eſſe, ut in Regulo ſervato deorum providentiam agnoſcamus, *Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos Solicitat.* 13 Sed ruentia mox ut Regulus geſtari deſtitit, deorum providentiam & bonitatem arguunt.

De Arria & Pæto. VII.

1 Cæcinnæ Pæto qui in partibus Scribonianis contra Claudium fuisset, ad mortem adacto, uxor Arria extractum è suo

1 *CAsta suo gladium cum traderet Arria Pæto,*
Quem de visceribus traxerat ipsa suis:
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit;
2 *Sed quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.*

vulnere pugionem marito porrexit, cum voce: *Non dolet*, Tacit. An. 16. Dio lib. 60. Plin. *lib.* 3. *epist.* 16. egregiè. 2 Tua n. vita mea mihi charior.

Vive hodie. VIII.

1 Transcriptus hic versus ab Ovid. 4. *eleg.* 1. *Trist.*
2 Veteris & probatæ amicitiæ, per annos 3 4. fides.
3 Pæne jam sexagenarius es. Romanos à consularibus numeraſſe fastis notum est.
4 Reliquæ vitæ tibi jam sexagenario: vel, præteritæ, cum tibi ærumnis curisque distracto perpauci

1 *O Mihi post nullos Juli memorande sodales;*
Si quid 2 longa fides, castaque jura valent:
3 *Bis jam pæne tibi consul trigesimus instat,*
Et numerat 4 paucos vix tua vita 4 dies.
5 *Non bene distuleris, videas quæ posse negari;*
Et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum,
Expectant curæque 6 catenatique labores.
Gaudia non remanent, sed fugitiva volant.
Hæc utraque manu 7 complexuque assere toto:
Sæpe fluunt imo 8 sic quoque lapsa sinu.
Non est, crede mihi, sapientis dicere, Vivam.
Sera nimis vita est crastina; vive hodie.

alluxerint dies felices & hilares. 5 Non prudenter feceris differendo voluptates in futurum tempus quod incertum est. 6 Invicem connexi, ubi *Finis alterius mali gradus est futuri.* 7 Vindica, supinis manibus accipe, obviis ulnis amplectere. 8 Etiam dum capessis & amplexaris.

In bono libro non omnia bona. IX.

Modestè & per jocum librum suum excusat quasi ex bonis & malis Epigrammatis compactum.

SUnt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis hîc: aliter non fit, Avite, liber.

Tamen æquus judex compensat vitiis bona: pluribus hisce (si modo plura illi bona sunt) inclinet.

De

De vino optimo vili permisto. X.

Quid te, Tucca, juvat [1] *vetulo miscere Falerno*
[2] In Vaticanis condita musta cadis?
Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?
Aut quid fecerunt optima vina mali?
[3] De nobis facile est: scelus est [4] jugulare Falernum,
Et dare [5] Campano [6] toxica sæva mero.
Convivæ meruêre tui fortasse perire:
Amphora non meruit tam pretiosa mori.

1 Quod annos ferat vivatque, laudato.
2 Vile & pessimæ notæ vinum è colle Vaticano qui Janiculo conterminus.
3 Nos jugulare tibi forte pro levi est.
4 Infuso Vaticano Falernum occidere.

Metaph. sublato vini calore animali (quem ab anima vitis habet) in acetum vertere, quod & bibentes jugulare videtur. 5 Falerno è Campania. 6 Vaticana, quæ venenum appellat, toxicum autem à taxo venenata arbore, vel παρὰ τὸ τόξα arcus, tela, quæ Barbari veneno tingunt.

De vetula edentula. XI.

Si memini, fuerant tibi quatuor, Ælia, dentes;
Expuit una duos tussis, & una duos.
Jam secura potes totis tussire diebus;
Nil istic, quod agat, tertia tussis habet.

In Boletorum voracem. XII.

Dic mihi quis furor est? turba spectante vocata,
Solus boletos, Caciliane, voras.
Quid dignum tanto tibi ventre, gulaque precabor?
Boletum, qualem Claudius edit, edas.

Boleti, *the best Mushrooms*, notissimum gulæ irritamentum, & ut jocatus est Nero, *cibus Deorum*. Namque venenato boleto Agrippina Claudium Cæsarem extinxit, qui deinde Imperatorum Romanorum more consecratus est, & in Divorum numerum relatus. *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis, Boletus domino: sed qualem Claudius edit, &c.*

De Mucio Scævola. XIII.

CUM peteret [1] *regem decepta* [2] *ſatellite dextra,*
Injecit [3] *ſacris ſe peritura focis.*
Sed tam ſæva pius miracula non tulit hoſtis,
Et raptum flammis juſſit abire virum.
Urere quam potuit contempto [4] *Mucius igne,*
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
[5] *Major deceptæ fama eſt & gloria dextræ.*
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

1 Porſennam: hiſtoria nota ex Livio 2.
2 Scriba, quem pari cum Rege ornatu ſedentem regem credidit.
3 Mucii Scævolæ.
4 Accenſo ad ſacrificium foculo. Porſenna tanta viri conſtantia attonitus ex ſævo hoſte pietatem induit, Mucio ad ſuos remiſſo. 5 Acclamatio Epigrammatis encomiaſticis ſolennis. Majorem ſcilicet laudem meretur conſtantia ultrix manus errantis, quam tanti facinoris fiducialis inceptio.

Ad Fauſtinum ut libellos in lucem edat. XIV.

EDe tuos tandem populo, Fauſtine, libellos,
Et cultum docto pectore profer opus:
[1] *Quod nec Cecropiæ damnent Pandionis arces,*
Nec ſileant * *noſtri,* [2] *prætereantque* [3] *ſenes.*
Ante fores ſtantem dubitas admittere famam?
[4] *Teque piget curæ præmia ferre tuæ?*
[5] *Poſt te victuræ, per te quoque vivere chartæ*
Incipiant, [6] *cineri gloria ſera venit.*

1 Quod probent Græci ac * Latini. Cecrops Athenarum conditor: Pandion inſtaurator: arces in tutela Palladis Athenarum præſidis.
2 Non prætereant. id eſt, omne laudis punctum illi tribuant. Metaphora à ſuffragiis quæ in tabulas cereas referebantur per puncta: è quibus plurimorum ſenſu magiſtratus *creari*; pauciorum, à populo *agitari*: nullorum *præteriri* candidatus dicebatur. Hor. ad Piſones; *Centuriæ ſeniorum agitant, &c.*
3 Qui maturioris judicii, vel alludit ad Centurias ſeniorum, *ut modo.* 4 Noli te dulciſſimo ſtudiorum fructu defraudare, nominis ſcilicet immortalitate, & famæ in vivis dulcedine. 5 Ingenii tui fœtus, te potius in vivis, & ipſe vivus ingrediatur, quam poſthumus edatur. 6 Vivus itaque fruere famæ dulcedine.

De Acerra bibace. XV.

[1] *HEſterno fœtere mero qui credit Acerram*
Fallitur, [2] *in lucem ſemper Acerra bibit.*

1 Negando magis affirmat, excuſando Acerram acrius incuſat.
2 Compotationes in lucem protrahit, adeoq; noctis non diei heſterni merum olet.

In

In Plagiarium. XVI.

Fama refert noſtros te, Fidentine, libellos
Non aliter populo, quam recitare [1] tuos.
Si mea vis dici; gratis tibi carmina mittam:
[2] Si dici tua vis; hæc eme, ne mea ſint.

1 Pro tuis.
2 *Nam quod emis, poſſis dicere jure tuum.*

Non amo te. XVII.

NON amo te, Sabidi, nec poſſum dicere quare.
Hoc tantum poſſum dicere; non amo te.

Odi te, Sabgratis: neque enim odii mei rationem reddere valeo, ab animi pravitate, morum diſſimilitudine, & ſyderum contrapoſitione, antipathia, genio infeſto, ſeu malo omine. Ita Senecæ Thyeſtes: *rapior & neſcio quo, ſed rapior, & Nihil timendum video, ſed timeo tamen*; vel argutius, te odi, neque tamen per modeſtiam licet effari odii mei cauſam; vel propter oris tui impuri graveolentiam non ſuſtineo apud te longiore uti ſermone, hoc tantum dico, *Non amo te.*

Fletus ſine teſte. XVIII.

AMiſſum non flet, cum ſola eſt Gellia, patrem;
Si quis adeſt, juſſæ proſiliunt lachrymæ.
Non dolet hic, quiſquis laudari, Gellia, quærit;
Ille dolet verè qui ſine teſte dolet.

Vituperatur heic quiſquis è lachrymis laudem captat, quæ turpius nunquam fluunt quam ubi finguntur.

De pietate fratrum. XIX.

[1] SI, Lucane, tibi, vel ſi tibi*, Tulle, darentur,*
Qualia Ledæi fata Lacones habent:
Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus,
Quod pro fratre mori vellet uterque prior:
Diceret, infernas & quì prior iſſet ad umbras,
[2] Vive tuo, frater, tempore, vive meo.

* Nobile par fratrum, quorum pium amorem celebrat PliniusSec. *epiſt.* 18. *lib.* 8.
1 Si poſſetis per mortem alternam vobis invicem indulgere vitam, quod de Caſtore & Polluce Lacedæmoniis Ledæ filiis ferunt Poëtæ. 2 Ego in æterna mortis conditione manebo, ut tu in æternum vivas.

Aliena malè recitans. XX.

1 Pro more Poetarum, qui carmina sua recitabant publicè in æde Apollinis Palatini, theatris, templis, hortis, ædibus in id ipsum conductitiis, &c. vel privatè, & coram paucis.

QUem 1 recitas, meus est, ô Fidentine, libellus:
Sed malè cum recitas, incipit esse tuus.

Laus viti boni. XXI.

1 Priscos illos propter amicitiam sinceræ cultam decantatos: Herculem & Theseum, Damona & Pythiam, Pyladen & Orestem, &c. Ita Catullus, *Et facile hæc charta loquatur anus.*

SI quis erit, raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaque novit 1 anus:
Si quis 2 Cecropiæ madidus, Latiæque Minervæ
Artibus, & vera simplicitate bonus:
Si quis erit 3 recti custos, imitator honesti,
4 Et nihil arcano qui roget ore Deos:
Si quis erit 5 magnæ subnixus robore mentis,
6 Dispeream, si non hic Decianus erit.

Fumi loquax chartaque dicet anus. 2 Græcâ Romanâque scientiâ & artibus imbutus. 3 Stoicæ disciplinæ satelles & sectator. 4 *Et qui eo pervenit, ut nihil roget Deum, nisi quod rogare possit palam.* Seneca epist. 10. *Qui aperto vivit voto, nec labra movet metuens audiri.* 5 Fortis & constans. 6 Execrationis formula.

Supplicium invidi. XXII.

1 Qui vultum adducis ad tristitiam, qui contracta fronte hæc improbus. 2 Infimus omnium fis precor, qui habes cur omnibus invideas: cur tibi nemo. Hinc illud antiqui: *Nemo invidit misero.*

QUi ducis vultus, & non legis ista libenter,
2 Omnibus invideas, Livide, nemo tibi.

De Porcia. XXIII.

1 Historia nota ex Plutarchi Bruto.
2 Catonem, cujus morituri illa vox: *An nescis paulisper spiritu represso, aut capite ad parietem illiso emori licere?*

COnjugis audisset fatum cum Porcia Bruti,
Et subtracta sibi quæreret arma dolor:
Nondum scitis, ait, mortem non posse negari?
Credideram 2 satis hoc vos docuisse patrem.

Dixit

Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas:
I nunc, & ferrum, turba moleſta, nega.

De apro ad cœnam appoſito. XXIV.

BIS tibi triceni ſuimus, Mancine, vocati,
Et poſitum eſt nobis nil, here, præter [1] *aprum.*
[2] *Non quæ de tardis ſervantur vitibus uvæ,*
Dulcibus aut certant quæ [3] *melimela favis.*
[4] *Non pyra, quæ lenta pendent religata geniſta,*
Aut [5] *imitata breves punica mala roſas.*
[6] *Ruſtica lactantes nec miſit ſiſcina metas,*
Nec de Picenis venit oliva cadis.
[7] *Nudus aper; ſed & hic minimus,* [8] *qualiſq; necari*
A non armato pumilione poteſt.
[9] *Et nihil inde datum eſt; tantum ſpectavimus omnes*
Ponere aprum nobis ſic & arena ſolet.
Ponatur tibi nullus aper poſt talia facta:
[10] *Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.*

1 *Aprum ad convivia natum.* Quem integrum menſis inferebant Romani.
2 Non nobis apponebantur uvæ duracinæ, non, &c.
3 Dulciſſima poma. Gall. *de Paradis.*
4 Non pyra ſerotina, quæ ad maturitatem pendent ab arbore, vel in cella vinculo religata è geniſta lenta.
5 Quæ βραχυβιοτατα, id eſt, floris colore imitantur roſas, flores brevis ævi: *aliis*, quod ipſa arbor brevis ævi ſit. 6 Nec calatho ruſtico allata apponebatur nobis meta lactis. Id eſt, lac coagulatum, in formam metæ Circenſis, Id eſt, inverſi turbinis ceu pyramidis coactum. *Cheeſe made in the form of a Sugar loaf.*
7 Non inconditus (ut volunt quidam) ſed abſque aliis cibis & obſoniis illatus.
8 *Nec dignus ferro Meleagri*, ſed qualis ab inermi nano confici poſſit. 9 Neque eum carptor ſcindens præminiſtrabat, ſed tanquam in Ampitheatro nobis pro ſpectaculo exhibitus eſt. 10 Sed tu objiciaris apro diſcerpendus, ut Charidemus à Domitiano.

Leo & lepus amici. XXV.

RIctibus his tauros non ereripuere [1] *magiſtri,*
Per quos præda fugax, itque, reditq; lepus.
Quodque magis mirum, velocior exit ab hoſte,
[2] *Nec nihil à tanta nobilitate refert.*
Tutior in ſola non eſt cum currit arena,
Nec caveæ tanta conditur ille fide.
Si vitare canum morſus, lepus, [3] *improbe, queris.*
Ad quæ confugias ora leonis habes.

1 Cuſtodes leonum, manſuetarii.
2 Robur ſcilicet animoſque ſumit à leonis magnanimitate.
3 Audax, callide.

Cum dignitate otium. XXVI.

VIR Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræque laus Hiſpaniæ;
[1] Mercetur aliusgrande, & inſanum ſophos:
Miſerere tu [2] felicium;
[3] Veroque fruere [4] non ſuperbus gaudio,
Dum [5] Sura laudatur tuus.
[6] Non impudenter vita, quod reliquum eſt, petit;
Cum fama, quod ſatis eſt, habet.

1 Alius irrequieto labore aucupetur inſani populi auram ſibi tanquam diſerto patrono acclamantis σοφῶς, *Inſanum ſophos*, contradictio implicita, vel Hypallage *plebis inſanæ*. 2 Horum qui plebis laudibus tumidi, & forenſibus negotiis occupati ſe felices credunt, digni ſane miſericordia. 3 Gaudio tranquillæ vitæ, curis & moleſtiis liberæ, non ſolicitæ. 4 Non ambitioſus, non levis populi aura inflatus. 5 Palphurius Sura, cæterique laudis avidi cauſidici foro vacent. 6 Tu, O Liciniane, laudum ſatis amplum titulum cumulumque conſecutus, in poſterum citra gloriæ jacturam aut infamiæ notam, otio & quieti indulge.

Ad leporem. XXVII.

NOn [1] facit ad ſævos cervix, niſi [2] prima, leones,
Quid fugis hos dentes, [3] ambitioſe lepus?
Scilicet à magnis ad te deſcendere tauris,
Et quæ non [4] cernunt, frangere colla velint?
Deſperanda tibi eſt [5] ingentis gloria fati:
[6] Non potes hoc tenuis præda ſub hoſte mori.

1 Leo cervices ignobiles non curat. 2 Maxima, taurorum ſcilicet & cervorum. 3 Fati gloriam à leone captans. 4 Præ exilitate 5 Glorioſæ mortis tibi à leone datæ. 6 Nolo inquinari ignavo ſanguine. Phæd.

Plagiarius furti convictus. XXVIII.

UNa eſt in [1] noſtris tua, Fidentine, libellis
Pagina, ſed certa domini ſignata figura;
Quæ tua [2] traducit manifeſto carmina furto.
Sic [3] Aretinæ [4] violant cryſtallina teſtæ:
Sic niger, in ripis errat cum forte [5] Cayſtri,
Inter [6] Ledæos ridetur corvus olores:

1 Quos tibi vendicas furto. 2 Quæ te manifeſto arguit cætera furripuiſſe. 3 Tua pagina meis libellis inſerta non minus ſordere apparet, quam teſtæ ficiles ex luto Aretino inter vaſa cryſtallina: aut corvus inter olores: aut pica inter luſcinias. Aretium Italiæ urbs, ubi terra teſtis apta. 4 Contaminant cryſtal. comparata cum cryſtallinis ipſa ſordent. 5 Aſiæ fluvius cygnis frequens. 6 Jupiter ſub imagine cygni Ledam compreſſit.

Sic

Sic ubi multisonâ fervet sacer 7 *Atthide lucus,*
Improba Cecropias offendit pica querelas.
8 *Indice non opus est nostris, nec vindice libris:*
Stat contra, dicitque tibi tua pagina, fur es.

7 Philomela, Pandionis regis Athenienſis filia.
8 Non opus eſt alio delatore aut aſſertore quam tuâ paginâ, quæ te furti accuſet damnetque.

Amicus novus. XXIX.

1 *SI quid, Fusce, vacas adhuc amari;*
(Nam sunt hinc tibi, sunt & hinc amici:)
Unum, si supereſt, locum rogamus;
Nec me, quod tibi sum novus, recuses.
Omnes 2 *hoc veteres tui fuerunt.*
Tu tantum inspice, qui novus paratur,
An possit fieri vetus sodalis.

1 Si quid loci apud te reliquum ſit novo amico.
2 Novi ſcilicet.

Vita quieta. XXX.

VOta 1 *tui breviter si vis cognoscere Marci,*
2 *Clarum militiæ, Fronto, togæque decus.*
Hoc petit; esse sui nec magni ruris arator,
3 *Sordidaque in parvis otia rebus amat.*
4 *Quisquam* 5 *picta colit Spartani frigora saxi,*
Et 6 *matutinum portat ineptus ave;*
Cui licet exigui nemoris ruriſque 7 *beati*
8 *Ante focum plenas explicuisse plagas?*
Et piscem tremula salientem ducere seta,
Flavaque de rubro promere mella cado?
Pinguis 9 *inæquales onerat cui villica mensas;*
Et sua 10 *non emptus præparat ova cinis?*
Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto;
Vivat & urbanis 11 *albus in officiis?*

1 Amici tui Marci Valerii Martialis, id eſt, mei.
2 Fuit n. tribunus vigiliarum, & conſul; vir clarus juxta ac doctus.
3 Sine cultu & ſplendore, in re modica & tenui.
4 Nemo adeo cui obtigit modicus contiguo eum lare fundus, modo mens ſana ſit, velit ſuperbos aditus regum duraſque fores colere, ut ſummo mane ſalutet patronum. 5 Atria divitum ad frigiditatem incruſtata marmore Laconico, natura quidem variegato, ſed & arte inſuper picto, teſte Plin. *lib.* 35. *cap.* 1. 6 Salutationis matutinæ vocem ſolennem. 7 Fertilis, *vel Metonymice*, quod dominum beatum reddat. 8 Evacuare ante focum caſſes & retia prædis onuſta. 9 *Mensæ ſed erat pes tertius impar, Testa parem fecit.* Ovid. Metam. 8. 10 Meus, *Vicinus*: namq; *in ipſum ſylva deſcendit fœcum.* 11 Nonnulli exponunt *pallidus*, anxius ſcilicet & ſolicitus: alii *pulcher* non fuſcatus ſcilicet ſolo ruſtico. Lipſius 1. *Elect. c.* 13. Alba toga indutus inter anteambulonum & niveorum Quiritum officia; ſeu cretatus & candidatus in comitiis.

Patria

Patria Scriptorum. XXXI.

† Versus è quibus plerique, Hendecasyllabi Phalœcii.
* Adverte signata & ad argumentũ cujuſq; autoris vel loci apposita verba, *Amat, felix, censetur, plaudit, sonant, facunda loquitur; gaudent jocosæ, gloriabitur* & modestum illud, *non tacebit.*
1 Catullus.
2 Virgilius natus est in pago qui Andes dicebatur, non procul à Mantua. 3 Magni fit, in censu & æstimatione est. 4 Patavinus ager, Patavium, ab Apono *Fonte Antenoreæ vitam qui porrigit urbi.* Aponus autem nunc ab *Abano* vicus est quinque mille passuum à Patavio distans, thermis nobilis. 5 Valerio Flacco qui scripsit Argonautica. 6 Poëta Alexandrino, Menandri æmulo. 7 Qui inundatione sua, vice imbrium (qui in Ægypto rari) fungitur in terra irriganda. 8 Patrem Rhetorem & declamatorem; filium Philosophum & tragicum: vel L. Senecam Philosophum fratrisque ejus filium Marcum tragœdum. 9 Emerita Augusta civitas Hispaniæ ad Lusitaniam spectans.

*Verona docti † syllabas * amat* [1] *vatis;*
*Marone * felix* [2] *Mantua est:*
[3] *Censetur* [4] *Apona Livio suo* [4] *tellus:*
Stellâque, nec [5] *Flacco minus:*
[6] *Apollodoro * plaudit* [7] *imbrifer Nilus;*
*Nasone Peligni * sonant,*
[8] *Duosque Senecas, unicumque Lucanum*
** Facunda loquitur Corduba.*
** Gaudent jocosæ Canio suo Gades;*
[9] *Emerita Deciano meo,*
*Te, Liciniane, * gloriabitur nostra,*
** Nec me tacebit Bilbilis.*

Ad furem, de libro suo. XXXII.

1 Qui ambitiosè nomen Poëtæ aucuparis.
2 Librarii transcribentis opella, & non ita magni pretii chartæ scapus.
3 Ipsa sapientia aut sapientiæ laus non paratur quo liber, pretio.
4 Nondum vulgata.
5 Versus nondum in publicum emissos. 6 Autor solus. 7 Clausas, necdum editas. 8 Quæ nondum lectorem experta est, quam nullius viri manus contrectavit, nullius lectoris oculus foris vagantem vidit. 9 Autor. 10 Quæ nondum lectoris manu versata, lanugine inhorruit, pilosaque facta est. *Aliis* quæ nondum recitata atque edita horruit, ab auditorum bafiantium mento. 11 Frustra & sero plagiarius sibi adscribit opus cujus innotuerit autor.

Eras meorum fur avare librorum,
[1] *Fieri Poetam posse qui putas tanti,*
[2] *Scriptura quanti constet, & tomus vilis*
[3] *Non sex paratur aut decem sophos nummis.*
[4] *Secreta quære carmina, &* [5] *rudes curas,*
Quas novit [6] *unus, scrinioque* [7] *signatas*
Custodit ipse [8] *virginis* [9] *pater chartæ;*
[10] *Quæ trita duro non inhorruit mento.*
[11] *Mutare dominum non potest liber notus.*

12 Sed

12 *Sed pumicata fronte ſi quis eſt nondum,*
Nec umbilicis cultus atque membranâ:
13 *Mercare tales ab eo, nec ſciet quiſquam.*
Aliena quiſquis recitat, & petit famam;
Non emere librum, ſed ſilentium debet.

12 Si quis vero liber novus ſit, cujus frontes (eæ ſunt extremitates membranæ in orbem complicatæ, in medio quarum apparebant cornua) pumice jam primum poliuntur; & cujus umbilicus, (is eſt, bacillus cedrinus, buxeus, cupreſſinus, &c. extremæ paginæ abſoluto jam opere aſſutus) vel umbilici extremitates (quæ, complicatis in volumen membranis, utrinque apparent, cornuaque appellantur) ebore, argento vel auro ornantur; & quem noviſſime obducit pellis; hunc eme, ſimulque autoris ſilentium. 13 P. Scriv. *Mercare, tales habeo, nec ſcilicet.*

Fur carminum non eſt Poeta. XXXIII.

Noſtris verſibus eſſe te Poetam,
Fidentine, putas, cupiſque credi?
1 *Sic dentata ſibi videtur Ægle,*
Emptis 2 *oſſibus,* 3 *Indicoque cornu:*
Sic, quæ nigrior eſt 4 *cadente moro,*
5 *Ceruſſata ſibi placet Lycoris.*
6 *Hac & tu ratione, qua poeta es,*
Calvus cum fueris, eris comatus.

1 Emendo & adſciſcendo aliena pro ſuis. 2 Dentibus ex oſſe vel ebore fictitiis. 3 Elephantis belluæ Indicæ cornu, ut volunt Varro, Pauſanias, Oppianus, &c. vel dens juxta Ariſto 1. Plinium, Philoſtratum. 4 Præmaturo, qui niger. 5 Candida & lita ceruſſa. 6 Comam adſcititiam ſumendo.

De mutuum rogantibus. XXXIV.

Dimidium donare Lino, 1 *quam credere totum,*
Qui mavult; 2 *mavult perdere dimidium.*

1 Mutuum dare. 2 Æque enim utrumque non ſolvit, mutuum ac donatum, totum ac dimidium.

Muſæ

Muſæ egentes. XXXV.

O *Mihi* [1] *curarum pretium non vile mearum,*
Flacce, [2] *Antenorei ſpes & alumne Laris:*
[3] *Pierios differ cantuſque, choroſque* [4] *ſororum:*
Æs dabit ex iſtis nulla puella tibi. (*nervæ:*
Quid petis à [5] *Phœbo? nummos habet* [6] *arca Mi-*
[7] *Hæc ſapit;* [8] *hæc omneis ſœnerat una deos.*
[9] *Quid poſſent hederæ Bacchi dare?* [10] *Palladis arbor*
Inclinat [11] *varias pondere nigra comas.*
[12] *Præter aquas Helicon & ſerta, lyraſq; Dearum*
Nil habet, & magnum ſemper inane ſophos.
Quid tibi cum Cirrha? quid cum [13] *Permeſſidos unda?*
Romanum propius, divitiuſque forum eſt.
[14] *Illic æra ſonant: at circum* [15] *pulpita noſtra*
Et [16] *ſteriles* [17] *cathedras, baſia ſola crepant.*

1 Curarum mearum levamen unicum & ſolatium. *Vel* ſtudii poëtici quod mihi tecum eſt commune, grande decus.
2 Urbs Patavii quam condidit Antenor: fuit n. Val. Flaccus Argonauticôn autor civis Patavinus.
3 Deſine & deſere poëticam, cum Muſæ nullo ſint in pretio, vel differ in aliud tempus cum præſens poſtulet ut rem facias.
4 Novem Muſas.
5 Cui laurus & laus nuda curæ. 6 Arcæ Patronorum, quibus leges & cauſæ, quas dedit, quas docuit Minerva, nummorum affatim dederunt. 7 Lucri enim bonum odorem ſapere, vera eſt hodie ſapientia, alludit autem ad Avieni apologum in quo Palladem collaudat Jupiter, quod cæteris diis ſteriles ad gloriæ ſpeciem eligentibus arbores, illa olivam propter fructum elegiſſet. 8 Adeo dives eſt, ut cæteris diis mutuum det. 9 Quis enim uſus corymborum & hederæ? 10 Oliva cujus rami ubertate incurvantur. 11 Frondes varii coloris baccis onuſtas. 12 Studia hæc & opera poëtarum, quæ Heleione, Cirrha, Permeſſide lympha, ſacris Phœbo, Bromio & Muſis atque hujuſmodi bullatis ſonant nugis adferunt tantum voluptatem; inanem laudem, plauſum & baſia ab auditoribus; quin te potius conferas ad forenſes cauſas agendas, unde rem augeas ac diteſcas? 13 *Permeſſide nuda?* omnino reponendum monet Scriverius. 14 In foro numeratur patronis. 15 Editiora loca, ante ſcenam, è quibus recitabantur poëmata. 16 Nullum fructum afferentes. 17 Auditorii ſubſellia.

Mors Romana. XXXVI.

[1] *INdignas premeret peſtis cum tabida fauces,*
Inque ſuos vultus ſerpere tetra lues:
[2] *Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos,*
[3] *Decrevit Stygios Feſtus adire lacus.*
[4] *Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno,*
[5] *Aut torſit lenta triſtia fata fame.*

1 Feſtus immedicabili peſtilentia correptus.
2 Oculis non lacrymantibus & firmo pectore.
3 Relinquendæ vitæ certus.
4 Non polluit veneno, quo ſublati efferuntur nigri. 5 Non torſit inedia voluntaria.

6 *Sanctam*

6 *Sanctam Romanâ vitam ſed morte peregit,*
Dimiſitque animam 7 *nobiliore viâ.*
8 *Hanc mortem fatis magni præferre Catonis*
Fama poteſt: hujus Cæſar amicus erat.

6 Sed vulnere facto emiſſet animam pulchro mortis genere & Romanis ſolenni, Lucretiæ, Scipioni, Catoni, Bruto, &c. 7 Honeſtâ & amplâ portâ, non quâ fœda illa fœtidaque peſtis fauces obſtruxerat. 8 Hic itaque non fugit è vitâ Cæſaris odio, quod fecit Cato ille Uticenſis, ne ſubire vultum tyranni cogeretur, ut ipſe dicebat.

Luſus in verbo agere. XXXVII.

SEmper agis cauſas, & res agis, Attale, ſemper;
Eſt, non eſt, quod agas, Attale ſemper agis.
Si, res & cauſæ deſunt, 1 *agis, Attale, mulas.*
Attale, ne quod agas deſit, 2 *agas animam.*

1 Agitas.
2 Moriaris.

De Regulo pene oppreſſo. XXXVIII.

1 *HÆC, quæ pulvere diſſipata multo*
Longas porticus explicat ruinas,
En quanto jacet 2 *abſoluta caſu!*
Tectis nam modo Regulus ſub illis
Geſtatus fuerat, receſſeratque;
Victa eſt pondere cum ſuo repente:
Et poſtquam domino nihil timebat,
Securo ruit incruenta damno.
Tantæ, Regule, poſt metum querelæ,
Quis curam neget eſſe te deorum,
Propter quem fuit innocens ruina?

1 Ejuſdem argumenti & artificii, vide ſupra.
2 Crimine abſoluta, quæ innoxio lapſu caduca ſuperſederat *domini capiti immoranti.*

Vicinus alienus. XXXIX.

VIcinus meus eſt, manuque tangi
De noſtris Novius poteſt feneſtris.
Quis non invideat mihi, putetque
Horis omnibus eſſe me beatum,
Junctò cui liceat frui ſodale?
Tam longè eſt mihi, quam 1 *Terentianus,*
Qui nunc Niliacam regit Syenen.

1 Præfectus Ægypti, in qua, Æthiopiam verſus urbs Syene *umbras nuſquam flectens* ſolſtitio æſtivo.

Non

Non convivere, nec videre ſaltem,
Non audire licet, nec urbe totâ
Quiſquam eſt tam propè, tam proculque nobis.
Migrandum eſt mihi [2] *longius, vel illi.*
[3] *Vicinus Novio, vel inquilinus*
Sit, ſi quis Novium videre non vult.

2 Neque enim tam prope videre fas eſt.
3 *Whoever would never ſee* Novius, *ought either to be his Neighbour, or live in his Houſe.*

Epitaphium pueri. XL.

Alcime, quem [1] *raptum domino* [2] *creſcentibus an-*
[3] *Labicana* [4] *levi ceſpite velat humus: (nis*
Accipe [5] *non Pharios nutantia pondera ſaxo,*
[6] *Quæ cineri vanus dat ruitura labor:*
Sed fragiles [7] *buxos, & opacas palmitis umbras,*
Quæque virent lacrymis humida prata meis.
Accipe, chare puer, noſtri monumenta [8] *doloris:*
Hic tibi perpetuo tempore vivet honor.
Cum mihi ſupremos [9] *Lacheſis perneverit annos:*
Non aliter cineres mando jacere meos.

1 Puer hic videtur fuiſſe Martialis.
2 Jam adoleſcentem.
3 In via Labicana, quæ à porta Eſquilina ducit ad Labicum Italiæ pagum.
4 Non magnifico tumulo: vel reſpicit precationis & inſcriptionis formulam; *Sit tibi terra levis.*
5 Non obeliſcos & pyramidas, non ſtatuas quæ columnis è ſaxo Ægyptio innixæ pendere & nutare videantur. 6 *Conſumet ferrum lapidemque vetuſtas*, &c. Ovid 4. de ponto. & Juven. Sat. 10. *data ſunt ipſis quoque fata ſepulcbris.* 7 Buxetum, hypampelon, viridarium, flores pratenſes: tumulis namque moris erat virentes inſerere arbores; *Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.* 8 In cippo excolendo, & hoc carmine. 9 E Parcis una, id eſt, ubi Fata abſolverint penſum vitæ meæ.

Ad Poetam obtrectatorem. XLI.

Cum tua non edas, carpis mea carmina, Lali,
Carpere vel noli noſtra, [1] *vel ede tua.*

1 Ut ſint quæ ego viciſſim carpam.

In Rabulam. XLII.

Quod clamas ſemper, quod agentibus obſtrepis, Heli,
Non facis hoc gratis: accipis, ut taceas.

Peſſimum rabulam obſtrepero clamore ſe aliorum actionibus ingerentem ut quem propter imperitiam nemo adſciviſſet, propter importunitatem aliquis placaret objectâ trifauci huic Cebero pretii offa ut taceret: poteſt & intelligi de prævaricatore ad tacendum corrupto, ex noto illo joco in Demoſthenis argentanginam.

In

In Cauſſidicum clamoſum. XLIII.

CUm clamant omnes, loqueris tu, Nævole, ſemper,
Et te patronum cauſſidicumque putas.
Hâc ratione poteſt nemo non eſſe diſertus.
Ecce tacent omnes: Nævole, [1] dic aliquod.

1 Qui te oſtentare ſoles, cæteris interſtrependo, ac ſi haberes quod diceres: ecce, jam ſilentio facto, oſtende quàm diſertus ſis patronus. At nunc piſcis & rana Seriphia es, nec ꝑꝙ quidem habes quod dicas.

De Podagrâ, Chiragrâ. XLIV.

[1] LItigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat,
Sed nil patrono porrigit; hæc [2] chiragra eſt.

1 Podagra detenti ut plurimum litigioſi, queruli, loquaces ſunt, & quia pedibus uti non licet, linguâ ſtrenui ſunt, multa animo verſantes. 2 Jocatur autem avaritiam Diodori à chiragra quæ manus contrahit profectam, licet *illi nec juſta chiragra, Contudit articulos.* Horat. 2. Serm.

Quo ditior, hoc ſordidior. XLV.

[1] NON plenum modo vicies habebas:
Sed tam prodigus, atque liberalis,
Et tam lautus eras, Calene, ut omnes
Optarent tibi [2] centies amici.
Audit vota Deus, preceſque noſtras;
Atque [3] intra, puto, ſeptimas Calendas,
[4] Mortes hoc tibi [4] quatuor dederunt.
At tu, ſic [5] quaſi non foret relictum,
Sed raptum tibi centies, abiſti
[6] In tantam miſer eſuritionem;
Ut convivia ſumptuoſiora,
Toto quæ [7] ſemel apparas in anno,
[8] Nigræ ſordibus explices monetæ;
Et ſeptem veteres tui ſodales
Conſtemus tibi [9] plumbeâ ſelibrâ.

1 Non omnino vicies millia centena ſeſtertium, noſtræ monetæ 15625. lib.
2 Noſtræ monetæ 78125. l.
3 Intra ſeptem menſes.
4 Hæreditates ex 4 amicis mortuis.
5 Quaſi tibi ablatæ potius & amiſſæ fuiſſent 78125 l. quam relictæ & legatæ.
6 In avaritiam tam ſordidam & famelicam.
7 Solis natalibus.
8 Ærea moneta ſeu plumbea, cujus contrectatione ſordent manus: ſimul & ſordes Caleni taxat, qui ad 7 veteres amicos excipiendos non excedebat ſumptum ejus ſummulæ quæ nigra vænit monetâ, quod & viliſſimarum rerum pretium eſt, ut apparet ex adjecta *ſelibra plumbea.* 9 Peſſimæ notæ, id eſt, æneæ monetæ duobus teruncis, vel etiam plumbeæ; namque & quadrantes plumbei Romanis quondam in uſu.

Quid

10 Millies centena millia H. S. id est 781250 lib.

Quid dignum meritis precemur istis?
Optamus tibi [10] *millies, Calene,*
Hoc si contigerit, fame peribis.

De Virgine vetula. XLVI.

Puella sibi visa, quod viverent pater & mater cum nutricibus, quos etiam patres (pro more) appellabat: vel quo junior videri possit seniores se interdum ccævas, imo & juniores salutavit appellavitque mammarum & tatarum, patrum scilicet matrumq; prænomine, cum ipsa jam vetula esset, ipsorumq; abavia videri posset.

Mammas, atque tatas habet Afra: sed ipsa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma potest.

Ludus in malum pictorem. XLVII.

Pictor qui pinxit Venerem tuam Licori, blanditus est Minervæ,

Qui pinxit Venerem tuam, Licori,
Blanditus, puto, pictor est Minervæ.

Veneris quondam de pulchritudine æmulæ, adeo deformem pinxit: vel, puto, id est ut videtur, pictor est Minervæ, cui similior imago tua, Licori, quam Veneri. Pictores insuper in Minervæ clientelâ sunt, hinc acumen epigram. 41. lib. 5.

In avarum. XLVIII.

1 Alii *justus*, id est, nondum plenum & justum assequutus censum equitis, qui quadringenta sestert. id est nostræ monetæ 3125. lib.
2 *O faciles dare prava deos!*
3 E 10 olivis major pars reservatur in proximam cœnam.
4 Fœculentum & turbidum vinum à Veientibus in Italia.
5 Sc. tam parce & duriter vivebat, ut asse tantum cœna constabat. 6 E formula vocandi in jus. 7 Qui vovisti te lautè victurum si, &c. 8 Qui sordidè vivendo non agnoscit se ex voto accepisse quod accepit. 9 Lautè, genialiter. 10 Quando iis non uteris, vel ut liberius vivas, quod prius fecisti.

Si dederint superi decies mihi millia centum:
Dicebat nondum, Scævola, [1] *factus eques:*
Qualiter ô vivam, quam largè, quamque beatè!
Riserunt, [2] *faciles & tribuêre, dei.*
Sordidior multo post hoc toga; penula pejor:
Calceus est sartâ terque quaterque cute:
[3] *Deque decem plures semper servantur olivæ;*
Explicat & cœnas unica mensa duas:
Et [4] *Vejentani bibitur fæx crassa rubelli;*
Asse cicer tepidum constat, & [5] *asse Venus.*
[6] *In jus ô* [7] *fallax atque* [8] *inficiator, eamus:*
Aut [9] *vive, aut decies, Scævola,* [10] *redde Deis.*

De

De Spectaculo. XLIX.

[1] *Picto quod juga* [2] *delicata collo*
Pardus sustinet, [3] *improbæque tigres*
[4] *Indulgent patientiam flagello :*
Mordent aurea quod lupata cervi,
Quod frænis [5] *Libyci domantur ursi,*
Et quantum Calydon tulisse fertur,
Paret [6] *purpureis aper capistris :*
Turpes [7] *esseda quod trahunt bisontes,*
Et [8] *molles dare jussa quod choreas*
Nigro bellua nil negat magistro ;
Quis spectacula non putet deorum ?
* *Hæc transit tamen, ut minora, quisquis*
Venatus humiles vidit leonum,
Quos velox leporum timor fatigat.
Dimittunt, repetunt, amantque captos,
Et securior est in ore præda,
Laxos cui dare, perviosque rictus
Gaudent, & timidos tenere dentes ;
Mollem frangere dum pudet rapinam :
Stratis cum modo venerint juvencis.
Hæc clementia non paratur arte,
Sed norunt cui serviunt leones.

1 Pardi enim & Pantheræ variegati & maculosi.
2 Mollia, purpurea, serica, ut mox n. 8.
3 Feroces, rabidæ, vel, quod nemini probabile erat passuras tigres.
4 Patiuntur flagra.
5 Vide Lipsium Elect. 2. cap. 4. contendentem leones à Romanis tum rudibus obvia notaque voce dictos fuisse *Libycos Ursos :* ut & elephantem *bovem Lucam :* Struthionem, *Passerem marinum :* contra quem ex Plinii autoritate, lib. 8. cap. 36. & 58. doctè disserentem, cum alii plurimi autores tum hic facit locus, ubi inductione cæterarum ferarum, inter quos & ursorum, ascenditur distinctè ad leones. 6 Supra num. 2. 7 Curtius Britannicos. 8 Quod Elephantus saltans paret rectori suo ex Æthiopia. * Hæc tamen omnia superat leporum lusus per rictus leonum.

Operari demum juvat si est operæ pretium. L.

Sæpe mihi dicis, Luci clarissime Juli,
Scribe aliquid [1] *magnum : desidiosus homo es.*
[2] *Otia da nobis : sed* [2] *qualia fecerat olim*
[3] *Mæcenas Flacco, Virgilioque suo :*

1 Epicum vel perpetuum carmen.
2 Agros & pecunias quo Musis vacem, *non de lodice paranda Solicitus.* 3 Locupletavit Cilnius Mæcenas Virgilium, Horatium, &c.

Condere

Condere victuras tentem per ſecula 4 *curas,*
Et nomen Flammis 5 *eripuiſſe meum.*
6 *In ſteriles campos nolunt juga ferre juvenci:*
7 *Pingue ſolum laſſat, ſed juvat ipſe labor.*

4 Carmina.
5 Ut ultra rogos & cineres ſuperſit.
6 Muſæ non libenter arant litus, non amant ſtudia, *Præmia ſi tollas.* 7 Optimum quidem ſolum verſare fatigat agricolam, ſed ampliſſima ſegetis ſpes alit: non minus magni operis Poetam fructus & præmii ſpes.

Laus catellæ. LI.

1 *Iſſa eſt paſſere* 2 *nequior* 3 *Catulli.*
Iſſa eſt purior oſculo columbæ.
Iſſa eſt blandior omnibus puellis.
Iſſa eſt carior Indicis lapillis.
Iſſa eſt deliciæ catella Publi.
Hanc tu, ſi quæritur, loqui putabis,
4 *Sentit triſtitiamque gaudiumque,*
5 *Collo nixa cubat, capitque ſomnos,*
Ut 6 *ſuſpiria nulla ſentiantur,*
Et deſiderio coacta 7 *ventris,*
8 *Guttâ pallia non fefellit ullâ:*
Sed blando pede ſuſcitat, toroque
Deponi rogat, & monet 9 *levari.*
Caſtæ tantus ineſt pudor catellæ:
10 *Hanc ne lux rapiat ſuprema totam,*
Pictâ Publius exprimit tabellâ,
In quâ tam ſimilem videbis Iſſam,
Ut ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam denique pone cum tabella:
Aut utramque putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

1 Nomen catellæ Publii.
2 Laſcivior.
3 Lesbiæ paſſ. cujus nequitiam & mortem canit Catullus.
4 Sentit hos affectus in Domino, atque illi triſti condolet, hilari laſciva congratulatur.
5 Collo Domini ſeu gremio innixa dormit.
6 Reſpirationes.
7 Ejiciendi.
8 Præſtitit munditiem lecto, neque ejus contaminavit ſtragula.
9 Alvi ſeu veſicæ onere levando.
10 Ut mortuæ ſuperſit memoria, curavit Publius illam pingi.

De prolixis Epigrammatis. LII.

Scribere me quereris, Velox, epigrammata longa.
Ipſe nihil ſcribis: tu breviora facis.

E virtutibus epigrammatum altera eſt Brevitas, hanc in Martiale cum eſſent qui carperent, reſpondet neſcio cui Veloci Poëtæ brevia ſua epigrammata eſſe potiora illius nullis.

Honeſta

Honesta Libertas. LIII.

CUM te non nossem, dominum regemque vocabam:
Cum bene te novi, jam mihi Priscus eris.

Te prius mihi non notum pro magnifico patrono & claro viro honorificè salutabam, postquam vero mihi innotueris, familiarius te appello & mero nomine saluto.

Ad Lectorem. LIV.

1 *QUicunque lusi juvenis & puer quondam,*
2 *Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi;*
3 *Male collocare si bonas voles horas,*
4 *Et invidebis otio tuo, lector,*
A Valeriano Pollio petes Quincto,
Per quem 5 *perire non licet meis nugis.*

1 Epigrammata quæ mihi olim puero exciderunt, venalia sunt apud Qu. Poll. Valer. 2 Nugamenta carminum. Apinas autem ut & Tricas Apuliæ oppidula fuisse vilia scribit Plinius lib. 3. cap. 11. 3 Diomede tantum per ignominiam eversa, ut in proverbii ludibrium abierint. 3 Modesta extenuatio. 4 Nec sines otium abire sine malo. 5 Exscribi enim facit, venditque.

Jocus in avarum. LV.

OCcurris quoties, Luperce, nobis:
Vis mittam puerum subinde dicis,
Cui 1 *tradas epigrammaton libellum,*
Lectum quem tibi protinus remittam.
Non est quod puerum, Luperce, vexes,
Longum est, si velit ad 2 *Pyrum venire.*
Et 3 *scalis habito tribus, sed altis.*
Quod quaris, propius petas licebit:
4 *Argi nempe soles subire* 4 *letum.*
5 *Contra Cæsaris est forum taberna,*
6 *Scriptis postibus hinc & inde totis,*
Omnes tu cito perlegas poetas.
Illinc me pete, ne roges 7 *Atrectum;*

1 Mutuo. 2 Alii regionem urbis esse volunt, alii insigne ædium, alii leg. *ad pilam.* 3 In cœnaculo, vel tertio tabulato. 4 *Tmesis* Argiletum, ab argilla, vel Argiletho, qui ibi ab Evandro cæsus fertur. 5 E regione fori Julii est taberna bibliopolæ. 6 Postes, columnæ, pilæ bibliopolarum inscripta gerebant nomina librorum venalium. 7 Ne sit opus quærere quis meos libros habeat venales. Atrectus vocatur bibliopola: alii legi volunt *me poscas Atrectum*, id est, ab Atrecto.

Hoc

Hoc nomen dominus gerit taberna.
De primo dabit, alterove nido
Raſum pumice, purpuraque cultum
Denariis tibi quinque Martialem.
Tanti non es, ais : *ſapis, Luperce.*

8 De ſummo forulo, capſa, ſeu armario: in primis autem vel ſummis nidis optimi recondebantur libri : in imis ſeu ultimis libri parvæ æſtimationis. 9 Quibus ferè æquivalent 40 è noſtris. Sed denarius erat duplex, vetus, qui 8 den. ob. c. novus. qui 7 den. ob. 10 Ironicè collaudat hominis ſordes, cui pro vili habetur ingenium & labor Poëtæ.

Eſt & prolixa brevitas. LVI.

TErcentena quidem poteras epigrammata [1] *ferre :*
Sed quis te [2] *ferret, perlegeretque, liber ?*
At nunc [3] *ſuccincti quæ ſunt bona * diſce libelli.*
Hoc primum eſt, [4] *brevior quod mihi charta perit.*
Deinde, quod hæc una peraget librarius hora,
Nec tantum nugis ſerviet ille meis.
Tertia res hæc eſt, quod ſi cui forte legêris,
Sis licet uſque malus, non odioſus eris.
Te [6] *conviva leget miſto quincunce : ſed ante*
Incipiat poſitus quam tepuiſſe calix.
Eſſe tibi tanta [7] *cautus brevitate videris.*
Hei mihi, quam multis ſic quoque longus eris.

1 Capere.
2 Pati, tolerare.
3 Brevis libri commoda.
4 Minus inſumo & perdo chartæ : *modeſti.*
5 Librarius citius tranſcribit hæc, ut melioribus vacet exſcribendis.
6 Inter pocula legeris, & perlegeris minori ſpatio, quam vinum aqua calida in quincunce quinque cyathorum capaci dilutum frigeſcat.
7 Putas tibi ſatis caviſſe.

Qui ſolvendo non eſt. LVII.

SExte, nihil debes ; nil debes, Sexte, fatemur.
Debet enim, ſi quis ſolvere, Sexte, poteſt.

Verè jactat ſe nihil debere qui non eſt ſolvendo. Debitoris n. inopia excludit actionem.

De

De visendis amicis. LVIII.

[1] *Ne valeam, si non totis, Deciane, diebus,*
Et tecum totis noctibus esse velim.
Sed [2] duo sunt, quæ nos distinguunt, millia passûm:
Quatuor hæc fiunt, cum rediturus eam.
Sæpe domi non es: cum sis quoque sæpe, negaris.
Vel tantum [3] caussis, vel [4] tibi sæpe vacas.
Tetamen ut videam, duo millia non piget ire:
Ut te non videam, quatuor ire piget.

1 Jurandi formula, ut, *ni vivam, dispeream.*
2 Intercapedo & spatium a mille passuum, qui 4 mihi fiunt redeunti, nec te convenienti.
3 Clientum caussis.
4 Tuis studiis, vel balneis, cœnis, seu valetudini curandæ.

Ardelio; multa agendo nil agens. LIX.

Declamas [1] bellè; caussas agis, Attale, bellè;
Historias bellas; carmina bella facis;
Componis bellè mimos; epigrammata bellè;
Bellus grammaticus, bellus es astrologus;
Et bellè cantas, & saltas, Attale, bellè.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil benè cum facias, facis attamen omnia bellè.
Vis dicam quid sis? magnus es [2] ardelio.

1 Scitè, lepidè.
2 περιεργος, ut lib. 1. epig. 80. multa agendo nihil agens, qui ut videatur aliquid esse in omnibus nihil est in singulis. *Nusquam n. est, qui ubique est*; Seneca epist. 2. Alii ab *ardore* & impetu multa tentantis, nihil prosequentis: Alii ab *ardeola* avi quæ in volatu multum movet, parum promovet, deductum volunt. Sunt qui Ardeliones mimorum genus fuisse volunt.

In Posthumum. LX.

Basia dimidio quæ das mihi, Posthume, labro,
Laudo: licet demas hic quoque dimidium.
Vis dare majus adhuc, & inenarrabile munus?
Hoc tibi habe totum, Posthume, dimidium.

Non ego te superbum censeo aut minus humanum, quod me altero labro (ut epig. 69 infra) vel levi basio (qui salutandi mos Romanis) excipis; contentus ero vel quarta oculi parte, imo beatus nulla: notatque Posthumi (quisquis ille fuerit) impuram animam atque os impudicum.

In

In cœnipetam. LXI.

1 Selii cœnipetæ mœſtitiæ & luctus cauſam eſſe domicœnium.
2 Quod mœſto vultu tacitus præ ſe fert luctum.
3 Quod demiſſo ſit vultu capiteque dejecto.
4 In avari Selii impendium.
5 Opes, nummi

Quæ major domus gemitu, major e tumultu
Plangunlur quam funera.

QUod 1 fronte Selium nubila vdes, Ruſe,
Quod ambulator porticum terit ſervus:
2 Lugubre quiddam quod tacet piger vultus;
3 Quod pene terram tangit indecens naſus;
Quod dextra pectus pulſat, & comam vellit.
Non ille amici fata luget, aut fratris:
Uterque natus vivit, & precor 4 vivat:
Salva eſt uxor, 5 ſarcinæque, ſervique;
Nihil colonus, villicuſque decoxit.
Mæroris igitur cauſſa quæ? domi cœnat.

Unguentis delibuti. LXII.

1 Animæ fœtorem & oris ſpureitiem diſſimulare voluit Poſth. diapaſmatum & unguentorum accito odore: ſub aſſiduo hujuſmodi odore ſuſpicatur Poeta ſa tere ulcus, vomicam aut tetrius quippiam.

1 ESſe quid hoc dicam, quod olent tua baſia myrrham,
Quodque tibi eſt nunquam non alienus odor:
Hoc mihi ſuſpectum eſt, quod oles bene, Poſthume, ſemper:
Poſthume, non bene olet, qui bene ſemper olet:

Ne litiges. LXIII.

Præſtat abſque lite creditori ſolvere, ne unum ſubterfugiens in tres incidas: namque munere palpandus judex (atque obiter corrupta taxat judicia) munus aliud tibi extorquebit patronus, & creditori tandem ex lege & ſententia ſolvendum eſt.

ET judex petit, & petit patronus.
Solvas cenſeo, Sexte, creditori.

In

In Hermum. LXIV.

Quod nulli calicem tuum propinas,
Humane facis, Herme, non ſuperbe.

Habebant Veteres, honoratiores maximè in convivis reciliare ſuos calices: quos aliis interdum propinare, humanitatis erat; contrarium, ſuperbæ. Invertit hoc Poëta collaudando Hermum, quaſi hoc ab illo humanè factum ſit, ne calice à fœtore oris ſui venenato alios offendat Franc. Luſinus in nominis ambiguitate, quod illi cum Deo Mercurio commune eſt, joci acumen latere putat. q. d facis ut homo, &c.

Luxus morbos parit. LXV.

Zoilus ægrotat, [1] *faciunt hanc* [2] *ſtragula febrem:*
[3] *Si fuerit ſanus, coccina quid facient?*
Quid [4] *torus à Nilo? quid* [5] *ſindone tinctus olenti?*
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?
Quid tibi cum medicis? dimitte [6] *Machaonas omnes.*
[7] *Vis fieri ſanus? ſtragula ſume mea.*

1 Ut viſentibus oſtentet ſtragula, morbum ſimulat.
2 Tapetia lecto ſtrata: non conveniunt Grammaticis de ſtragulis, veſteſne an lectorum ſtrata denotent: ego utrumque: namque leonis ſpolium Herculi pro lecto & ſtragulo, apud Senecam, *quinam abiit tegmen meum, Idemque ſomno mollis Herculeus torus?* 3 Si valeret, non poſſent videri ſtragula. 4 Torus è lino Ægyptiaco, & Alexandrina pluma factus. 5 Torus Sidonio tinctus murice, purpureus: legitur &, *ſindone cinctus:* id eſt, plagis è ſindone tincta olenti murice cinctus. 6 Medicos, à Machaone filio Æſculapii, nobilitato ab Homero cum fratre Podalirio. 7 Sapies, & valebis, depoſito ſtragulorum luxu, ſumptiſque vilioribus, cujuſmodi mea ſunt.

Bis ſervus, qui ſervi ſervus. LXVI.

[1] *Capto tuam, pudet heu, ſed capto, Maxime, cœnam:*
Tu captas aliam, jam ſumus ergo pares.
Mane ſalutatum venio: tu diceris iſſe
Ante ſalutatum, jam ſumus ergo pares.
Sum [2] *comes ipſe tuus, tumidiq;* [3] *anteambulo regis;*
Tu comes alterius: jam ſumus ergo pares.
Eſſe ſat eſt ſervum; jam nolo [4] *vicarius eſſe,*
[5] *Qui Rex eſt, regem, Maxime, non habeat.*

1 Ego te pro rege meo & patrono ſalutabam, comitabar, proſequebar, cœnam hinc promeriturus, neque negabo me hinc cœnam captare: ſed & te video eadem obire officia (namque hoc faciebant potentiori) quocirca, cum tibi par ſim, renuncio tuæ clientelæ, nolo eſſe cliens clientis, &c. 2 Comes eſt, qui latus tegit, honoris gratia: dictus & *Exterior* ſeu *latero.* 3 Anteambulo qui præcedit patronum divitem & potentiorem, Poëtis *Regem* dictum. 4 *Sive vicarius eſt qui ſervo paret.* Horat. 5 Ut idem Martialis alibi *Non bene, crede mihi, ſervo ſervitur amico: Sit liber dominus qui volet eſſe meus.*

In Plagiarium. LXVII.

[1] Quia empta.

CArmina Paulus emit : recitat [1] ſua carmina Paulus.
Nam quod emas, poſſis dicere jure tuum.

In Poſthumum. LXVIII.

[1] Exoſculandam : malunt alii ſimpliciter, prehendendam, tangendamq; quod illud nimis faſtuoſum ſit, & Imperatorum proprium. [2] Diſplicent enim baſia ſpurci oris.

BAſia das aliis, aliis das, Poſthume, [1] dextram,
Dicis, utrum mavis? elige : [2] malo manum.

De eodem. LXIX.

[*] *Numina cultori perniciosa suo.* Ovid. 2. Triſt. namque me prius leviter notum dimidio baſio ſalutabat, jam ex carminibus notiorem me toto ore oſculatur.

QUod mihi vobiſcum eſt, ô [*] Phœbe, [*] novemque ſorores?
Ecce nocet vati Muſa jocoſa ſuo.
Dimidio nobis dare Poſthumus ante ſolebat
Baſia, nunc labro cœpit utroque dare.

De eodem. LXX.

[1] Cur enim velim iſtum publicato nomine offendere, cui facile eſt me, fœdis oſculis ſub amicitiæ nomine datis adeo mihi non abnuendis, vindicare? Tu apud Plautum in Aſinaria : *Nam ſi domum redieris hodie oſculando ego ulciſcar potiſſimum :* cum prius dixiſſet Demænetus, *malle ſe nauſeam bibere, quam illam oſculari.*

NOn dicam, licet uſque me rogetis,
Quis ſit Poſthumus in meo libello,
Non dicam, [1] quid enim mihi neceſſe eſt
Has offendere baſiationes,
Quæ ſe tam bene vindicare poſſunt?

In

In Candidum. LXXI.

1 *Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,*
2 *Squalidus hærebo, pallidiorque reo.*
Si jubeat patria damnatum excedere terra,
Per freta, per ſcopulos exulis ibo comes.
3 *Dat tibi divitias, ecquid ſunt iſta duorum?*
Das partem? multum eſt; Candide, das aliquid?
4 *Mecum eris ergo miſer,* 5 *quod ſi Deus ore ſereno*
Annuerit: felix, Candide, ſolus eris.

1 Lege quatuor primos verſus ex perſona Candidi, ut qui ſæpe promiſerat ſe comitem fore Martiali, ſi adverſæ res incidiſſent. *Et fateor me hic diſſentire ab aliis omnibus interpretibus qui hæc tribuunt Poetæ: ſed judicet Lector.* 2 Reorum propinquis & amicis niveas togas ſordidis mutare in judiciis, moris erat, in miſericordiæ aucupium. 3 Jam vero fortuna tibi dedit opes, nunquid his me participas? non æquam harum poſco partem, quanquam neque hæc iniqua eſſet poſtulatio, apud eum qui ſe mihi toties ingeſſerat adverſarum rerum ſocium. 4 Ita habeo te quidem amicum (ut ais) paratum in adverſis. 5 Sed ſi dexter tibi affulſerit Mercurius, & benigne tecum duſerit fortuna, tibi ſoli dives eris.

Ad Gallum. LXXII.

Das nunquam, ſemper promittis, Galle, roganti:
Si ſemper fallis, jam rogo, Galle, nega.

Quoniam ita lubricæ ſeu præpoſteræ es fidei, ut contrarium ſemper facias iis quæ promiſeris: te mihi verbis negare volo, ita ex uſitato, dabis.

In Selium Adulatorem. LXXIII.

Laudantem Selium cœnæ cum retia tendit,
1 *Accipe, ſive legas, ſive Patronus agas:*
2 *Effæte, graviter, cito,* 3 *nequiter, euge, beate!*
Hoc volui: facta eſt jam tibi cœna, tace.

1 Sive opus recitas ſive cauſas agis, ſemper videas Selium tibi fœdè adulantem ut tecum cœnet.

2 Formulæ hæ omnes adulationum. *Effætè*, perfectè; effœta dicuntur ea quæ fœtum [perfectum] emiſerunt. 3 Verſutè, alii legunt *naviter*.

Amicus ſordidus. LXXIV.

1 Ut mihi mutuo daret.
2 Quam ſummam, vel mihi donaſſe non fuiſſet homini tam diviti grave impendium.
3 Flagellare divitias dicuntur qui magnas arcis clauſas opes velut verberibus & carceribus coërcent, &c. 4 Cujus conſulit mihi quod olim Titus. 5 Nummos mutuos, non conſilium.

1 *MUtua viginti ſeſtertia forte rogabam;*
2 *Quæ vel donanti non grave munus erat.*
Quippe rogabatur felixque, vetuſque ſodalis,
Et 3 *cujus laxas arca flagellat opes:*
4 *Is mihi; dives eris, ſi cauſſas egeris, inquit.*
5 *Quod peto da, Cai; non peto conſilium.*

Locus ab improbis remotus. LXXV.

Lino exprobranti Martiali ſeceſſum in agrum Nomentanum, rogantique quid haberet redditus ex agro tam macro & ſterili, reſpondit Poëta ex inopinato. Si nihil aliud, certè ſe hoc fructus ex eo capere, ut careat conſpectu Lini hominis odioſi. Sic exprobranti ſibi cæcitatem Juliano apoſtatæ Marinus Epiſcopus, amab lem eſſe ſibi nunc cæcitatem reſpondit, quod illum non videret.

QUid mihi reddat ager, quæris, Line, Nomentanus.
Hoc mihi reddit ager: te, Line, non video.

Claudiani Epigramma de Mulabus Gallicis. LXXVI.

1 Mulas juxta Rhodani ripas enutritas.

ADſpice morigeras Rhodani torrentis 1 *alumnas;*
Imperio nexas, imperioque vagas,
Diſſona quam varios flectant ad murmura currus,
Et certas adeant voce regente vias:
Quamvis quæque ſibi longis diſcurrat habenis,
Et pateant duro libera colla jugo:
Ceu conſtricta tamen ſervit, patienſque laborum
Barbaricos docili concipit aure ſonos.
Abſentis longinqua valent præcepta Magiſtri,
Frænorumque vicem lingua virilis agit.
Hæc procul anguſtat ſparſas, ſpargitque coactas,
Hæc ſiſtit rapidas; hæc properare facit.
Læva jubet? lævo deducunt limite greſſum.

Mutavit

Mutavit ſtrepitum? dexteriora petunt.
Nec vinclis famulæ, nec libertate feroces,
Exutæ laqueis, ſub ditione tamen.
Conſenſuque pares, & fulvis pellibus hirtæ
Eſſeda concordes multiſonora trahunt.
Miraris, ſi voce feras pacaverit [2] Orpheus,
Cum pronas pecudes [3] Gallica verba regant?

2 Qui dulcibus modulaminibus feras immanſuetas ſibi fecit morigeras. 3 Ideoque verbis barbaris, ſonoque incondito cicures & manſuetas beſtias regant Galli. Hoc Satyricum eſt Epigramma. Claudianus autem Alexandrinus erat patriâ, dicax, & τραχὺς πόλις.

In Effœminatum. LXXVII.

Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos,
Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
Nec tibi [1] mitrarum, nec ſit tibi barba reorum;
Nolo virum nimium, Pannice, nolo parum.
Nunc tibi crura [2] pilis, & ſunt tibi pectora ſetis
Horrida, ſed mens eſt, Pannice, [3] vulſa tibi.

1 Mitra eſt ornamentum muliebre, q. d. ne eleganter barbam reſecei, ut ſolent homines molles. 2 Ita Juven. Sat. 2. *Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ, Promittunt atrocem animum.* 3 Mollis, laſciva.

In Nævolum. LXXVIII.

Florida per varios [1] ut pingitur Hybla colores,
Cum breve Sicaniæ ver populantur apes:
[2] Sic tua ſuppoſitis pellucent præla lacernis:
Sic micat innumeris arcula [3] ſyntheſibus.
Atque [4] unam veſtire tribum [5] tua vellera poſſunt,
[6] Apula non uno quæ grege terra tulit.
Tu ſpectas [7] hyemem [8] ſuccincti [9] lentus amici,
(Prò ſcelus!) & lateris [10] frigora trita times.
[11] Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus!
Quid renuis? non te, Nævole, ſed tineas.

1 Quot coloribus diſtinguitur Hybla in Sicilia, ubi mellificæ apes depaſcuntur flores vernos brevis ætatis. 2 Tot apparent lacernarum colores ad nitorem preſſarum in prælis tuis. 3 Veſtibus cœnatoriis vel quibuſvis aliis in veſtiario compoſitis; à *ſuccinctu* vel quæ ſimul induuntur. 4 Hyperbolicé. 5 Veſtes tuæ. Alii legunt *tua candida*. h. e. togæ candidæ. 6 De multis gregibus quos paſcit Apulia velleribus nobilis. 7 Frigus. 8 Cui veſtes detritæ ſunt curtæ; id eſt, Mei pene nudi. 9 Tardus ad commiſerationem. 10 Laceras lacernas, tritas tunicas, & penetrabili frigori pervias. Legunt alii, *frigora trita tui*. h. e. Mei ſodalis tui, latus tuum tegentis. 11 Quantulum fuerat tibi, infelix, qui rerum uſum neſcias, non dico, te (quid refugis) copiâ ſatis munitum & tutum, ſed tineas, quibus erodendas eas relinquis, defraudare duabus lacernis, quas mihi dones?

In Maximum. LXXIX.

VIS fieri liber? [1] *mentiris, Maxime, non vis:*
Sed fieri si vis, hac ratione potes.
Liber eris, cœnare foris si, Maxime, nolis:
[2] *Vejentana tuam si domat uva sitim:*
[3] *Si ridere potes miseri chrysendeta Cinnæ:*
Contentus [4] *nostrâ si potes esse togâ:*
Hæc tibi si vis est, si mentis tanta potestas,
Liberior [5] *Partho vivere rege potes.*

1 Miserum n. est & vile aliena vivere quadra. Juvenal. Sat. 5. Vide & epig. 11. lib. 9
2 Vinum tenue ac vile ex agro Vejentano.
3 Si potes negligere luxur osas opes divitum qui iis uti nesciunt. *Vel* si risu potes excipere vanorum ψευδαλαζονείαν pompam & simulatas divitias. Chrysendeta erant vasa auro gemmisque cooperta. 4 Trita & plebea. 5 Parthi pertinacissimi sunt libertatis suæ propugnatores.

Ad Sextum. LXXX.

VIS te Sexte, coli; *volebam amare.*
Parendum est tibi: quod jubes coleris:
Sed si te colo, Sexte, non amabo.

Volebam ego te pro sodali amare; sed tu me amicum dedignatus, te à me cliente colivis: colam itaque, non amabo: timor enim cum amore malè convenit: & Deo satis est, ut ametur & colatur. Seneca epist. 47.

In Zoilum. LXXXI.

[1] PExatus *pulchrè rides mea, Zoile, trita.*
Sunt hæc trita quidem, Zoile; [2] *sed mea sunt.*

1 Gestans togam recentem & villosam.
2 Non conductitia, ut tua pexa.

Anceps animus & nihil exequens. LXXXII.

[1] DUM *modo causidicum, dum te modo rhetora fingis,*
Et non decernis, Taure, [2] *quid esse velis:*
[3] *Peleos, & Priami transit, vel Nestoris ætas,*

1 Dum te instruis ad forum vel scholam.
2 Uter causidicus an rhetor.
3 Patris Achillis longævi, ut & Priami & Nestoris.

4 Et

4 *Et fuerat ſerum jam tibi deſinere.*
Incipe: 5 *tres uno perierunt rhetores anno,*
Si quid habes animi, ſi quid in arte vales:
Si 6 *ſchola damnatur; fora litibus omnia fervent:*
7 *Ipſe poteſt fieri Marſya cauſidicus.*
Eja agè, rumpe moras, quo te 8 *ſpectabimus uſque?*
Dum quid ſis, dubitas, jam potes eſſe nihil.

4 Tibi dubio, utrum inires deliberanti, jam ea obrepſit ætas, quâ cogitandum erat de relinquendo initio; niſi cogites de cauſis apud inferos agendis.

5 Atque hinc, vel mediocribus profeſſoribus vacant cathedræ. 6 Rhetorum. 7 Vel ipſa bardi Marſyæ ſtatua in foro ſtans & litigantium clamore fervens potuit cauſas egiſſe niſi ſaxea fuiſſet, & tu ſanè ubi tam diuturno ſtudio vacaris, jam poſſes cauſas agere, niſi planè lapideus eſſes, vel plumbeus. 8 Expectabimus.

Epigrammatum Delectus.

Liber Secundus MARTIALIS.

Amicus otiosus. I.

OCCURRIS quocunque loco mihi, Posthume, clamas.
Protinus, & prima est hæc tua vox, [1] quid agis?
Hoc si me decies unâ conveneris horâ,
Dicis, habes puto tu, Posthume, nil quod agas.

1 Vulgaris salutandi formula & civilis satis modo ne fiat importunius & sæpius, *quid agis?* How do you do?

Ambitio servum facit. II.

QUod te [1] nomine jam tuo saluto,
Quem regem, & dominum prius vocabam;
Ne me dixeris esse [2] contumacem.
[3] Totis pilea sarcinis redemi.
[4] Reges & dominos habere debet,
Qui se non habet, atque concupiscit
Quod reges dominique concupiscunt.
[5] Servum si potes, Ole, non habere,
Et regem potes, Ole, non habere.

1 Familiariter, & pro more æqualium. 2 Superbum. 3 Sportulâ. cœnâ. cæterisque servitutis præmiis posthabitis & neglectis me asserui in libertatem: more servorum Rom. qui manumittendi pileum raso capite acceperunt: dicitur *pileus* & *pileum*. 4 Qui non habet sui imperium, qui animi sui cupiditates coërcere non potest, ille potentiores colit atque ab inferioribus se coli vult, atque ad hoc cupit opes, servos, &c. 5 Qui suo contentus potest minorum servitio carere, & ipse non necesse habebit potentioribus dominis servire, ut ab illis accipiat quod his largiatur.

Lau-

Laudatur insidiosus. III.

[1] *Candidius nihil est te, Cæciliane, notavi:*
Si quando ex nostris disticha pauca legis,
Protinus aut [2] *Marsi recitas, aut scripta* [2] *Catulli,*
[3] *Hæc mihi das, tanquam deteriora legas;*
Ut collata magis placeant mea, [4] *credimus illud,*
[5] *Malo tamen recites, Cæciliane, tua.*

1 Ironicè: alii leg. *callidius*: non placet. 2 Poetæ, qui multa cum laude scripserunt epigrammata. 3 Mihi gratificari velle videris, præ te ferens mea te cum illis Marsi & Catulli recitare, ut mea cum iis collata apparent esse æquè boni aut melioris ingenii atque artificii, cum revera hoc facis ut mea præ iis sordescant, quasi majori lumine offuscata. 4 Ironicè. 5 Tuis certè collata mea facilè apparebunt meliora.

Leo semper est leo. IV.

Verbera securi solitus leo ferre magistri,
Inserlamque pati blandus in ora manum:
Dedidicit pacem, subito feritate reversa,
Quanta nec in [1] *Libycis debuit esse jugis.*
Nam [2] *duo de tenerâ puerilia corpora turbâ*
Sanguineam rastris quæ renovabat humum,
Servus & infelix furiali dente peremit.
[3] *Martia non videt majus arena nefas.*
Exclamare libet; [4] *crudelis, perfide, prædo,*
A [5] *nostrâ pueris parcere disce lupâ.*

1 Montibus Africæ leonum nutricis. 2 Duos pueros ministros theatrales qui amphitheatri arenam ferarum gladiatorumque sanguine fœdam versando renovabant, injectâ insuper novâ arenâ. 3 Marti sacra, Romana. 4 Apostrophe ad leonem. 5 Namque illa Romulo & Remo infantibus pepercit, immo ubera præbuit.

Districha longa. V.

Cosconi, [1] *qui longa putas epigrammata nostra:*
Utilis ungendis axibus esse potes.

1 Qui in epigrammate non tam argutiam quam brevitatem exigis, probas te aptiorem fore aurigæ servum, qui in Circo axes ad celeritatem ungas, quam lectorem diligentem. Ramirefius Cosconium hebetem & stolidum à Poeta dici putat.

[2] Hâc tu credideris longum ratione colossum,
Et puerum Bruti dixeris esse brevem.
Disce, quod ignoras; Marsi doctique [3] Pedonis
[4] Sæpe duplex unum pagina tractat opus.
Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis;
Sed [5] tu Cosconi, disticha longa facis.

2 Eâdem ratione quâ epigr. mea à mensurâ potius quam ab ingenio censes & colossum arguis nimis esse longum & statuam pueri Bruti nimis esse brevem, cum in utroq; laudis summa sit propter symmetriam, in hâc, brevitatis, quæ puero; in illo altitudinis, quæ Imperatori Deo convenit. 3 C. Pedonis Albinovani epigrammatarii laudatissimi. 4 Sæpè unum epigram. binas implet paginas. 5 Tua epigr. vel brevissima, sunt nimis longa; ut quæ tædium & nauseam pariant.

Voluntarii nex. VI.

[1] Hostem cum fugeret, se [1] Fannius ipse peremit:
Hic, rogo, [2] non furor est, ne moriare, mori?

1 Fannius Cæpio quod in Augustum conjurasset proscriptus, ut percussores fugeret, se ipse interemit. 2 Senec. epist. 58. *Sic mori, vinci est.*

Mala fama. VII.

[1] Abscissâ servum quid fingis, Pontice, linguâ?
Nescis tu populum, quod tacet ille, loqui?

1 Servum, ne scelus domini enunciaret, elinguem herus vel fecerat, vel simulaverat esse. Occasionem hujus epigr. à fabulâ Philomelæ & Terei sumptam opinatur Raderus, Ego ex Juvenalis Satyrâ 9. v. 103. *Secretum divitis ullum, Esse putas? servi ut taceant, jumenta loquentur, Et canis & postes, &c.*

Difficiles nugæ. VIII.

Quod non carmine glorior [1] supino,
[2] Nusquam hic Græcula quod recantat Echo,
[3] Non sum, Classice, tam malus, Poeta.
Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.
Scribat carmina [4] circulis [5] Palæmon:
[6] Me raris juvat auribus placere.

1 Numeris mollioribus compositio. *Vel potius* antistropho & recurrente (sic n. Ovid. sonat) *supinus*, de Ponto *lib.* 4. *el.* 5. *Flumina quæ in fontes cursu redituræ supino*, quale literale illud, *Roma tibi subito motibus ibit amor.* Verbale illud Virgilii. *Musa mihi causas memora, quo numine læso*; multaque alia inter quæ Rabani artificiosus dicam an laboriosus liber de laudibus sanctæ crucis. Atq; ejusdem argumenti alter Publilio Optatiano Porph. autore. Nota sunt illa, *Laus tua non tua fraus, &c.* 2 Non scribo carmina quorum extremæ partes resonent, more Echûs. 3 Non tam nullius sum ingenii, ut hæc affectem artificia, his ipse immorer, lectoremve morer. 4 Turbæ plebeiæ coronæ recitantem undique cingenti. 5 Forte Q. Remmius Palæmon, qui (teste Suetonio) poëmata faciebat ex tempore, & scripsit variis & vulgaribus metris: aut alius quisquam tempore Martialis. 6 Paucis sed doctis ex mente Horatii ult. Sat. lib. 1.

Imi-

Imitator vitiorum. IX.

Quod nimio gaudes noctem producere vino,
Ignoſco: vitium, Gaure, [1] *Catonis habes.*
Carmina quod ſcribis [2] *Muſis & Apolline nullo;*
Laudari debes: hoc [3] *Ciceronis habes.*

1 Uticenſis, cujus virtus ſæpe mero incaluit, ut ait Horat. 2 Nullâ gratiâ, nullo Muſarum aut Apollinis inſtinctu, invitis Muſis. 3 Qui infeliciter poëticen eſt aggreſſus.

Ad Quinctilianum Rhetorem. X.

Quinctiliane [1] *vagæ moderator ſumme juventæ,*
[2] *Gloria Romanæ, Quinctiliane, togæ;*
[3] *Vivere quod propero pauper, nec inutilis annis;*
Da veniam: properat vivere nemo ſatis.
[4] *Differat hoc, patrios optat qui vincere cenſus,*
[5] *Atriaque immodicis arctat imaginibus.*
Me focus, & [6] *nigros non indignantia fumos*
Tecta juvant, & [7] *fons* [8] *vivus, & herba* [9] *rudis.*
Sit mihi verna ſatur: sit non doctiſſima conjux:
Sit nox cum ſomno: ſit ſine [10] *lite dies.*

1 Annos 23. Romæ erudiendis juvenibus impendit Quint. & in his Domitiani nepotes docuit. 2 Romani eloquii ſumme artifex, inſignite ſenatorio clavo ornamentiſque conſularibus. 3 Da veniam ſi etiam in tenui re properâ manu carpam gaudia fugientis vitæ; ſi frui velim præſentibus, quod pauci adeo faciunt; cum nemo ferè vivere, id eſt vitæ uti commodis, & lautè vivere ſciat, omnes differant. 4 Differant in dies, annos vel ſenectutem ipſam vitæ gaudia & uſum, quibus curæ eſt rem patriam augere, & ſplendere nobilitatis titulis & imaginibus. 5 In atriis nobilium, quæ primæ ædium partes, oſtendebantur majorum imagines humerorum tenus expreſſæ lineis à ſtemmate ad has diſcurrentibus. 6 Non aurata laquearia, quæ ne fumo corrumpantur, cautio eſt. 7 Scaturiens, perennis, naturalis. 8 Nativa non arte læſa & ingenuâ gratiâ ſpoliata. Juven. 3. Sat. v. 18. 9 Ex mente Juvenalis 6. Sat. v. 447. 10 Domeſticâ, & forenſi.

Petit à Domitiano jus trium liberorum. XI.

Rerum certa ſalus, terrarum gloria, Cæſar,
[1] *Soſpite quo magnos credimus eſſe Deos:*
Si [2] *feſtinatis* [3] *toties tibi lecta libellis,*
Detinuere oculos carmina noſtra tuos:

1 Quos vel hinc rerum humanarum maximam habere curam ſcimus quod te nobis velint incolumem. 2 Mihi ſcribenti, *vel* tibi legenti. 3 Quod argumento eſt placuiſſe.

4 *Quod*

4 Iis qui ex matrimonio legitimo tres liberos aut plures suscepissent, multa erant in spectaculis, honoribus petendis, divisionibus publicis privilegia. Natum hoc *jus trium liberorum* à trigeminis Horatiis, Liv. 1. lege quoque Papia Poppæâ ab Augusto lata hæc jura intra suos limites redacta, omnibus patebant. Hoc autem jure donabantur à Cæsare multi quibus natura negaverat. Poëta *Veris* prolis hujus imaginariæ jus ab Imp. petit, laboris sui præmium vel solatium.

4 *Quod fortuna vetat fieri, permitte, videri;*
Natorum genitor credar ut esse trium.
Hæc, si displicui, fuerint solatia nobis:
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

Scriptor mutus. XII.

VErsiculos in me narratur scribere Cinna.
Non scribit, cujus carmina nemo legit.

In Prodigum. XIII.

1 In dimensum mensuum.
2 Et illius dimensi mensui singulas partes singulis divisit diebus.
3 Idque ut crastinam anteverteret egestatem coërcendo hodiernum luxum.

COnstituit, Philomuse, pater tibi millia bina
1 Mensrua, 2 perque omnes præstitit illa dies,
3 Luxuriam premeret cùm crastina semper egestas,
Et vitiis essent danda diurna tuis.
4 Idem te moriens hæredem ex asse reliquit;
Exhæredavit te, Philomuse, pater.

4 Certè cùm te tibi reliquerit, fecitque hæreditatem tui juris, te quasi exhæredavit: nam tu rapidè omnia absumis: melius consuluisset tuo luxui dato curatore.

Conviva unctus & jejunus. XVI.

1 A Balneis & ante cœnam prisci inungebantur.
2 Heri.
3 Nil convivis distribuisti, carpsisti.
4 Ironicè, id est insulsa & inepta M. S. Bodl. *falsa est.*

UNguentum, fateor, bonum dedisti
1 Convivis 2 here: sed 3 nihil scidisti.
Res 4 salsa est benè olere & esurire.
5 Qui non cœnat & ungitur, Fabulle,
Hic verè mihi mortuus videtur.

5 Silicernium hoc mihi videtur, ubi apponitur cœna, nihil distribuitur, ubi ungimur tantum velut mortui, quorum cadavera ungere condireque mos erat.

In Næviam. XV.

DUM non vis leporem, dum non vis [1] *carpere mullum,*
Et plus quam patri, Nævia, parcis apro;
Accusat, [2] *rumpisque coquum,* [3] *tanquam omnia cruda*
Attulerit, [4] *nunquam sic ego crudus ero.*

1 Scissum distribuere convivis.
2 Cædis, & alludit ad *carpis*.
3 Causata obsoniorum cruditatem ut serventur ad alias cœnas explicandas.

4 Si modo nihil esitavero, nunquam ex obsoniorum copiâ crudus erit mihi stomachus: & ludit in Translatione vũ *crudi*. Crudus lepus *erit, qui non est bono cultu*; homo crudus, *qui nimium comedens Stomachi vitio laborat.*

De viperâ in ore ursæ marmoreæ. XVI.

[1] *PRoxima centenis ostenditur ursa columnis,*
Exornant fictæ quâ Platanona feræ.
Hujus dum patulos alludens tentat hiatus
Pulcher Hylas; teneram mersit in ora manum.
Vipera sed cæco scelerata latebat in ore,
[2] *Vivebatque animâ deteriore ferâ.*
Non sentit puer esse dolos nisi dente recepto;
[3] *Hoc admisisset viva nec ursa nefas.*

1 In porticu seu stadio potius centum columnis sublatâ, platanis juxta confitis opacâ, & statuis ferarum exornatâ, dum ludibundus Puer & ursæ velut insultans ori statuæ hianti manum

insereret, à viperâ quæ in ore statuæ latebat morsus, interiit. 2 Ficta hæc seu marmorea ursa comperta est lethalior ursâ vivâ, quasi spirans animâ viperæ quæ suâ deterior. 3 Scripserat Martialis, *Dum perit, ô factum! falso quod ursa fuit*: Sed in hujus versus obscuriotis nec satis elegantis locum visum est alterum hoc ex ipso Martiale transferre.

De Canio homine perfaceto. XVII.

DIC Musa, quid agat Canius meus Rufus?
Utrumne chartis tradit ille [1] *victuris*
Legenda [2] *temporum acta Claudianorum?*
[3] *An quæ Neroni falsus adstruit scriptor?*

1 Non perituris, eo natis genio & fato ut immortalitatem consecutæ posteris legantur.
2 Historiam de

Claudii temporibus. 3 An scribit quæ adstruat Neroni tanquam authori, ut prodeant sub nomine Neronis? *Vel* an ad fidem & veritatem historiæ revocat componitque quæ vivo Nerone ob metum aut adulationem, quæ mortuo ex recentiodio falsa scripta sunt? Tacit. in proœm. Annal.

An

An æmulatur improbi jocos 4 *Phædri?*
Laſcivus elegis an ſeverus heroïs?
5 *An in cothurnis horridus Sophocleis:*
6 *An otioſus in ſchola poetarum*
Lepore tinctos Attico ſales narrat?
Hinc ſi receſſit porticum terit 7 *templi?*
An 8 *ſpatia carpit lentus Argonautarum?*
9 *An delicatæ ſole rurſus Europæ*
Inter tepentes poſt meridiem buxos
Sedet, ambulatve liber acribus curis?
10 *Titine thermis, an lavatur* 11 *Agrippæ?*
An rure Tulli fruitur, atque Lucani?
12 *An æſtuantes jam profectus ad Bajas*
Piger Lucrino 13 *nauculatur in ſtagno?*
14 *Vis ſcire quid agat Canius tuus? videt.*

4 Mimographi alicujus joculatorii: non autem illius qui fabulas compoſuit. Ita Farnabius. Sed quàm rectè, ipſe viderit: multo enim probabilius intelligitur de ipſo Phædro Fabularum autore, quas ipſemet in prologo *jocos* appellat; *Fictis jocari nos meminerit Fabulis.* Favet etiam *improbi* nomen, cum certum ſit Phædrum ſub belluarum nominibus ſui temporis hominum vitia carpere voluiſſe. 5 An triſtis & altus eſt majeſtate carminis tragici? In tragœdiis autem inducti heroes & reges grande locuti altis innitebantur calceamentis, Claruitque ſtilo tragico Sophocles. 6 An in conventu Poetarum recitat, elegantes comœdias vel alia carmina? 7 Iſidis fani. 8 Porticum Neptuni. 9 An in porticu Europæ in quo buxeta ſolem frangunt à meridie, &c. 10 *Velocibus muneribus, thermis.* 11 Balnea de ſuo nomine excitavit M. Agrippa. 12 Ad aquas calidas in Bajano ſinu intra Miſenum & Puteolos in Campania. 13 Scriverius contrahit *nauculatur*; ita poſcente modulo: In vulgaribus Editionibus, *naviculatur* legitur. 14 Ex perſona Muſæ reſp. *Quicquid agat, videt.*

De Apicio prodigo. XVIII.

1 *Dederas, Apici, bis trecenties ventri,*
Sed adhuc ſupererat centies tibi 2 *luxu;*
Hoc tu gravatus, ne famem & ſitim ferres,
Summâ venenum potione 3 *duxiſti.*
Nil eſt, Apici, tibi 4 *guloſius factum.*

1 Apicius ſexcenties decoxerat, inſpectis tandem rationibus, ſuperfuturum ſibi centies H. S. computavit; ſed in hâc re tanquam ultimâ fame victurus ſibi vitam veneno finiit. 2 *Luxu* pro luxui id eſt, ad luxum. 3 Exhauſiſti. 4 Gulæ extremum eſt mortem ſibi conſciſcere, nè deſit quo gulæ ſatisfiat.

Ne

Ne ſe dives extollat. XIX.

SUnt tibi, confiteor, diffuſi jugera campi,
[1] Urbanique tenent prædia multa Lares;
Et [2] ſervit dominæ numeroſus debitor arcæ,
Suſtentatque tuas [3] aurea menſa dapes:
Faſtidire tamen noli, Ruſine, minores.
[4] Plus habuit Didymus: plus Philomelus habet.

1 Et dii tui penates in urbe occupant ſoli quantum eſſet multis domibus. *Vel*, domus tuæ urbanæ, quas multas habes habent ſingulæ prædia ſua ſubrubana. 2 Multos tibi obæratos habes & fœneratos. 3 Inaurata; auream habens coronam, vel aurea. 4 Malis quidem artibus multa nactus es: ſed plura Didymus ſpado, & Philomelus (quantum ex ficto nomine licet conjicere) citharœdus, qui & te faſtidire poſſint.

De Piſcibus ſculptis. XX.

ARtis [1] Phidiacæ toreuma clarum,
Piſces adſpicis: [2] adde aquam, natabunt.

1 Phidias toreutices inventor fuit.
2 Ita ad vivum expreſſi, ut additâ aquâ videantur nataturi.

In iraſcentes amicos. XXI.

IRaſci tantum felices noſtis amici.
[1] Non bellè facitis: [1] ſed juvat hoc facere.

1 Non ex ratione & cauſa, ſed occaſionem quæritis irarum.
2 Utile eſt vobis iras ſimulare, ne muneremini pauperum officia.

Probitas laudatur & alget. XXII.

QUÆ te cauſa trahit, vel quæ fiducia Romam,
Sexte? quid aut ſperas aut petis inde? refer.
Cauſas, inquis, agam Cicerone diſertius ipſo,
Atque erit in [1] triplici par mihi nemo foro.
Egit [2] Ateſtinus cauſas, & [3] Cajus: utrumque

1 Veteri Romano.
2 Caii Julii Cæſaris.
3 Auguſti, *Inquit Poeta, eſt enim Dialogiſmus.*
3 Cauſidici pauperes, nomina fortaſſe ficta.

Horas:

Noras, ſed neutri 4 *penſio tota fuit.*
5 *Si nihil hinc veniet: pangentur carmina nobis:*
Audieris dices 6 *eſſe Maronis opus.*
Inſanis: 7 *omnes gelidis quicunque lacernis*
Sunt tibi; Naſones, Virgilioſque vides.
8 *Atria magna colam,* 9 *vix treis, aut quatuor iſta*
Res aluit: pallet cætera turba fame. (ma.
10 *Quid faciam? ſuade, nam certum eſt vivere Ro-*
11 *Si bonus es, caſu vivere, Sexte, potes.*

4 Neutri ars ſua ſatis ad ſumptum fuit. 5 *Refert Sextus.* 6 Mea carmina æquare Virgilii opus. 7 Omnes hi quos vides horridulos tritis lacernis, ſunt Poetæ non inferiores Virg. & Ovidio. 8 Ingrediar (inquit Sextus) eliens potentiorum atria; vel principis aulam. 9 *Reſp. Poeta.* 10 *Verba Sexti.* 11 Bonis fortuitus eſt Romæ victus & incertus, malis ſtipendium certum.

In lacertam cælatam. XXIII.

Inſerta Phialæ 1 *Mentoris manu ducta*
Lacerta 2 *vivit, & timetur argentum.*

1 Cælatoris laudatiſſimi. 2 A fabre efficta videtur ſpirare; & vel argentea neſcientibus timetur pro vivâ.

Laus ſimplicitatis. XXIV.

Simpliciter pateat vitium fortaſſe puſillum.
Quod tegitur, majus creditur eſſe malum.

Senex juvenem mentitus. XXV.

1 *Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis:*
Tam ſubito 2 *corvus, qui modo* 3 *cygnus eras.*
Non omnes fallis, ſcit te 4 *Proſerpina canum:*
5 *Perſonam capiti detrahet illa tuo.*

1 Vis apparere juvenis. 2 Niger, Metonym. 3 Canus, candidus. 4 Vitæ mortiſque præſes, quæ fingitur morituris crinem ſecare, & his quaſi primitias Orco offerre. 5 Fucum illum capillorum & tinctum quaſi caliendrum eleganter dixit *larvam*.

Nimis Poëta. XXVI.

Occurrit tibi nemo quod libenter:
Quod quacunque venis, fuga eſt & ingens
Circa te, Ligurine, ſolitudo:

Quid

Quid ſit ſcire cupis? [1] nimis Poëta es:
Hoc valdè vitium periculoſum eſt.
Non tigris catulis citata raptis,
Non [2] dipſas [3] medio peruſta Sole,
Nec ſic ſcorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et ſtanti legis, & legis ſedenti:
Currenti legis & legis canenti.
In thermas fugiò; ſonas ad aurem.
[4] Piſcinam peto; non licet natare.
Ad cœnam propero; tenes euntem.
Ad cœnam veniò; fugas ſedentem.
Laſſus dormio; ſuſcitas jacentem,
Vis, quantum facias mali, videre?
[5] Vir juſtus, probus, innocens timeris.

1 Plus habes Poëtæ quam hominis. Nimis tibi places in carminibus quæ omnibus incontinenter & importunè legis.
2 Serpens, à quo ſiti vexantur fiti & ἄπιοι; unde & nomen.
3 Apricans ad meridianum ſolem, *vel* meridionali plaga vivens.
4 Non paucæ nec parvæ erant Romæ piſcinæ qua natarent.
5 Cætera eum bonus ſis ac juſtus, & propter innocentiam atque probitatem expetendus: propter hinc tamen importunam recitationem, te fugiunt omnes caventque ut poeticam hirudinem. Horat. in calce epiſt. ad Piſones.

De eodem. XXVII.

Fugerit an menſas Phœbus cœnamque Thyeſtæ;
Ignoro: fugimus nos, Ligurine, tuam.
Illa quidem lauta eſt, dapibuſque inſtructa ſuperbis:
Sed nihil omnino, te recitante, placet.
Nolo mihi ponas rhombum, mullumve bilibrem:
Nec volo boletos, oſtrea nolo; tace.

Aliud amicus, aliud ſervus. XXVIII.

Exigis à nobis operam ſine fine [1] togatam.
Non eo, libertum ſed tibi mitto meum.
[2] Non eſt, inquis, idem: multo [3] plus eſſe probabo.
Vix ego lecticam ſubſequor; ille feret:
In turbam incideris; cunctos [4] umbone repellet:
[5] Invalidum eſt nobis, ingenuumque latus.

1 Anteambulonis ſeu clientis togati.
2 Plus mihi, *inquis*, eſſet honoris ex tui ipſius, quam liberti tui comitatu.
3 Operæ.
4 Muſambertius de umbone togæ intelligit: de cubito potius dici credo, quo turba obvia, haud ſecus ac hoſtes umbone, repellitur. 5 Quod undam prementis populi contra niti nequeat, pudeat.

Quid

Quidlibet in cauſis narraveris; 6 *ipſe tacebo*:
At tibi tergeminum mugiet ille ſophos.
Lis erit; 7 *ingenti faciet convicia voce*:
Eſſe pudor vetuit fortia verba mihi.
Ergo nihil nobis, inquis, præſtabis amicus?
8 *Quidquid libertus, Candide, non poterit.*

6 Ego tibi oranti non valebo acclamare.
7 Ingeret adverſario tuo conviciorum abunde, nec in aurem.
8 Officia liberaliora & quæ me decent magis, præſtabo.

Improbo Poëtâ nihil improbius. XXIX.

HÆC tibi, non alia eſt ad cœnam cauſa vocandi,
Verſiculos recites ut, Ligurine, tuos.
1 *Depoſui ſoleas*; *affertur protinus* 2 *ingens*
Inter 3 *lactucas*, 4 *oxygarumque liber.*
Alter 5 *perlegitur, dum fercula prima morantur*:
Tertius eſt, nec adhuc menſa ſecunda venit:
Et quartum recitas, & quintum denique librum.
6 *Putidus eſt, toties ſi mihi ponis aprum.*
Quod ſi non 7 *ſcombris ſcelerata poemata donas*:
Cœnabis ſolus jam, Ligurine, 8 *domi.*

1 Quod diſcubituri faciebant, ne ſtragula conſpurcarent.
2 Quod magnum malum.
3 A quibus cœna inchoari ſolita.
4 Garum hoc eſt liquamen ex piſcibus aceto miſtum.
5 Al. *Porrigitur.*
6 Certè puteret vel aper ad convivia natum animal toties appoſitus, ac tu mihi libros regeris. 7 Piſcis genus chartis involvi ſolitum: *Nec ſcombros metuentia carmina, nec thus.* Perſ. 8 Invitatori ſoli licebat recitare, domi itaque ſolus cœna, tibique recita; foris te cavebimus.

Unguentis delibuti. XXX.

QUod quacunque venis, 1 *Coſmum migrare putamus,*
Et fluere 2 *excuſſo* 3 *cinnama fuſa vitro*:
Nolo peregrinis placeas tibi, Gellia, nugis:
Scis puto poſſe meum, ſic bene olere canem.

1 Myropolam.
2 Succuſſo, vel fracto.
3 Oleum Cinnami, quod & Cinnamomum dictum; ita noſter Poëta alicubi. *Balſama quod ſemper, Cinnama ſemper olet.*

De

De Ciſterna Ravennate. XXXI.

SIT ciſterna mihi quam vinea malo Ravennæ;
Cum poſſim multo vendere pluris aquam.

Vini larga copia, aquæ bonæ maxima penuria, unde & caritas,

Ravennæ, quæ Sabinorum oppidum aquis marinis & uliginoſis Perfluum; *ita ut ſitiant vivi, natent ſepulti*, Sidonius epiſt. 8. l. 1.

De Copone. XXXII.

CAllidus impoſuit nuper mihi copo Ravennæ;
Cum peterem mixtum vendidit ille merum.

Pluris enim væniit aqua, quâ diluëretur vinum, quam ipſum merum.

Domitiani laudes. XXXIII.

CReta dedit magnum, majus dedit Africa nomen,
[1] Scipio quod victor, quodque [2] Metellus habet.
Nobilius domito tribuit Germania Rheno,
Et puer [3] hoc dignus nomine Cæſar eras.
Frater Idumæos meruit cum patre triumphos.
Quæ datur ex Dacis [4] laurea, tota tua eſt.

1 Scipio n. de Pœnis triumphavit, poſtquam Hannibalem devicerat, & Africani nomen ſortitus eſt.
2 Ob victoriam in Creta partam, Creticus fuit

appellatus. 3 Juvenilibus annis, ſub Patre Principe; quando Civilem Batavoſque arma in Romanos moventes debellavit. 4 Corona.

Librum ſuum excuſat. XXXIV.

SIqua videbuntur chartis tibi, Lector, in iſtis,
Sive obſcura nimis, ſive Latina parum:
Non meus eſt error, nocuit Librarius illis,
Dum properat verſus annumerare tibi.
Quod ſi non illum, ſed me peccaſſe putabis,
Tunc ego te credam cordis habere nihil?
Iſta tamen mala ſunt; quaſi nos manifeſta negemus,
Hæc mala ſunt; ſed tu non meliora facis.

Poëta excuſat culpas, quæ feſtinatione vel oſcitantiâ Librarii in librum irrepſerint. Carpit autem eos qui cum ipſi meliora facere non poſſint, alios tamen nunquam incuſare deſinunt.

De

De villa Fauſtini, ad Baſſum. XXXV.

[1] *Baiana noſtri villa, Baſſe, Fauſtini,*
Non [2] *otioſis ordinata myrtetis,*
[3] *Viduaque platano* [4] *tonſilique buxeto,*
[5] *Ingrata lati ſpatia detinet campi:*
Sed rure vero [6] *barbaroque lætatur.*
[7] *Hæc ſarta premitur angulo Ceres omni,*
Et [8] *multa fragrat teſta ſenibus autumnis.*
Hic poſt Novembres, imminente jam bruma,
Seras putator horridus refert uvas.
[10] *Truces in alta valle mugiunt tauri,*
[11] *Vitulusque inermi fronte prurit in pugnam.*
Vagatur [12] *omnis turba * ſordidæ cortis.*
** Argutus anſer,* [13] ** gemmeique pavones,*
[14] *Nomenque debet quæ rubentibus pennis,*
*Et * picta perdix, Numidicæque * guttatæ,*
Et [15] *impiorum phaſiana Colchorum.*
Sonantque turres plauſibus columbarum;
Gemit hinc palumbus; inde [16] *cereus turtur.*
Avidi ſequuntur [17] *villicæ ſinum porci;*
Matremque plenam mollis agnus expectat.
Cingunt ſerenum [18] *lactei ſocum vernæ,*
Et [19] *larga feſtos lucet ad* [20] *Lares ſylva.*
Non ſegnis albo pallet otio [21] *caupo,*
[22] *Nec perdit* [23] *oleum lubricus palæſtrita;*
Sed tendit avidis rete ſubdolum turdis,
Tremulave captum linea trahit piſcem,
Aut impeditam caſſibus refert damam.

1 Villa quam habet Fauſtinus Baiis in ſinu Campaniæ, non eſt ſterilis inſtar tuſculanæ. 2 Sterilibus, ſi cum frugiferis conferantur; quamvis baccæ myrtorum in medicinis utiles ſint: vel quæ locum tantum occupant, & umbram otio abundantibus hominibus præbent. 3 Cœlibe, infrugifera non ut populo vitibus maritata. 4 Buxi enim, ut nunc, in varias animalium formas tondebantur. 5 Nihil fructus aut proventus domino reddentia. 6 Fœcundo, ut apud barbaros & rudes, qui non ex amœnitate & elegantia arborum ad quincunceem diſpoſitarum, ſed ex fructu rus æſtimant. 7 Omnis Fauſtini domus angulus ſtipatur frumento. 8 Benè olent teſtæ quibus reconditum eſt vetus vinum: quod inter autumnales fructus eſt, ut ὀπώραις pro ὀπωραινοῖς κεραμεῖς, & *ſenibus*, ut *annus ſenex*. 10 *Aut in reducta valle, mugientium Proſpectat errantes greges*, Hor. 11 *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prælia deſtinat.* Hor. 12 Gallinæ, anſeres, &c. quæ ſequuntur. * *Adverte avium nativa epitheta.* 13 *Qui picta pandunt ſpectacula caudæ.* 14 Phœnicopterus, cujus lingua inter guloſorum delicias. 15 Qui malè audiunt propter parricidia, impietatem, & veneficia Medeæ. Vide Senecæ Medeæ argumentum. 16 Cui plumæ coloris cerei. *Aliis* pinguis turtur. 17 Sinu ferentis glandes vel alium paſtum. Rob. Titius legit *ſonum* villicæ ſcil. vocantis ſues ad paſtum. 18 Candidi. 19 Luculentus eſt focus, lignis è vicinâ ſylvâ deſcendentibus. 20 Quibus juxta focum locus. 21 Caupo, qui ad quæſtum domini viatoribus vinum vendit, non pallet & pingueſcit otio: ſed habet quod agat, ut ſequitur. 22 Neque enim utitur oleo, cera qui non exerceat palæſtram: melius ſe exercet aucupio, venatione, &c. vide adagium *Perdere oleum & operam.* 23 Luctaturi ſe ceromate ex oleo, cerâ & pulvere Ægyptio ſeu Puteolano ungebant.

Exer-

Exercet hilares [24] *facilis hortus umbellas,*
[25] *Nec venit inanis ruſticus ſalutator;*
Fert ille ceris cana cum ſuis mella,
[26] *Metamque lactis Saſſinate de ſylva.*
Somniculoſos ille porrigit [27] *glires,*
Hic [28] *vagientem matris hiſpidæ fœtum,*
[29] *Et dona matrum vimineo ferunt texto*
Grandes proborum virgines colonorum.
Facto vocatur lætus opere vicinus,
[30] *Nec avara ſervat craſtinas dapes menſa,*
Veſcuntur omnes, ebrioque non novit
Satur miniſter invidere conviva.
At tu ſub urbe poſſides [31] *famem mundam,*
Et turre ab alta proſpicis [32] *meras laurus,*
Furem Priapo non [33] *timente ſecurus.*
Et vinitorem [34] *farre paſcis urbano,*
[35] *Pictamque portas* [36] *otioſus ad villam*
Olus, ova, pullos, poma, caſeum, muſtum.
Rus hoc vocari debet, an [37] *domus longe?*

24 Non laboris exquiſiti, ut in ſuburbanis.
25 Non portat nudum & inane *Ave*, ut clientes in urbe, ſed adfert munera, q. æ ſeq.
26 *Cheeſe made like a Sugar loaf.*
27 Angli. *A Dormouſe.*
28 Hædum balatudeſiderantem matrem capel.
29 Filiæ agricolarum ferunt dona à matribus, vel *raucæ cortis aves & ova matrum.*
30 Quod in urbe fieri ſolet.
31 Prædium ſuburbanum, mundum quidem & elegans, ſed famelicum & ſterile.
32 Solas ſteriles laurus quibus nuſ æ arbores fructiferæ interſeruntur. 33 Nihil enim eſt quod fur auferat. 34 Cum ſterilis villa non alat villicum ipſum. 35 Amœnam fortè & viſu pulcram, verum non magis ſæturam quam quæ in Picta tabulâ exprimitur: alludit forte ad illud Cynici qui ſervo eſurienti pictas oſtendebat dapes, quæ oculos paſcerent non ventrem 36 Ex urbis curis tanquam è vinculis ſolutus. 37 Domus extra urbem longè ab urbe diſſita, ad quam cibaria ex urbe efferuntur, ὁ πόρρω οἶκος,

Conviva, non convictor. XXXVI.

[1] *CUM vocor ad cœnam,* [2] *non jam venalis, ut ante,*
Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna, datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino;

1 Nero cœnam rectam clientibus exhibitam à potentioribus redegerat ad ſportulam quæ calathus fuit quo primum, opſonia dabantur; poſtea centum quadrantes. Domitianus antiquato illo Neronis edicto revocavit cœnas. Unde hic Poeta fraudem factam à potentioribus conqueritur, qui clientibus viliſſimos, ſibi optimos apponebant cibos. De ejuſmodi convivio elegantiſſimè Plin. Jun. ep. 6. l. 2. *Convivium illius hominis ut ſibi videbatur, lautum; ut mihi, ſordidum ſimul & ſumptuoſum: nam ſibi & paucis optima quædam, cæteris vilia & minuta ponebat. Ego autem eadem omnibus pono: ad cœnam enim non ad notam invito; cunctiſque rebus ex æquo quos menſâ & toro æquavi. Etiamne libertos? Etiam: convictores enim tunc, non libertos puto. At hoc magno tibi conſtat. Minime, quis liberti mei non idem quod ego bibunt, ſed idem ego quod liberti. Et hercule ſi gulæ temperes, non eſt onerosum, quo utaris ipſe, communicare cum pluribus. Gula ergo reprimenda, & ita ſumptibus rectius tuâ continentia quàm alienâ contumeliâ conſulas. Igitur memento nihil magis eſſe vitandum, quam iſtam luxuriæ & ſordium novam ſocietatem. quæ cum ſint turpiſſima diſcreta ac ſeparata, turpius junguntur.* 2 Sportulâ conductus. Al. leg. *non tam venalis.* 3 Sportulâ non ſublatâ. 4 Su-

4 Sumitur 5 inciſo mytilus ore mihi.
Sunt tibi 6 boleti; fungos ego ſumo ſuillos.
Res tibi cum 7 rhombo eſt; at mihi cum 7 ſparulo.
8 Cereus immodicis turtur te clunibus implet;
Ponitur in cavea mortua pica mihi.
Cur 9 ſine te cæno, cum 10 tecum, Pontice, cænem?
11 Sportula quod non eſt, proſit: edamus idem.

4 Al. Sugitur. 5 Mytilus piſcis ex genere concharum, ſicut quos Angli vocant *Muſſels*, cujus teſta ſugenti labra ſcindere poteſt. 6 Fungorum ſalutarium; alii boleti, alii ſuilli ſeu porcini, alii Amanitæ. Al. *fungos ego ſumo puſillos.* 7 Rhombus, *Turbot*, & ſparulus piſcis vilis. 8 A colore pinguedinis. Al. *Aurëus.* 9 Non habens eoſdem cibos. 10 In eâdem menſâ & cœnâ (ut dicitur) communi. 11 Non obſit nobis, quod Imp. decreto revocatur cœna ſublatâ ſportulâ.

Qui petita extenuant. XXXVII.

1 Eſſe nihil dicis, quidquid petis, improbe Cinna.
Si nil Cinna petis; nil tibi, Cinna, nego.

1 Extenuando rem quam petis.

Purpura ſordibus emitur. XXXVIII.

Contenis quòd emis pueros, & ſæpe ducenis:
Quod 1 ſub rege Numa condita vina bibis:
Quod conſtat decies tibi 2 non ſpecioſa ſupellex:
Libra quòd argenti millia quinque rapit:
3 Aurea quod fundi pretio carruca paratur:
Quòd pluris 4 mula eſt, quàm domus empta tibi:
Hæc animo credis magno te, Quincte, parare?
Falleris. 5 Hæc animus, Quincte, puſillus emit.

1 Vina vetuſtiſſima, Hyperbolicè. 2 Etiam quotidiana vulgaris tua ſupellex. 3 Quod rheda aurata ſeu aureis bracteis diſtincta, conſtet quanti fundus. 4 Alii *nulli*: quæ lectio placet, ut aptè jungatur hyperbolicum mulæ pretium pretio carrucæ. 5 Magnus animus tantam pecuniæ vim in amicos pauperes potius erogaſſet, honeſtis ipſorum neceſſitati ſuccurrens; quam ſumptuum ambitione paraſſet ſibi mulieb res has & penè pueriles nugas.

Bellus Fabulator. XXXIX.

1 Sirenas hilarem navigantium pœnam,
Blandaſque mortes, gaudiumque crudele,
Quas nemo quondam deſerebat auditas,

1 Quæ navigantes hilari ſopitos cantu demulcebant, tradebantque in perniciem.

Fal-

Fallax Ulyſſes dicitur [2] *reliquiſſe.*
Non miror: illud, Caſſiane, mirarer,
[3] *Si fabulantem Canium reliquiſſet.*

[2] Obturatis ſociorum auribus, ſe adligato navis malo.
[3] In tantum lepore & laſcivâ nequitiâ ſuperat Sirenum cantus & illecebras Canius.

Laus Pompeii & Ciceronis. XL.

PAR ſcelus admiſit [1] *Phariis Antonius* [4] *armis;*
Abſcidit [2] *vultus enſis* [3] *uterque* [4] *ſacros,*
Illud [5] *laurigeros ageres cùm læta triumphos:*
Hoc tibi, Roma, caput, cùm loquereris, erat.
Antonî tamen eſt pejor, quam cauſa, Photini:
Hic facinus domino præſtitit; ille [6] *ſibi.*

[1] Ægyptiæ ſicæ, i. e. Pompeio magno occidi juſſo à Photino qui hoc regi Ptolemæo ſuaſit in gratiam Cæſaris.
[2] Capita.
[3] Photini & Antonii. 4 Propter magiſtratus quos geſſerant ſacros, gloriam, bene merita, res geſtas, &c. [5] Pompeii caput, triumphales victricis Romæ lauros geſſit, Ciceronis caput loquentis Romæ. Ille, caput; hic, lingua urbis. 6 In ſuam ſolius vindictam, in nullius gratiam.

Nihil dando ſe commendat. XLI.

LUce propinquorum, quâ plurima mittitur ales,
Dum Stellæ turdos, dum tibi, Flacce, paro:
Succurrit nobis ingens [1] *oneroſaque turba;*
In quâ ſe primum quiſque meumque putat.
Demeruiſſe duos, votum eſt: offendere plures,
Vix tutum: multis mittere dona, grave eſt.
Quâ poſſum ſolâ veniam ratione [3] *merebor:*
[4] *Nec Stellæ turdos, nec tibi, Flacce, dabo.*

[1] Amicorum turba, quibus omnibus munera mittere mihi foret oneroſum.
[2] Beneficio mihi conciliare te & Stellam volebam.
[3] Reſpicit ad quod prius dixerat *Demeruiſſe.*
[4] Ita nec vos ſibi prælatos querentur ceteri.

Cœna jejuna. XLII.

ESſe negas coctum leporem, poſciſque flagella.
Mavis, Ruſe, coquum ſcindere, quam leporem.

Domi-

Domitianus Deus major Jove. XLIII.

CÆſaris [1] *alma dies, &* [2] *luce ſacratior illâ,*
Conſcia [3] *Dictæum qua tulit Ida Jovem,*
Longa precor, [4] *Pylioque veni numeroſior ævo,*
Semper & [5] *hoc vultu, vel meliore nite.*
[6] *Hic colat Albano Tritonida* [7] *cultus in* [8] *auro,*
*Perque * manus tantas plurima quercus eat.*
[10] *Hic colat ingenti redeuntia ſecula luſtro,*
Et [11] *quæ Romuleus ſacra Terentus habet.*
Magna quidem ſuperi petimus, [12] *ſed debita terris.*
[13] *Pro tanto quæ ſunt improba vota deo?*

1 Natalis Domitiani.
2 Jovis natali ſacratior. *Adulatorie.*
3 In Idam, Cretæ montem vel ipſa Rhea ſeceſſiſſe, vel filium Jovem clam alendum Curetibus & nymphis tradidiſſe fingitur, ne à patre Saturno voraretur.
4 Numeroſior quam Neſtori ſuus natalis. 5 Feliciter ut nunc, vel etiam felicius. 6 Domitianus diu celebret annua Minervæ (quam ſuperſtitioſè coluit) quinquatria, quæ ipſe inſtituit in arvo Albano. Vide Sueton. Domit. cap. 4. 7 Redimitus auro, vel & ipſe Deus ac Dominus: ſic enim ſe coli voluit, alii leg. *mu/tus*, id eſt, frequens totus. 8 Sunt qui *arvo* malint: ego retinuerim *auro*, retulerimque ad auream coronam, quâ redimitus Domit. certaminibus Poetarum & Oratorum, ſcenicisque ludis præſidebat, atque 9 Victores ornavit coronis quernis. * Cæſaris Domitiani cujus manum infra vocat *Ingentem*, 10 Domit. celebret ludos ſeculares. (Vid. Sueton. Domit. c. 4. & Cenſorinum de die natali) qui centeſimo quoque anno celebrabantur; quod longum appellat luſtrum, quod proprium eſt quinque annorum: reſpicit item cenſuram quam aſſumpſit ſibi Domitianus, Sueton. cap. 8. Cenſoris autem erat condere luſtrum. 11 Sacra quæ fiebant ad aram Ditis in Campo Martio, ludis ipſis ſecularibus. Val. Max. l. 2. c. 4. Vide Ang. Politiani Miſc. c. 58. 12 Sub hujus imperio, qui non pauca ſtruxit templa, multa refecit. 13 Nullæ preces iniquæ, nullæ non probandæ quæ pro Deo & Domino noſtro Domitiano ſuſcipiuntur.

De Nivibus, Adulatoria. XLIV.

ADſpice quam denſum [1] *tacitarum* [2] *vellus aquarum*
Defluat in vultus Cæſaris, inque ſinus.
[3] *Indulget tamen ille Jovi, nec vertice moto*
[4] *Concretas pigro frigore* [5] *videt aquas;*
[6] *Sidus Hyperborei ſolitus laſſare* [7] *Bootæ,*

1 Quæ nullo ſtrepitu ingruunt, ut grando & imber.
2 Nivem Græci vocant νιφάδας ὕδωρ. Arnob. 2. 11. *Plumeas cruſtulas & nives plumeas. Qui dat nivem ſicut lanam*, Pſaltes. 3 Domit. tamen ut plenè operaretur, nec ludos hoſce in Jovis fortè honorem inſtitutos impediret, ſuſtinuit ſubningente Jove, i. e. aere permanente. Sic Sueton. Dom. c. 4. 4 Nives, Periphraſis Philoſophica. 5 Heraldus hunc locum ſuſpicatur, & legit, vel *Reicit* pro *rejicit*; vel *ne vertice moto Concretas pigro frigore tardet aquas.* retineo tamen *videt*, & expono *non curat.* 6 Qui vel à puero (namque penè puer contra Cattos, & poſtea Sarmatas ac Dacos, pugnaverat, Sueton. c. 2. Domit.) didicerat tolerare, immo patientiâ fatigare frigus ſub gelido Septentrione. 7 Sideris quod Urſam majorem inſequi videtur.

Et

Et madidis 6 *Helicen* 9 *dissimulare comis.*
10 *Qui* 11 *siccis lascivit aquis, & ab æthere ludit,*
12 *Suspicor has pueri Cæsaris esse nives.*

qui & Arctophylax è 20 stellis.
8 Frigus, imbres, nives Boreales, quâ sita est Helice ursa major è 27 stellis. 9 Præ se ferre non commoveri. 10 Heraldus legit *Quis*, &c? interrogative. 11 Nive, ex aquis concreta. 12 Adulatoriè innuit nives has immissas à puero Domitiani, quem tulerat ex Domitiâ Augustâ, nuper exstincto & in Deorum album relato.

Horæ cujusque officia. XLV.

1 PRima 2 *salutantes atque altera continet hora;*
3 *Exercet raucos tertia causidicos.*
In quinctam 4 *varios extendit Roma labores.*
5 *Sexta quies lassis, septima finis erit.*
Sufficit in nonam 6 *nitidis octava palæstris,*
Imperat 7 *exstructos frangere nona toros,*
8 *Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum:*
Temperat 9 *ambrosias cùm tua cura dapes;*
Et bonus æthereo laxatur 9 *nectare Cæsar,*
10 *Ingentique tenet pocula parca manu.*
11 *Tunc admitte jocos:* 12 *gressu timet ire licenti*
Ad matutinum nostra Thalia Jovem.

1 Prima quæ illucescentem excipit diem artificialem, & secunda.
2 Clientes salutantes patronos, Juven. Satyr. 1. v. 127.
3 Tertiâ aguntur causæ.
4 Suas quisque occupationes.
5 Interjungunt qui lassi sunt sextâ, opus resumpturi septima finiendum.
6 Exercitationibus & balneis, quorum æstate, octava; hyeme, nona erat hora. Plinius lib. 3. Epist. 1. 7 Lectos sternere & toros compositos disturbare iis insidendo, i. e. cœnare; nona quidem, æstate; hyeme, decima. 8 Saturis & mero jam incalescentibus lectitare inter pocula usitatum: petit itaque Poëta ab Euphemo mensæ Domitiani Imperatore vel extructore, ut opportuno hoc tempore sua carmina Imperatori offerat. 9 Deum insinuat Domitianum, adulatoriè, vinum illi & dapes Deorum attribuens. 10 Cæsareâ, divinâ, & Ἀνυπέρβατα τῆ, *parca*, id est, modica: Domitianum palpat, quasi parce biberet. 11 Hæc hora est & tempus legendi jocosorum carminum. 12 Veretur jocosa mea & conviviis apta Musa liberè aggredi divinum Imperatorem rebus seriis & gravibus occupatum matutino tempore, & ante cœnam.

De se modeste. XLVI.

DUM *novus est,* 1 *neque adhuc rasâ mihi fronte libellus;*
Pagina dum tangi non bene sicca timet:
I puer, & caro perfer leve munus amico,
Qui meruit 2 *nugas primus habere meas.*

1 Nondum pumice lævigatus.
2 Carmina hæc mea: *modestè.*

3 Al. *Curre; ſed inſtructum comitetur pumice librum Spongia*, ut vel probatus pumice poliatur; vel damnatus ſpongiâ deleatur.

3 *Curre, ſed inſtructus; comitetur Punica librum*
Spongia: muneribus convenit illa meis.
Non poſſunt noſtras multæ, Fauſtine, lituræ
Emendare jocos: 4 *una litura poteſt.*

4 Emendationi libri mei melius conſules cuncta ſimul delendo, quam ſingula corrigendo: primas autem meditationes membranis codicillis ac pugillaribus veteres inſcribebant quas correctas in chartas tranſcribebant, vel improbatas ſpongia delebant: unde jocosè Auguſtus reſpondit tragœdiam ſuam Ajacem *in ſpongiam incubuiſſe.*

In Ant. Saturninum XLVII.

1 L. Antonius Saturninus Domitiani ſævitiâ & verborum injuriâ (ut ſcribit Aurelius Victor) accenſus, bellum civile in Germania ſuperiori cui præfidebat, movit: captus poſtea fuit & interfectus: arguit ipſum Poëta ab utriuſque nominis omine id molitum fuiſſe; utrumque vero mali ominis & lethale extitiſſe.

1 *DUM nimium vano tumefactus nomine gaudes,*
Et 2 *Saturninum te miſer eſſe pudet:*
Impia 3 *Parrhaſiâ moviſti bella ſub urſa,*
Qualia 4 *qui* 5 *Phariæ conjugis arma tulit.*
6 *Excideratne adeo fatum tibi nominis hujus,*
Obruit Actiaci quod gravis ira freti?
7 *An tibi promuſit Rhenus, quod non dedit illi*
Nilus, & 8 *Arctois plus licuiſſet aquis?*
9 *Ille etiam noſtris Antonius occidit armis,*
Qui tibi collatus, perfide, Cæſar erat.

2 Antonius eſſe vis non Saturninus: orbis totius imperium affectas, pudet eſſe præfidem tantùm Germaniæ. 3 In Germania quæ Septentrionem ſpectat, ubi Caliſto Lycaonis filia à Parrhaſia urbe Arcadiæ in urſæ majoris ſidus verſa fulget. 4 Antonius triumvir. 5 Cleopatræ reginæ Ægypti, cujus Pharos inſula. 6 An non meminiſti quam malo omine tibi foret imitandus Antonius qui ad Actium Epiri promontorium ab Auguſto navali prælio devictus, cum Cleopatra fugit in Ægyptum ubi ſe interfecit? 7 An tu Germaniæ viribus fretus ſperaſti victoriam, quam ille non aſſecutus eſt Ægypti copiis nixus? 8 Fluminibus Germaniæ. 9 Emphaticè: ille triumvir tibi præfidi collatus videri poſſet Imperator; victus tamen.

Ad Silium Italicum Poëtam. XLVIII.

1 Muſarum frequentantium fontem in radicibus Parnaſſi, in quem Caſtalia virgo Apollinem fugiens verſa eſt.

SIli 1 *Caſtalidum decus ſororum,*
2 *Qui perjuria barbari furoris*
Ingenti premis ore, 3 *perfidoſque*
Aſtus Hannibalis, 4 *leveſque Pœnos*

2 Qui forti & ſonoro epico carmine ſcribis bellum Punicum ſecundum, quod opus extat. 3 Pœni autem ſemper fœdifragi: crudelis Hannibal. 4 Incertæ fidei: unde in proverbium abiit, *Punica fides.*

Magnis

Magnis 5 *cedere coga* 6 *Africanis:*
Paullum ſepoſitâ ſeveritate,
Dum blandâ 7 *vagus aleâ December*
8 *Incertis ſonat hinc & hinc fritillis,*
Et ludit 9 *Popa* 10 *nequiore talo,*
Noſtris otia commoda Camœnis.
Nec torva lege fronte, ſed remiſſâ
Laſcivis madidos 11 *jocis libellos.*
12 *Sic forſan tener auſus* * *eſt Catullus*
Magno mittere paſſerem Maroni.

5 Graphicè depingit eos coactos cedere, ſic Horat. l. 1. ult. Sat. *Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona.* 6 Scipioni utriquè; quorum alteri deleta Carthagine, cognomen inditum Africani. 7 Propter licentiam ludorum, & libertatem in Saturnalibus.

8 Pyrgis ſeu turriculis ligneis corneiſve intus gradatim aſperis, è quibus excutiebant aleas, ne fraus fieret fortunæ aleas componendo, ideo additum epitheton *Incertis*. 9 Popa inſignis aleator; vel legendum *rota* aleatorum circumſtantium corona. 10 Mera manu jacto, abſque fritillo. 11 Meis carminibus jocoſis. 12 Virgilio non potuit, quem multo ætate præceſſerat: verum hoc fingit Martialis, tum ut ſe Catullo tum Virgilio Silium conferret, qui Maronem diligenter imitatus eſt, & natalem ejus aramque religioſiſſimè coluit: lege itaque, * *auſus & Catullus*, hac mente, Sic fortè etiam Catullus ſi vixiſſet coævus Virgilio, ut tibi ego, auſus fuiſſet mittere ſuos hendecaſyllabos, &c.

Malus debitor feſtivè eluſus. XLIX.

Mille tibi nummos heſterna nocte roganti,
In ſex aut ſeptem, Cæciliane, dies,
1 *Non habeo, dixi: ſed tu cauſſatus amici*
Adventum, lancem paucaque vaſa rogas.
Stultus es? an ſtultum me credis, amice? negavi
Mille tibi nummos: millia quinque dabo?

1 Negavi me habere, non quod non haberem, ſed ne tibi creditos perderem: quod ſi tu vel tam ſtupidus fueris, vel eſſe te ſimulaveris ut hoc non ſentias: ego tamen non ita ſtultus, qui tibi credam vaſa ſæco H. S. pendentia, cui negavi 5000 H. S.

De puero ſtillicidio jugulato. L.

QUA vicina 1 *pluit Vipſanis porta columnis,*
Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis:
In jugulum pueri, qui roſcida templa ſubibat,
Decidit hiberno prægravis unda gelu:
2 *Cumque peregiſſet miſeri crudelia fata,*

1 Ubi ſtillicidium eſt portæ Capenæ vicinæ columnis à Vipſanio Agrippa extructis.
2 Cumque occidiſſet puerum.

3 Soluta est calore vulneris--- 4---Stiria cujus acies non secus atque ferri puerum jugularet.

3 Tabuit in calido vulnere 4 mucro tener.
Quid non sæva sibi voluit fortuna licere?
Aut ubi mors non est, 5 si jugulatis aquæ?

5 Si quæ naturâ molles sunt aquæ etiam jugulent.

Nummum à Cæsare elicit. LI.

1 Cæsar Domitiane. 2 Al. *Num minus ergo soles?* 3 Sed & muneribus juris trium liberorum, & dignitate Tribunitiâ & Equestri. 4 Invidiâ & animi anxietate.

SÆpe meos laudare soles, 1 Auguste, libellos,
Invidus ecce negat: 2 non minus ergo soles.
Quid, quid honorato 3 non solâ voce dedisti,
Non alius poterat quæ dare dona mihi.
Ecce iterum nigros 4 corrodit lividus ungues,
5 Da, Cæsar, tanto tu magis, ut doleat.

5 Urbana & artificiosa mendicatio.

Rara juvant. LII.

1 Libelli fortasse mei nimis multi nocent gratiæ ipsorum, lectori fastidium parientes propter numerum. 2 Quæ rara, cara. 3 Gratior est parvus liber. Satyrarum Persii, quam ingens volumen Marsi quo bellum Herculis scripsit contra Amazonas, quod Amazonida inscripsit. 4 Credo ego alium hunc fuisse Marsum ab illo Epigrammatographo, cujus sæpe meminit.

1 OBstat, care Pudens, nostris sua turba libellis,
Lectoremq; frequens lassat, & implet opus.
2 Rara juvant; primis sic major gratia pomis:
Hibernæ pretium sic meruere rosæ.
3 Sæpius in libro memoratur Persius uno,
Quàm levis in tota 4 Marsus Amazonide.
Tu quoque de nostris releges quemcunque libellis,
Esse puta solum: sic tibi pluris erit.

De ape electro inclusa. LIII.

1 Inclusa est. 2 Electro. 3 Melle, cujus colorem refert flavum electrum. 4 Ob strenuos in mellificiis labores merita est nobile hoc sepulchrum.

ET 1 latet & lucet, 2 Phaetontide condita guttâ,
Ut videatur apis 3 nectare clausa suo.
4 Dignum tantorum pretium tulit illa laborum.
Credibile est ipsam sic voluisse mori.

Lau-

Laudat libellos ſuos. LIV.

Neſcis, crede mihi, quid ſint epigrammata, Flacce,
Qui tantum luſus illa, jocoſque putas.
Ille magis ludit [1] *qui ſcribit* * *prandia ſævi*
Tereos: aut cœnam, * *crude Thyeſta, tuam:*
Aut [2] *puero* [3] *liquidas aptantem Dædalon alas,*
Paſcentem Siculas aut Polyphemon oves.
A noſtris procul eſt omnis [4] *veſica libellis:*
Muſa nec inſano [5] *ſyrmate noſtra tumet.*
Illa tamen [6] *laudant omnes, mirantur, adorant,*
Confiteor: laudant illa, ſed [7] *iſta legunt.*

1 Qui tragica aut epica ſcribit, argumenti fabuloſi de Tereo, & Thyeſte. * Liberos ſuos edentibus, de Dædali fugâ, atque Polyphemi immanitate. 2 Icaro. 3 Cerâ aptatas & à ſole liquefactas. 4 Argumentum cothurnatum & verba ventoſa, turgida, ampulloſa, nugæ bullatæ. 5 Stylo tragico: eſt enim Syrma ea veſtis pars quæ oblonga ſolum verrit, qualem in tragœdiis induti reges & heroes trahebant per theatra. 6 Tanquam jucunda, ſublimia & grandia. 7 Hæc epigrammata quæ brevia, acuta, & in uſum vitæ falſa.

Vive ut moriturus. LV.

O Cui [1] *Tarpeias licuit contingere* [1] *quercus,*
Et meritas [2] *prima cingere fronde comas:*
Si ſapis, [3] *utaris totis, Coline, diebus,*
Extremumque tibi ſemper adeſſe putes.
[4] *Lanificas nulli tres exorare* [4] *puellas*
Contigit: obſervant, quem ſtatuere, diem.
Divitior [5] *Criſpo, Thraſeâ conſtantior ipſo,*
Lautior & [6] *nitido ſis Meliore licet:*
Nil adicit penſo Lacheſis, fuſoſque ſororum
Explicat, & ſemper de tribus [7] *una ſecat.*

1 Coronam quernam in quinquennali certamine triplici, muſico, equeſtri, gymnico, inſtituto à Domitiano in honorem Jovis Capitolini: ſed & quernâ coronabantur vates magni, heroici ſcilicet. 2 Nobiliſſima, Jovi ſacra, ab Imperatore data. 3 Ad voluptates, & vitæ hujus gaudia. 4 Parcas, quibus fili vitæ ducendi & abſolvendi modus & cura. 5 Neronis vitrico cujus opibus Nero ditatus eſt. 6 Splendido & lauto Meliore. Nobili ex epiced. 2. Sylvæ Papinii & epitaphio Glauciæ. 7 Atropos, vel etiam Lacheſis.

De donis insidiosis. LVI.

Munera quod senibus, viduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum, Gargiliane, vocem?
Sordidius nihil est, nihil est te spurcius uno,
[1] Qui potes insidias dona vocare tuas.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus:
Callida sic stultas decipit esca feras.
Quid sit largiri, quid sit donare, [2] docebo,
Si nescis: dona, Gargiliane, mihi.

1 Qui munificentiæ titulo insignis hamos, quibus orborum senum ac divitum viduarum inescas hæreditates. Senec. epist. 8. *Munera ista fortunæ putatis? insidiæ sunt.* 2 Munificus verè & liberalis eris, si mihi meique ordinis viris largitus fueris, qui vicem reddere non possumus.

De vipera electro inclusa. LVII.

[1] Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
[2] Fluxit in obstantem succina [3] gemma feram:
Quæ dum miratur [4] pingui se [4] rore teneri,
Concreto riguit victa repente [4] gelu.
[5] Ne tibi regali placeas, Cleopatra, sepulchro;
Vipera si tumulo nobiliore jacet.

1 Ramis populi electriferæ. 2 Artificium refert Poeticè ad casum. 3 Al. *Gutta.* 4 Succino. 5 E Prælio Actiaco fugiens Cleopatra in Ægyptum, se inclusit sepulchro quod ipsa splendidum exstruxerat, unde extracta aspidis morsu periisse putabatur: quod Poeta respicere videtur, cum viperæ tumulum conferat tumulo illius quæ aspidis morsu periit.

Mors instat ubique. LVIII.

[1] Ardea, [2] solstitio, Castranaque rura petantur
** Quique Cleonæo sidere fervet ager:*
Cum Tiburtinas [3] damnet Curiatius auras,
Inter [4] laudatas ad Styga missus [4] aquas.
Nullo fata loco possis excludere: [5] cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

1 Petamus medio æstatis fervore loca vel calidissima & pestilentia, Ardeam, Castrum Inui. Sic restituit Petr. Scriverius ex opt. libri fide, loco vñ *Pestanaque.* Tum quia secessus amœnior, tum quia Ardeæ propius castrum Inui, Cui adstipulatur Ph. Cluverius l. 13. c. 3. Ital. * Bajas, postquam in saluberrimo Tiburis cœlo periit Curiatius. 2 Æstivo, sic enim simpliciter positum significat. 3 Morte suâ reddat infames. 4 Aquam Martiam, quæ se in Tiburtinam aperit. Plin. l. 13. c. 3. 5 Ubi fatalis hora venerit, saluberrimus locus, qualis est Tibur, vitam non magis conservat quam Sardinia insula cœli intemperie & gravitate pestilentissima, ob salinas, graves Austros, Solpugas venenatæ formicæ genus, seu Batrachium.

Vil-

Villæ descriptio elegans. LIX.

Juli jugera pauca Martialis
Hortis Hesperidum beatiora
[1] *Longo Janiculi jugo recumbunt:*
Lati collibus imminent recessus,
[2] *Et planus modico tumore vertex*
Cælo perfruitur sereniore:
Et curvas nebula tegente valles:
Solus luce nitet peculiari:
Puris leniter admoventur astris
Celsæ culmina delicata villæ.
Hinc [3] *septem dominos videre montes,*
Et totam licet [4] *æstimare Romam,*
Albanos quoque, Tusculosque colles,
[5] *Et quodcunque jacet sub urbe frigus,*
Fidenas [6] *veteres,* [7] *brevesque Rubras,*
Et [8] *quod virgineo canore gaudet,*
Annæ pomiferum nemus Perennæ.
[9] *Illic Flaminiæ, Salariæque*
Gestator patet, essedo tacente,
Ne blando rota sit molesta somno,
Quem nec rumpere nauticum celeusma,
Nec clamor valet [10] *helciariorum.*
Cùm sit tam, [11] *prope Milvius,* [12] *sacrumque*
Lapsæ per Tiberim volent carinæ.
[13] *Hoc rus (seu potius domus vocanda est)*
Commendat dominus; tuam putabis:

1 Porrigebatur enim ad pontem Milvium, Janiculum, excelsus mons non procul ab Urbe, trans Tiberim situs.
2 In vertice Janiculi planities est, quæ colles superat, serena, & sicca, non nebulis, ut valles, tecta. Hic Julii Mart. villa.
3 Septem colles, Palatinum, Capitolinum, Quirinalem, Cœlium, Esquilinum, Viminalem, Aventinum, quibus imposita Roma rerum domina.
4 Lustrare oculis.
5 Et quæcunque loca frigida suburbana.
6 Româ enim antiquiores.
7 Oppid. parvum, fortè *Ulubras* 8 Nemus Dianæ Aricinæ, in quo fecerant sacra non mitiora quàm Tauricæ Dianæ. Strabo. l. 5. Cruor itaque vel virginum cæsarum, vel Annæ Perennæ, quæ Didonis soror, (ut habent fabulæ) Laviniæ insidias fugiens se in Numicium fl. dedit præcipitem; seu (ut tradunt melioris fidei historici) anus Bovillis oriundæ, quæ populo per seditionem in montem digresso cibum tulerit, seque postea ex altâ fenestrâ præcipitavit, vide Ovid. 3. Fast. Macrob. 2. Saturn. c. 12. & Tiraquell. ad l. 3. Alexand. lege tamen cum summo viro Nicolao Heinsio *canore* non *cruore*, ad mentem Ovidii; *Illic & cantant, quicquid didicere Thoatris; Et jactant faciles ad sua verba manus.* Fast. l. 3. v. 535.
9 Ex hac villâ prospiciuntur esseda & currus in via Flam. & Salariâ; non tamen audiuntur, aut somnum interpellant. 10 Qui navem adverso flumine, vel qui navi anchoram seu grave aliud pondus uno connixu & mutuo hortatu moliuntur. 11 Pone Milvius, qui in viâ Flaminiâ ultra primum lapidem: 12 Pro Deo cultum. Virg. 8. Æneid. 13 Honestior, gratior, laudatior fit domus ista à domino Julio Mart. viro hospitali.

Tam non invida, tamque liberalis,
Tam comi patet hoſpitalitate.
Credas [14] *Alcinoi pios Penates,*
Aut * *facti modo divitis* [15] *Molorchi.*
[16] *Vos nunc omnia parva qui putatis,*
Centeno gelidum ligone Tibur,
Vel Præneste domate, [17] *pendulamque*
Uni dedite Setiam colono:
[18] *Dum, me judice, præferantur iſtis*
Juli jugera pauca Martialis.

14 Regis Phæacum, qui Ulyſſem enatantem benigno hoſpitio excepit. Hom. Odyſſ. ζ. 15 Pauperis paſtoris qui Herculem ad leonem Nemeæum occidendum venientem hoſpitio excepit. * Quem *modo divitem factum* appellat Poëta, quòd juxta Herculis fanum ſplendido luxu à Domitiano extructum, Molorcho ſacellum condiderat & ipſum donariis ditatum. 16 *Epiphonema.* Ite jam avari quibus non ſufficiunt latifundia quæ milvus oberret: ego vel toti Tiburi, Prænesti, & Setiæ pauca hæc Martialis jugera antefero. 17 In declivitate montis ſitam. 18 Malo jugerum paucorum Julii Mart. quam totius Setini agri dominus eſſe.

Vinum nobile, ſed ſuſpectum. LX.

TU [1] *Setina quidem ſemper, vel* [1] *Maſſica ponis,*
Papile: [2] *ſed rumor tam bona vina negat.*
Diceris hac factus [3] *cœlebs quater eſſe lagenâ;*
Nec puto, nec credo, Papile, [4] *nec ſitio.*

1 Vina nobilia, è Setia & Maſſico in Campania. 2 Immo veneno miſta eſſe fama eſt. 3 Viduus, uxoribus veneno ſublatis: de voce *cœlebs* vide quæ ad Senec. Hippolyt. v. 228. 4 Nolo tamen bibere; malo enim famæ quam experientiæ fidem habere.

Ad exigentem libellos ſuos. LXI.

EXigis, ut donem noſtros tibi, Quincte, libellos;
Non habeo, ſed habet [1] *bibliopola Tryphon.*
Æs dabo pro nugis, & emam tua carmina ſanus? [2]
Non, inquis, faciam [3] *tam fatuè:* 3 *nec ego.*

1 Clarus præfatione Quinctiliani. 2 Qui emam nugas. 3 Qui donem fatuo.

Ami-

Amicitia & in morientibus vivit. LXII.

CUM [1]*gravis extremas* [2] *Veſtinus duceret horas,*
Et jam per Stygias eſſet iturus aquas;
Ultima volventes orabat penſa ſorores,
Ut traherent parvâ ſtamina [3] *pulla morâ.*
[4] *Jam ſibi defunctus, caris dum vivit amicis;*
Moverunt tetricas tam pia vota deas.
Tam largas partitus opes à luce receſſit:
Seque [5] *mori poſthac credidit ille* [5] *ſenem.*

1 Gravi morbo affectus. 2 Filius Veſtini, qui in conſulatu præter culpam à Nerone mori juſſus eſt. 3 Nigra, quæ mortem minentur; ut contra *alba*, ubi vitam Parcæ protrahunt. Juven. Sat. 12. v. 65. 4. Non vitæ deſiderio moram hanc orabat, ſed ut bona ſua amicis divideret. 5 Morti maturam.

Laus matronæ. LXIII.

O Felix [1] *animo, felix Nigrina* [2] *marito,*
Atque inter Latias gloria prima nurus.
[2] *Te patrios miſcere juvat cum conjuge cenſus,*
Gaudentem ſocio, participique viro.
Arſerit [3] *Evadne flammis injecta mariti,*
Nec minor [4] *Alceſtim fama ſub aſtra ferat,*
Tu melius certo meruiſti pignore vitæ,
Ut tibi non eſſet morte probandus amor.

1 Tuo, id eſt, vitæ tuæ, quæ vel fine animæ tuæ jacturâ plus marito profuiſti, quam Evadne & Alceſtis pro & cum ſuis morientes namque 2 Tu marito tuo, cui lege non licuit patrimonium uxoris caducum participare, è qua liberos non procreaſſet, liberaliter impertiiſti à patre tibi relictos cenſus: ſic enim malo legere quam *ſenſus*, ut vulgo. 3 Quæ ſe in rogum Capanei conjugis injecit. 4 Quæ conjugis Admeti mortem ſuâ redemit.

In Zoilum invidum. LXIV.

NUnquam divitias deos rogavi,
Contentus modicis, meoque lætus.
Paupertas, veniam dabis, recede.
Cauſa eſt quæ ſubiti, novique voti?
Pendentem volo Zoilum videre.

Paupertati, quæ mihi hactenus cordi & in votis erat, jam renuncio mutato conſilio & voto, diteſcere volo; nec aliâ de cauſa, quam ut ii qui rebus meis modicè lætis invident, lætiſſimas ubi viderint, invidiâ rumpantur aut ad laqueum fugiant.

Cœna oculos paſcens. LXV.

AD cœnam nuper Varus me fortè vocavit;
Ornatus dives, parvula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur menſa: miniſtri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, non oculos, ſed ventrem paſcere veni:
Aut appone dapes, Vare, vel auſer opes.

De ſene adulatore. LXVI.

CONdita cum tibi ſit jam ſexageſima meſſis,
Et facies multo ſplendeat alba pilo;
[1] Diſcurris, totâ vagus urbe, nec ulla cathedra eſt,
Cui non mane feras irrequietus, ave;
Et ſine te nulli fas eſt prodire tribuno,
Nec caret officio conſul uterque tuo;
Et [2] ſacro decies repetis Palatia clivo,
[3] Sigerioſque meros, Partheniosque ſonas.
Hæc faciant ſanè juvenes; deformius, Afer,
Omnino nihil eſt [4] ardelione ſene.

1 Ambitiosâ indagine officioſus per omnia divitum atria quos vel in ipſis atriis, egredientes, vel in cathedris ſedentes, admiſſus ſalutas, diſcurris portans ineptum *Ave*, cui jam ſexagenario & cano dicendum potius fuerat *Vale*. 2 Multoties per viam Sacram repetis Cæſaris domum. 3 Jactas ubique familiaritatem tuam cum aulicis. Crepas uſque Sigerium & Parthenium Cæſaris cubicularios. 4 Ardelio, homo inquietus, hoc illuc ſemper volitans, omnibus negotiis ſe immiſcens. Hinc elegantèr Phædrus: *Eſt Ardelionum quædam Romæ natio, trepide concurſans, occupata in otio; Gratis anhelans, multa agendo nihil agens; Sibi moleſta, & aliis odioſiſſima.*

Ad Mathonem. LXVII.

HOſpes eras noſtri ſemper, Matho, Tiburtini.
Hoc emis: [1] impoſui, rus tibi vendo tuum.

1 Decepi ego te, immo tu teipſum, dum mancipio tuum prætio vis eſſe prædium Tibi, quod prius quidem gratis erat uſu tuum aſſidui hoſpitis, quamdiu meum fuit poſſeſſione.

Tace

Tacere posse magnum est. LXVIII.

Declamas in febre, [1] *Mathon : hanc esse phrenesim*
[2] *Si nescis, non es sanus, amice Mathon.*
Declamas æger, declamas 3 *hemitritæus.*
4 *Si sudare aliter non potes, est ratio.*
5 *Magna tamen res est, errans cum viscera febris*
Exurit : 6 *res est magna* 7 *tacere, Mathon.*

1 Causidicus. Juven. Sat. 1, v. 32.
2 Si nescis hanc esse insaniam, quòd febricitans declamas, perditâ sanè & deploratâ laboras insaniâ, cujus sensum non habes : est autem Phrenesis insania ex inflammatione Cerebri orta. Celsus. 3 Semitertiana laborans. 4 Si hoc facias quo elicias sudorem & hinc febrem leves, habes sanè cur declames. 5 Posse in febre declamare, inquit Poëta ex Persona Mathonis. 6 Respondet objectioni Poëta. 7 Non clamare, non ingemiscere: arguit autem Mathonem vel improbæ & effrænis loquendi libidinis, vel pronunciationis querulæ & quasi in febre queritantis.

Sapientia in adversis. LXIX.

[1] *Securo nihil est te, Nævole, pejus ; eodem*
Solicito nihil est, Nævole, te melius.
Securus, nullum resalutas, despicis omnes ;
[2] *Nec quisquam liber, nec tibi gratus homo est.*
Solicitus, donas, dominum regemque salutas ;
Invitas ; esto, Nævole, 3 *solicitus.*

1 Te curis vacuo & prosperè agente nihil arrogantius & insolentius, curis presso modestior nemo aut summissior, & quod de Caligula Passienus. *Nemo fuit servus melior, nemo dominus deterior.* 2 M. S. Bodl. *Nec quisquam visus, nec tibi notus homo est.* 3 Ut sies usque modestus.

Vinum dissimile. LXX.

[1] *Nos bibimus vitro, tu* [2] *myrrha, Pontice, quare ?*
3 *Prodat perspicuus ne duo vina calix.*

1 Convivæ tui.
2 Poculo myrrhino.
3 Ne si tu vitreis ut nos, biberes, appareret te non idem vinum bibere quod nos, sed generosius.

De

De ruſticatione. LXXI.

RUre morans quid agam, reſpondeo, pauca rogatus,
Luce deos oro, famulos poſt arva reviſo;
[1] *Partibus atque meis juſtos indico labores,*
Inde lego, [2] *Phœbumque cio, Muſamque laceſſo.*
Hinc oleo corpuſque frico, mollique paleſtra
Stringo libens, animo gaudens, ac ſœnore liber.
[3] *Prandeo, poto, cano, ludo, lævo, cœno, quieſco,*
Dum parvus [4] *lychnus modicum conſumat olivi.*
[5] *Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camœnis.*

1 Meis Famulis opus diſtribuo, ſic Dido Virgiliana *operumque laborem Partibus æquabat juſtis aut ſorte trahebat.* 2 Pango carmina. 3 Antea legebatur *Pondero*, ſed omnes uno ore emendant, *Prandeo*, neque enim prandium omnino Latio exulabat. 4 Ellychnium, lucerna. 5 Nox lucubrata ad hæc carm. &c. *Vel* nox dat hæc carmina lucubrata Muſis nocturnis.

Adulatoria ad Domitianum. LXXII.

[1] *HOC tibi,* [2] *Palladiæ ſeu collibus uteris Albæ,*
Cæſar, & hinc [3] *Triviam proſpicis,* [4] *inde Thetin:*
[5] *Seu tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores,*
[6] *Plana ſuburbani qua cubat unda freti:*
[7] *Seu placet Æneæ nutrix,* [8] *ſeu filia Solis,*
Sive [9] *ſalutiferis* [10] *candidus Anxur aquis;*
* *Mittimus, ô rerum felix tutela, ſaluſque,*
Soſpite quo [11] *gratum credimus eſſe Jovem.*
Tu tantùm accipias: ego te legiſſe putabo,
Et tumidus [12] *Galla credulitate fruar.*

1 Hoc quicquid id eſt libri, hunc qualemcunque librum mittimus tibi, ô Cæſar. 2 Seu degis in monte Albano. Quem locum tanquam arcem elegerat, & ubi quinquatria in honorem Minervæ quotannis celebravit. 3 Artemiſium templum in nemore Dianæ Triviæ prope Aricinam. 4 Ab alterâ parte proſpicis mare. 5 Seu degis Antii, ubi Fortuna colitur ſub imagine geminarum ſororum. Per adulationem autem Domitiano numen majus & oraculum certius attribuit, dictanti ſcilicet his tanquam minoribus Diis reſponſa. 6 Quam urbem mare alluit, cujus ſuburbia occupat mare. 7 Seu receſſiſti in Cajetam urbem Campaniæ, ab Æneæ nutrice dictam, ut vult Virgil. 7. Æneid. ut alii, à *ναίειν*, quod ibi claſſis Trojana incenſa; ut alii, à finuoſa cavitate, quam Lacones *Cajetam* dixerunt. 8 Seu verſaris *Circeis*, promontorio Italiæ à Circe filia Solis & Perſes quondam habitato. 9 Propter Pontinam. vel alias paludes, in quas pronum eſt Anxur ab Urſenti fluv. non parva aquarum ſalubritate. 10 *Impoſitum lato ſaxis candentibus Anxur.* 11 Non immemorem Capitolii à Domitiano puero defenſi, vel reſtituti cum iterum arſiſſet. 12 Facili. Galli enim tunc ſimplices & creduli.

De

De ſuis libellis ad Sextum. LXXIII.

1 *SExte, Palatinæ cultor facunde Minervæ,*
Ingenio frueris qui propiore dei ;
Nam tibi naſcentes Domini cognoſcere curas,
Et ſecreta ducis pectora noſſe licet ;
2 *Sit locus & noſtris aliqua tibi parte libellis,*
Qua Pedo, qua Marſus, quaque Catullus erit.
3 *Ad Capitolini * cæleſtia carmina belli,*
Grande cothurnati pone Maronis opus.

1 Sexte, qui es Imperatori ſacræ religionis cultu, ab ingenii ſtudiis, & à conſiliis ſecretioribus, Bibliothecarius Palatinus. 2 Dignare loco, repone libros meos in bibliothecâ tuâ, vel Imperatoris, inter cæteros epigrammatarios, Catullum, Pedonem, Marſum. 3 Sed carmina illa de bello Vitelliano ipſiuſque Domitiani periculo, flagrante Capitolio, (* à te, vel ipſo fortè Domitiano condita: namque his vacaſſe eum ſtudiis conſtat ex Plinii præfat. ad hiſt.) repone juxta Æneida ſublimis Virgilii. Sueton. cap. 1. Domit.

Stulte ſuperbus. LXXIV.

1 *EDictum 2 domini, deique noſtri,*
Quo ſubſellia certiora fiunt,
Et 3 puros eques ordines recepit,
Dum laudat modo 4 Phaſis in Theatro,
Phaſis purpureis rubens lacernis,
Et jactat tumido ſuperbus ore :
5 *Tandem commodius licet ſedere,*
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris ;
Turba non premimur nec inquinamur.
Hæc, & talia dum refert ſupinus,
6 *Illas purpureas & arrogantes*
Juſſit ſurgere Lectius lacernas.

1 De renovandâ lege Roſciâ, qua nulli in 14 gradibus ſedere licuit, niſi cui cenſus equeſtris. Sueton. cap. 8. Domit. 2 *Dominum* ſe *ac Deum* appellari inſtituit Domitianus. Xiphilinus & Suetonius in Domit. cap. 13. 3 Plebi non admiſtos. 4 Plebeius neſcio quis, qui ex veſtitu ſe equitem videri voluit. 5 *Verba hæc Phaſidis ſe ex lacernis purpureis equitem gloriantis.* 6 Phaſidem verbis & veſtibus ſe pro equite jactantem gradibus equeſtribus ejecit adveniens deſignator Lectius, qui illum probè noverat.

Ad

Ad medicum. LXXV.

1 Non planè ægrotabam, inclinabam tantùm in morbum.
2 Venisti, ô medice, comitatus multis tuis discipulis (pro more visendi illius temporis) qui singuli longo ordine venam meam tangebant, vel potius arteriam explorabant: *felt my pulse.* 3 Frigidissimæ, tanquam Borea gelatæ. 4 Et latenti in me febris causæ Προηγουμένη frigidus vester contactus adjecit extrinsecus Προκαταρκτικὴν, ita Planè accessit febris, in quam prius solum disponebar.

1 Anguebam: sed tu comitatus protinus ad me
2 Venisti centum, Symmache, discipulis.
Centum me tetigere manus 3 Aquilone gelatæ.
4 Non habui febrem, Symmache, nunc habeo.

Vetera pluris fiunt. LXXVI.

1 Sic novis Domit. ambulacris & porticibus pulcherrimis præferimus porticum Pomp.
2 Et senes, laudatores temporis acti præconesque vetustatis, Capitol.
magnificentissimè à Domitian. instaurato præferunt tamen illud prius à Luct. Catulo perfectum dedicatumque quod bellis nuper Vitellianis conflagrarat. 3 Neglectum erat opus Maronis, dum ipse erat in vivis prælato Ennio; sed hoc poëticè amplificat, ut de Homer. & Ovid.
4 Mihi sufficiet gloria posthuma.

Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,
Et sua quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, mores,
Præferat antiquos semper ut illa novis.
1 Sic veterem ingrati Pompeii quærimus umbram;
2 Et laudant Catuli Julia templa senes,
3 Ennius est lectus salvo tibi, Roma, Marone;
Et sua riserunt secula Mæonidem.
Rara coronato plausere theatra Menandro:
Norat Nasonem sola Corinna suum.
Vos tamen ô nostri ne festinate libelli:
4 Si post fata venit gloria, non propero.

Carmen gemmeum. LXXVII.

1 Digito.
2 Gemmeis annulis ornatur, quod elegantias & lumina in carmine ponere sciat.

Sardonychas, 1 smaragdos, adamantas, iaspidas
Portat in articulo Stella, Severe, meus, (uno
Multas in digitis, plures in carmine gemmas
Invenies: 2 inde est hæc puto, culta manus.

Mens

Mens præstat opibus. LXXVIII.

SUM, fateor, semperque fui, Calliſtrate, pauper,
Sed [1] *non obſcurus, nec malè notus eques.*
Sed toto legor orbe frequens, & [2] *dicitur, hic eſt;*
Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit.
At tua centenis incumbunt tecta columnis,
Et [3] *libertinas arca* [4] *flagellat opes:*
[5] *Magnaque Niliacæ ſervit tibi gleba Syenes;*
Tondet & innumeros [6] *Gallica Parma greges.*
[7] *Hoc ego, tuque ſumus, ſed* [8] *quod ſum, non potes eſſe.*
Tu [9] *quod es, è populo quilibet eſſe poteſt.*

1 Ingenio clarus, honore equitis & titulo donatus.
2 Digito monſtror.
3 Ingentes, quales poſſederunt liberti ditiſſimi, Chryſoponus, Narciſſus, Pallas, Calliſtus, &c. quos enumerat Plinius, lib. 36. cap. 18.
4 Premit.
5 Sunt tibi latifundia in fertili Ægypto, cujus civitas *Umbram nuſquam flexura Syene.* 6 Galliæ Ciſalpinæ urbs lanâ nobilis. 7 Quod ſupra dixi, ego ſcilicet. 8 Pauper doctus: 9 Tu dives indoctus.

De Mannejo. LXXIX.

SEdere [1] *primo ſolitus in gradu ſemper,*
[2] *Tunc cùm liceret* [3] *occupare, Mannejus;*
[4] *Bis excitatus terque tranſtulit caſtra,*
Et inter ipſas pene tertius ſellas
Poſt Cajumque Luciumque conſedit.
Illinc cucullo proſpicit caput tectus,
[5] *Oculoque ludos ſpectat indecens uno,*
Et hinc miſer dejectus in [6] *viam tranſit,*
Subſellioque [7] *ſemifultus extremo,*
Et malè receptus altero genu, [8] *jactat*
Equiti, ſedere; [9] *Lectioque, ſe ſtare.*

1 Proximo Orcheſtræ.
2 Ante Domitiani edictum.
3 Præripere equitibus.
4 Bis terque excitatus à deſignatoribus & coactus migrare in remotiorem locum cum ſellâ ſuâ (& hoc lepidè dicit *caſtra transferre*) quam in ipſis gradibus poſuit inter duos equites Ca. & Lu. etiam inde extractus eſt in viam: ſellas autem inferre moris erat. 5 An quia luſcus? an credo quod altero tantum oculo proſpiceret cucullo obvolutus? 6 Interſtitia in ſpectaculis inter ordines erant, inter cuneos & circa balthea quæ theatrum cingebant 7 Semi ſedens & ſemi ſtans. 8 Velut ipſe eques. 9 Deſignatori, metuens ne & inde ejiceretur.

Ad

Ad Cæſ. Domitianum. LXXX.

Nemo queritur ſe læſum eſſe. 1 Poëtæ ſales innoxii; fictis enim nominibus utens vitia tantum, non homines carpit. 2 Si minus utilitatem, voluptatem certè mihi afferunt, quibus verbis tacitè Domitianum admonet, ut ne ſinat fruſtra ſe carminibus operam dare.

Quinctus noſtrorum liber eſt, Auguſte, jocorum,
1 Et queritur læſus carmine nemo meo.
Gaudet honorato ſed multus nomine lector,
Cui victura meo munere fama datur.
Quid tamen hæc proſunt, quamvis venerantia mul-(tos?
2 Non proſunt ſanè: me tamen iſta juvant.

Poëta laudum abundans; æris inops. LXXXI.

1 Res graves & ſerii argumenti. 2 Inopiâ ſcil. & rerum indigentia: dum enim amotem capto ex his nugis, mercedem amitto quam ex aliis ſtudiis capere poſſem. Ita dum aliis placeo, mihi pereo. 3 Si velim patronus cauſas defendere in foro ubi Saturni ſalcem ferentis ædes. 4 Locare linguam. 5 Mittentur mihi à clientibus quos defendi cadi vini Hiſpani, nummo æreo implebitur ſinus &c. 6 Nunc tantùm ad convivia admittitur, & inter compotationes lectitatur lib. meus. 7 Virgilio donatus à Pollione Alexis puer formoſus, Eclog. 2. Virgil. nec tamen pro magno munere. 8 Acclamas mihi *Belle*, & laudas, quaſi hoc ſatis ſit, ſed *Gloria quantalibet quid erit, ſi gloria tantum eſt?* 9 Non vis intelligere, me aliud poſcere præter laudem? 10 Certè nihil largiendo coges me mutare ſtudium & foro ſervire, ubi ſeges ampla.

1 SEria cùm poſſim, quòd delectantia malim
Scribere, tu cauſa es, lector amice, mihi,
Qui legis, & totâ cantas mea carmina Roma,
Sed neſcis, 2 quanti ſtet mihi talis amor.
Nam 3 ſi falciferi defendere templa tonantis,
Solicitiſque velim 4 vendere verba reis;
5 Plurimus Hiſpanas mittet mihi nauta metretas,
Et fiet vario ſordidus ære ſinus.
6 At nunc conviva eſt, comeſſatorque libellus,
Et tantum gratis pagina noſtra placet.
Sed non hac veteres contenti laude fuerunt,
Cùm 7 minimum vati munus Alexis erat.
8 Bellè, inquis, dixit: ſatis eſt: laudabimur uſque.
9 Diſſimulas? 10 facies me, puto, cauſſidicum.

Dona

Dona insidiosa. LXXXII.

Quòd tibi [1] *Decembri mense, quo volant* [2] *mappæ,*
Gracilesque [3] *ligulæ, cereique chartæque,*
Et [4] *acuta* [5] *senibus testa cum damascenis,*
Præter libellos [6] *vernulas nihil misi:*
Fortasse avarus videar, aut inhumanus.
Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis nescit
Avidum voratâ decipi scarum mucâ?
Quoties amico diviti nihil donat,
O Quinctiane, [7] *liberalis est pauper.*

1 In Saturnalibus. 2 Dona passim ab amicis mittuntur. 3 Gladioli argentei seu spathulæ. 4 Vase testaceo metæ seu turbinis formam habente. 5 Prunis rugosis à Damasco Syriæ urbe. 6 Domi meæ natos, vel procaces, dicaces, jocosos atque ac vernas.

7 Dona non inescat, non cauponatur.

Epi-

Epigrammatum Delectus.

LIBER TERTIUS

MARTIALIS.

Fœda adulatione aurum captat. I.

SI qua fides [1] *veri præferri, maxime Cæſar,*
Temporibus pœſſunt ſecula nulla tuis,
Quando magis dignos licuit ſpectare [2] *triumphos?*
[3] *Quando Palatini plus meruere dei?*
Pulchrior & major quo ſub duce Martia Roma?
Sub quo libertas principe [4] *tanta fuit?*
Eſt tamen hoc vitium, ſed non leve, ſit licet unum,
Quid colit [5] *ingratas pauper amicitias?*
Quis largitur opes veteri, fidoque ſodali,
Aut quem proſequitur [6] *non alienus eques?*

1 Immo adulationis. 2 In ſpectaculis certè, non de hoſtibus, niſi falſos. ut de Dacis & Cattis victoribus magis quam victis. 3 Quando Palat. dei, Jupiter, Juno, Minerva beneficiis ſuis majorem cultum & plures meruerunt honores quam hoc ævo? 4 Immo, quando minor? cum nemini de Rep. mutire quidem liceret. 5 Donis, beneficiis. 6 Qui nobilitate & cenſu eques eſt: non autem equo ſtipendia faciens, aut titulo equitis ab Imperatore honoratus.

Plus pete ab avaro. II.

MIlliamiſiſti mihi ſex, bis ſena petenti:
[1] *Ut bis ſena feram, bis duodena petam.*

1 Quoniam tu tibi caves diminidiato quod petebam, ego neceſſitati meæ conſulam in poſterum, geminum petendo ejus ſummæ quo mihi opus fuerit.

Pug-

Pugna pugnam dirimit. III.

A Spicis imbelles tentent quam ſortia damæ
Prælia? tam timidis quanta ſit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus audent;
Vis, Cæſar, damis parcere, [1] mitte canes.

1 A Paradoxo: canibus qui aliàs damis exitio ſunt immiſſis,

dirimitur prælium damarum ad perniciem inter ſe furentium.

Vita tranquilla. IV.

SI tecum mihi, care Martialis,
Securis liceat frui diebus;
Si diſponere tempus otioſum,
Et veræ pariter vacare vitæ:
[1] Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec lites tetricas, ſorumque triſte
Noſſemus, nec imagines ſuperbas.
Sed geſtatio, fabulæ, libelli,
Campus, porticus, umbra, virgo, thermæ;
Hæc eſſent loca ſemper, hi labores.
Nunc vivit ſibi neuter heu, bonoſque
[2] Soles effugere, atque abire ſentit,
[3] Qui nobis pereunt, & imputantur.
Quiſquam vivere cum ſciat, moratur?

1 Non curamus noſſe.

2 Dies, quibus benè uti ad vitæ hilaritatem licuit.

3 Quod eos inutiles abire paſſi ſumus, non aliis nobis redditis pro eis quibus non viximus genialiter.

Memoria infelix. V.

QUinctum pro Decimo, pro Craſſo, Regule,
[1] Macrum
Ante ſalutabat rhetor Apollonius.
Nunc utrumque ſuo reſalutat nomine: [2] quantum
Cura, laborque poteſt! ſcripſit, & edidicit:

1. Acutius legas *Macrum*: nam & hinc inepti rhetoris infelicem arguit memoriam qui *Decimum* ſalutaret dimidio nomine, *Quintum*: *Craſſum*, contrario nomine, *Macrum*. 2 Ironicè & Sceptice.

In

In Paulum. VI.

1 *MAne domi ſi te merui, voluique videre,*
Sint mihi, Paule, tuæ longius Eſquiliæ.
2 *Sed Tiburtinæ ſum proximus accola pilæ;*
3 *Qua videt antiquum ruſtica Flora Jovem.*
4 *Alta ſuburrani vincenda eſt ſemita clivi,*
Et 5 *nunquam ſicco ſordida ſaxa gradu:*
Vixque datur longas mulorum 6 *vincere mandras;*
Quæque trahi multo marmora 8 *ſtrue vides.*
Illud adhuc gravius, quod te poſt mille labores,
Paule, negat laſſo janitor eſſe domi.
Exitus hic operis vani, togulæque 9 *madentis:*
10 *Vix tanti Paulum mane videre fuit.*
11 *Semper inhumanos habet officioſus amicos:*
12 *Rex, niſi dormieris, non potes eſſe meus.*

1 Si tanti ſit tibi officium meum, ut te videre mereatur: amor quidem meus is eſt ut ad te ire velim, etiamſi longius forent Eſquiliæ, ubi tu habitas. 2 Sed ego habito ad pilam in via Tiburtinâ. 3 Prope Floræ deæ ruſticæ & florum præſidis templum atque vetus Capitolium Jovis. 4 Qua per ſuburram aſcenditur ad montem Eſquilinum. 5 Perpetuo cœnoſa ſaxa. 6 Superare, præterire. 7 Propriè caulas: ſtabula hic, ut apud Juvenalem Sat. 3. v. 237. ſeries mulorum onera portantium. 8 Machinis, vel plauſtris: ut Juven. Sat. 3. v. 255. 9 Nimbo, luto, ſudore. 10 Vix ſuſcipiendus ſit labor tantus, etiamſi certum eſſet te domi tuæ repertum iri. 11 Officioſus, homo occupatus in aliis ſalutandis, ut Paulus iſte, non facilè patet officiis & ſalutationibus amicorum. 12 Aut domi mane ſis, aut ego non ſubibo tantas itineris moleſtias tui ſalutandi gratiâ: innuit autem Paulum exire & ipſum alios ſalutatum.

Laus Hermetis. VII.

HErmes 1 *Martia ſeculi voluptas;*
Hermes omnibus eruditus armis;
Hermes 2 *& gladiator, & magiſter;*
Hermes 3 *turba ſui tremorque ludi;*
Hermes 4 *quem timet Ælius, ſed unum;*
Hermes 5 *cui cadit Advolans, ſed uni;*
Hermes vincere, 6 *nec ferire doctus;*
Hermes 7 *ſuppoſititius ſibi ipſi;*
Hermes 8 *divitiæ locariorum;*
Hermes 9 *belligerâ ſuperbus haſtâ;*

1 Ævi hujus & Romæ Martiæ deliciæ & gloria propter eruditionem in omni genere armorum: ut mox. 2 Et ipſe gladiatorum magiſter, id eſt, laniſta. 3 Quo arma tractante tota familia gladiatorum turbatur & timet. 4 Quem ſolum nobilis gladiator Ælius timet. 5 A quo ſolo vincitur Advol. nobilis gladiator. 6 Premendo & involvendo vincere ſine ictu, vel adverſario parcere, ubi poſſet ferire. 7 Pugnando non defatigatus ſed perinde ac recens gladiatoribus novis congreditur, nec indiget ut ſibi alius ſufficiatur, vide Lipſ. Saturnal. 8 Unde quæſtum faciant qui loca populo in ſpectaculis deſignant locantque. 9 Gladiatoris Samnitis more validè vibrat haſtam.

Her-

Hermes [10] *æquoreo minax tridente*;
Hermes [11] *cassîde languida timendus*;
Hermes gloria Martis universi;
Hermes [12] *omnia solus, & ter unus.*

10 Retiarii more movet fuscinam directam in Mirmillonem. 11 Andabatarum more pugnat: hi autem ex equis galea frontem oculosque tecti pugnabant. 12 Potest allusisse ad Hermetem Trismegistum, cujus summam scientiam in Philosophia æquat hujus in arenâ.

Homine invido nihil miserius. VIII.

UT benè loquatur, sentiatque Mamercus,
Efficere [1] *nullis, Aule, moribus possis.*
Pietate fratres [2] *Curios licèt vincas,*
Quiete [3] *Nervas, comitate* [4] *Rusones,*
Probitate Marcos, æquitate [5] *Mauricos,*
Oratione Regulos, jocis Paulos:
[6] *Rubiginosis cuncta dentibus rodit.*
Hominem malignum forsan esse tu credas:
Ego esse miserum credo, cui placet nemo.

1 Vel integerrimis. 2 In vulgatis legebatur *Curtios*. 3 Intelligi credo de Nerva, qui successit Domitiano: namque is, teste Xiphilino quietus & mitis. 4 Al. *Drusones*. 5 Junium Mauricum ab æquitate laudat Plin. Sec. 4. l. 22. Epist. & l. 1. Epist. 5. 6 Theoninis & lividis, id est, maledicentiâ.

Clavis nequam. IX.

DUM sibi [1] *redire de Patrensibus fundis*
Ducenta clamat coccinatus Euclides,
[2] *Corinthioque plura de suburbano:*
[3] *Longumque pulchrâ stemma repetit à Ledâ,*
Et suscitanti [4] *Lectio reluctatur,*
[5] *Equiti superbo, nobili, locupleti,*
Cecidit repentè magna de sinu clavis.
Nunquam, Fabulle, [6] *nequior fuit clavis.*

1 Redditum esse annuum ex fundis. Patriæ autem non procul à Corintho, urbe Achaiæ. 2 Græcus enim Euclides è Corintho. 3 Jactatque se ducere genus ab equitibus Castore & Polluce filiis Ledæ è Jove. 4 Designatori eum ex equestri loco exeitanti reluctatur. 5 *Ironicè* huic Euclidi. 6 Quæ prodidit fortunas domini sui, ostenditque Euclidem: *Vel* ipsum esse servum, cui curæ aliena clavis; *Vel* pauperem sultem, cui nemo famulus, qui ipse suam gestaret clavem.

De

De puellâ defunctâ ante ſextum ætatis annum. X.

[1] *Puella ſenibus dulcior mihi* [2] *cycnis,*
[3] *Cui nec lapillos præferas Erythræos,*
Nec modo politum pecudis Indicæ dentem,
Niveſque primas, liliumque non tactum:
Fragravit ore, quod roſarium [4] *Pæſti;*
Cui comparatus indecens erat Pavo,
Inamabilis [5] *Sciurus, & frequens* [5] *Phœnix:*
Adhuc [7] *recenti tepet Erotion buſto,*
Quam peſſimorum lex avara fatorum
Sextâ peregit hyeme, nec tamen totâ:
Et eſſe triſtem me meus vetat Pætus,
[8] *Pectusque pulſans pariter & comam vellens;*
[9] *Deflere non te vernulæ pudet mortem?*
Ego conjugem, inquit, extuli, & tamen vivo;
Notam, ſuperbam, nobilem, locupletem.
[10] *Quid eſſe noſtro fortius poteſt Pæto?*
Ducenties accepit, [11] *& tamen vivit.*

1 Deflet mortem puellæ quæ nondum ſex annos nata obierat.
2 Qui candore ſunt eximio, & morituri dulcè canunt, ut placet nonnullis: licet id negent ſanioris judicii autores.
3 Lapillos pretioſos, gemmas, margaritas, &c. natas in mari Erythræo, quod vulgo dicitur *Rubrum mare*: ſed perperam.
4 Oppidi Lucaniæ roſas bis in anno proferentis, Maio & Septembri.
5 Sciurus ſic à Græcis dictus propter umbram caudæ. 6 Quæ rara avis, &, ut quidam volunt, unica, hâc tamen Erotion in genere ſuo rarior. 7 Recens elata eſt & cremata. 8 Qui afflictis lugendi mos erat, in funeribus præſipue. 9 *Verba Pæti Martiali luctus modum ſuadentis, ſuo exemplo.* 10 Reſp. poëta Ironicè collaudans Pæti fortitudinem, imò exprobrans illi fictum dolorem, ſeu potius gaudium, cui è conjugis morte obtigerit dos tam ampla. 11 Regerit Ironicè in Pætum hæc ſua verba.

Frater fratris cenſum minuit. XI.

Calliodorus habet cenſum (quis neſcit?) equeſtrem,
Sexte; ſed & fratrem Calliodorus habet.
Quadringenta [1] *ſecat, qui dicit σῦκα μιεῖς;*
[2] *Uno credis equo poſſe ſedere duos?*
Quid cum fratre tibi, quid cum [2] *Polluce moleſto?*
[3] *Non eſſet Pollux, ſi tibi Caſtor eras.*
* *Unus cum ſitis duo, Calliodore, ſedetis.*

1 Et frater ille tuus qui hæreditatem ad aſſem uſque & minima quæque, ut & ficos, dividi ex æquo poſcit, aufert tibi medium cenſum. * Neque poteſtis ex uno cenſu eſſe duo equites, & uno ſedere equo, aut uno ſubſellio. 2 Fratre (ut ille Caſtoris) qui officit tuo honori, dimidiatus eques. 3 Elegans luſus in nominibus, Pollux enim pugil; Caſtor eques; frater ille tuus quaſi pugil tibi reluctatur, ne poſſis eſſe eques.

Surge:

Surge : [4] ſolætiſmum, Calliodore, facis.
Aut imitare [5] genus Ledæ ; aut cum fratre ſedere
Non potes : alternis, Calliodore, ſede.

4 Nec enim fas dicere, *unus ſedetis.*
5 E quibus Caſtor immortalitatem ſuam

eum fratre partitus eſt, ut alternis vicibus morerentur & reviviſcerent : ita vos per vices eſtote equites, niſi alterum dicat oportere mori & ad inferos deſcendere, ut ſuperſtes ſit eques.

Hæredipeta. XII.

[1] *Supremas tibi tricies in anno*
Signanti tabulas, Carine, [2] miſi
[3] *Hyblæis madidas thymis placentas.*
[4] *Defeci : miſerere jam, Carine.*
[5] *Signa varius, aut ſemel fac illud,*
Mentitur tua quod ſubinde tuſſis.
Excuſſi loculoſque ſaccululumque :
[6] *Cræſo divitior licèt fuiſſem,*
[7] *Iro pauperior forem, Carine,*
[8] *Si conchim toties meam comeſſes.*

1 Sæpius mutanti tabulas teſtamenti, ut illicias captatores quos captes.
2 Poeta ſe captatorem fingit, quo cautius improbas hæredipetarum artes carpat.
3 Melle optimo. Hybla mons Siciliæ mellificiis clarus thymo quippe abundat, qui apibus gratus.

4 Exhauſtus ſum, non ſuppetit quod ultra mittam. 5 Vel noli ſpem noſtram eludere, toties mutando teſtamentum ; vel ſemel morere, & præſta fidem tuſſi tuæ mendaci. 6 Lydiæ illo rege ditiſſimo. 7 Arnæo mendico. 8 Si non mellitâ placentâ, ſed vili cibo fabarum in filiquis coctarum te paſcerem, quoties ſignas, vel tuſſiendo mihi ſpem mortis tuæ facis.

Quod datur non perit. XIII.

[1] *Callidus effractâ nummos fur auferet arcâ :*
Proſternet patrios impia flamma Lares :
Debitor uſuram pariter, ſortemque negabit :
Non reddet ſterilis ſemina jacta ſeges :
Diſpenſatorem fallax ſpoliabit amica :
Mercibus extructas obruet unda rates.
[1] *Extra fortunam eſt quicquid donatur amicis.*
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

1 Extra fortunæ aleam, nullatenus fortunæ obnoxium. M. Antonius apud Rabirium Poetam : *Hoc habeo quodcunque dedi, &c.* Senec. l. 6. de Benef. c. 1. Notum & illud Alexandri, interrogati ubi ſuos reconderet theſauros: *Apud amicos*, inquit Plutarch.

In

In Cœnipetam. XIV.

QUid factum est rogo, quid repentè factum?
Ad cœnam mihi, [1] Dento, quod vocanti
(Quis credat?) quater ausus ès negare.
Sed nec respicis, & [2] fugis sequentem;
Quem thermis modo quærere, & theatris,
Et [3] conclavibus omnibus solebas.
Sic est: captus es unctiore cœna,
Et major rapuit [4] canem culina,
Jam te; [5] sed cito cognitum & relictum
Cum fastidierit popina dives,
Antiquæ venies ad ossa cœnæ.

1 Nomen ex re natum, dente, scilicet strenuus. 2 Me sequentem ut invitem te. 3 Cœnationibus, cellis. 4 Cœnipetam Dentonem instar canis odorantem lautiorem culinam. 5 Sed agnitus fastiditusque divitibus redibis tenuem ad mensam meam.

In Parasitum. XV.

NUnquam se cœnasse domi Philo jurat * & hoc est:
Non cœnat, quoties nemo vocavit eum.

* Nec pejerat: jejunat enim quoties non alio invitatur.

Ne data commemores. XVI.

QUÆ mihi præstiteris, memini, semperque tenebo,
Cur igitur taceo? Posthume, tu loqueris.
Incipio quoties alicui tua dona referre,
Protinùs exclamat; dixerat [1] ipse mihi.
Non bellè quædam faciunt duo: [2] sufficit unus
Huic operi: si vis, ut loquar, [1] ipse tace.
Crede mihi, quamvis ingentia, Posthume, dones,
Auctoris [3] pereunt garrulitate sui.

1 Posthumus. 2 Vide Senec. de Benef. l. 2. c. 10. & 11. & l. 7. c. 22. 3 Amittunt gratiam.

In

Infelix memoria. XVII.

EXtemporalis factus eſt meus Rhetor :
Calpurnium non ſcripſit, & ſalutavit.

Apollonius qui modò ſcripſit & edidicit, nunc tantum profecit, ut unum aliquem etiam duri nominis poſſit ſalutare, nec tamen ſcripſerit, *Iron.*

Varia genera vitæ. XVIII.

CUi tradas, Lupe, filium magiſtro,
Quæris ſolicitus diù, rogaſque.
[1] *Omnes grammaticoſque rhetoraſque*
Devites, moneo : nihil ſit illi
Cum libris Ciceronis, aut Maronis.
Famæ [2] *Tutilium ſuæ relinquat :*
Si verſus facit, [3] *abdices Poetam.*
Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac, [4] *diſcat* [5] *citharœdus, aut* [6] *choraules.*
Si duri puer ingenî videtur,
Præconem facias, vel [7] *architectum.*

[1] *Quando artibus bonis tam nullus in urbe locus, &c.* Juven. Sat. 3.
[2] Non *Rutilium* ut vulg. ne ceſpitet verſus, peccantibus duabus primis ſyllabis. Videtur is eſſe quem laudat Cicero 1 de oratore & in Bruto : de quo Valer. Max. lib. 2. c. 3. & Sueton. in Auguſto cap. 89. alii leg. *Lucilium.* [3] A ſterili & inutili poëtices ſtudio illum omni ratione averte. [4] Diſcat citharœdi artem, diſcat fieri citharœdus. *Helleniſm.* Vide Joſ. Mercerum ad epiſt. 19. l. 1. Ariſtæneti. [5] Citharœdi hac tempeſtate in pretio. [6] Qui in choro tibiâ canit. [7] Præter privatorum enim in ædificiis hac tempeſtate luxum, & Domitianus templa, & alia loca publica inſtauravit.

Vocare Dominum. XIX.

CUm voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere :
Sæpè etiam ſervum ſic reſaluto meum.

Vive hodiè. XX.

CRas te victurum, [1] *cras dicis, Poſthume, ſemper.*
Dic mihi cras illud, Poſthume, quando venit?
Quam [2] *longè cras iſtud? ubi eſt? aut unde petendum?*
Numquid apud Parthos, Armenioſque latet?

[1] Et cras hoc comperendinat juvenis ignavus apud Perſ. Sat. 5. v. 66.
[2] Ita protruſiſti horam, ut hora ferè jam protruſerit te, ſenem factum.

Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.
3 Cras iſtud quanti dic mihi poſſit emi?
Cras vives: hodiè jam vivere, Poſthume, ſerum eſt.
Ille ſapit, quiſquis, Poſthume, vixit heri.

1 Cras hoc tuum quo? Præteriit non poteſt redimi: futurum quantuli? facili ſanè pretio, immò nullo, quia ſponte venit, ſi velis uti: ſed vide Senec. Epiſt. 12.

Dona ſuſpecta. XXI.

QUod non 1 argentum, quod non tibi 2 miſſus aurum,
Hoc facimus 3 cauſſâ, Stella diſerte, 3 tuâ.
Quiſquis magna dedit, voluit ſibi magna remitti:
Fictilibus noſtris 4 exoneratus eris.

1 Vaſa argentea & aurea. 2 In Saturnalibus. 3 Ut tibi parcam ne majora ex more remittas: ut ſequente verſu. 4 Liberatus onere remittendi munera quibus reſpondeas levibus & fictilibus his meis.

Maledicum imbellem filendo. ulciſcare. XXII.

ALlatres licèt uſque nos & uſque,
Et 1 gannitibus improbis laceſſas:
2 Certum eſt hanc tibi pernegare famam,
Olim quam petis in meis libellis,
Qualiſcunque legaris ut per orbem:
Nam te cur aliquis ſciat fuiſſe?
Ignotus pereas, 3 miſer, neceſſe eſt.
Non deerunt tamen hâc in urbe forſan
Unus, vel duo, treſve, quatuorve,
4 Pellem rodere qui velint caninam,
5 Nos hâc à ſcabie tenemus ungues.

1 Convitiis tuis & maledictis: gannire canum eſt, ut alii, vulpium. 2 Non vivet, non notum erit poſteritati nomen tuum in carminibus meis vel infami notâ inuſtum. 3 Quia invidus. 4 Qui maledicos velint maledictis inſectari. Alluſum vult Eraſmus ad Proverb. *Canis caninum non eſt.* 5 Ego ab hâc libidine & contagio maledicendi me contineo, ſcabie ejus nolo me contaminare, nolo pruritum ejus ſcabendo levare.

Bibâ-

Bibamus, cras moriemur. XXIII.

[1] *Extantes, * Calliſte, duos infunde Falerni :*
*Tu ſuper [2] æſtivas, * Alcime, funde [3] nives.*
[4] Pingueſcat nimio madidus mihi crinis amomo,
Laſſentur que [5] roſis tempora ſutilibus.
Jam [6] vicina jubent nos [7] vivere [8] Mauſolea :
Cum doceant, ipſos poſſe perire [9] deos.

1 Triens quatuor cyathos, ſextans duos continet cyathos, & eſt ſexta pars ſextarii. * Miniſter poëtæ. 2 Aquam ſeu gelidam è nivibus expreſſam, quâ vina generoſiſſima diluebant, vel decoctam, & vitris demiſſam in nives ut refrigeretur. Neronis inventum. 3 Gruterus, *ſolve nives.* 4 Unguentis delibuti, & floribus coronati convivabantur veteres: rationem vide annotat. ad Thyeſten Senecæ, verſ. 942, & 945. 5 Coronas è roſarum foliis conſuebant: vide quæ ad verſ. 357. Agamem. Senec. 6 In valle Martiâ erat ſepulchrum Auguſti, *Vel*, propiora, quàm illud Cariæ Mauſoleum. 7 Vitâ uti, genialiter vivere. 8 Sepulchra Auguſti, Imperatorum atque cognatorum, ab Auguſto extructa ad ſimilitudinem Mauſolei Artemiſiæ. 9 Imperatores qui ſe pro diis haberi volebant.

Urbanus eſto. XXIV.

Sæpe ſalutatus, nunquam prior ipſe ſalutas :
Sic erit æternum, Pontiliane, vale.

Cum adeò ſis inhumanus, ut nec ſalutes nec reſalutes; quoniam tibi non placet *Salve* illud vel *Ave* in congreſſu ſolenne: tibi inhumano & quaſi mortuo dicemus uſq; *Vale*, vel, *Æternum vale*: qui mos veteribus fuit ſalutandi mortuos.

In M. Antonium Ciceronis interfectorem. XXV.

[1] *Antoni Pharie nil objecture Pothino,*
Et [2] leviùs tabulâ quam Cicerone nocens :
Quid gladium demens [3] Romana ſtringis in ora?
Hoc admiſiſſet [4] nec Catilina nefas.
[5] Impius infando miles corrumpitur auro :
Et [6] tantis opibus vox tacet [7] una tibi.
Quid proſunt ſacræ pretioſa ſilentia linguæ?
[8] Incipient omnes pro Cicerone loqui.

1 Nihil habes quod illi exprobres, cum ejus crimen cæſo Cicerone ſuperâris. 2 Minus totâ proſcriptorum tabulâ nocens, quam uno Cicerone. 3 In Ciceronis os. *Quod tibi Roma caput cum loqueretur, erat.* 4 Si revixiſſet, cui tamen major odii cauſa Ciceronis, quàm tibi. 5 Popilius Lena perculſor Ciceronis qui illum capitis reum defenderat. 6 250000 drachmis Atticis. Appian. l. 4. 7 Ciceronis, qui te Philippicis exagitavit. 8 Omnes jam in crudele hoc tuum facinus invehentur.

Malus liber, malum munus. XXVI.

NOn donem tibi cur meos libellos
Oranti toties, & exigenti,
Miraris, Theodore? magna causa est:
Dones tu mihi ne tuos libellos.

De Pompeio & filiis. XXVII.

1 POmpeios juvenes Asia atque Europa, 2 sed ipsum
Terra tegit Libyes; 3 si tamen ulla tegit.
Quid mirum 4 toto si spargitur orbe? jacere
Uno non poterat tanta ruina loco.

1 Cneius Pompeii Magni filius interiit in Europâ victus à Cæsare ad Mundam in Hispaniâ: Sextus periit à militibus Antonianis interceptus Mileti in Asiâ. 2 Pompeius Magnus occisus in Africâ ad Pelusium Nili ostium sepultus est. Strabo lib 16. in monte Cassio sepultum refert. 3 Neque enim constat an sepultus fuerit. *Jacet ingens littore truncus* dixit Virgil. de Priamo, sed respexit Pompeium, 2. Æneid. & illud, *Marmora in tumulo Licinus jacet, at Cato parvo, Pompeius nullo. Quis putat esse deos?* 4 Per tres orbis partes quæ tum notæ, nondum inventâ America: de his autem 3 Partibus Pompeius triumphârat, *Et quasi non posset tellus tot ferre sepulchra, Divisit cineres.* Petronius antea, de Crasso, Pompeio, Jul. Cæsare.

Tutus à fame. XXVIII.

1 Vide Plin. nat. hist. l. 25. cap. 2. & A. Gell. l. 17. c. 17.

1 PRofecit poto Mithridates sæpe veneno,
Toxica ne possent sæva nocere sibi.
Tu quoque cavisti cænando tam malè semper:
Ne posses nunquam, Cinna, perire fame.

Versus emendandi. XXIX.

1 Me tibi debitorem ejus facias. 2 Ad examen judicii castigas. 3 *Objectio ex persona Severi.* Non est æquum me otia mea perdere nugis tuis impensa. 4 *Respondet.*

NOn totam mihi, si vacabis, horam,
Dones, & licet 1 imputes, Severe,
Dum nostras legis, 2 exigisque nugas.
3 Durum est perdere ferias: 4 rogamus,
Facturam patiaris hanc, feraſque.
Quod si legeris ipse cum diserto,

(Sed

(Sed nunquid ſumus 5 *improbi?)* 6 *Secundo?*
7 *Plus multo tibi debiturus hic eſt,*
Quam debet domino ſuo libellus.
Nam ſecurus erit, 8 *nec inquieta*
Laſſi marmora Siſyphi videbit;
Quem cenſoria cum meo Severo
Docti 9 *lima momorderit Secundi.*

5 Qui tibi adjungimus comitem æquè gravibus, ac tu, diſtrictum negotiis. 6 Libertus hic Lucenſis ille? An Plinius Junior qui noſtro amicus (ut teſtatur ipſe Plin. Epiſt. ult. l. 3.) qui & Secundus cognominatus eſt, diſertumque eum vocat Martialis. 7 Plus tibi caſtigatori quàm mihi autori. 8 Effugiet mortem; non interibit, ad inferos, ubi ſaxum ingens volvit Siſyphus, damnatus. 9 Caſtigatio, expolitio, Metaph. à fabris.

Pauper ſemper pauper. XXX.

SEmper eris pauper, ſi pauper es, Æmiliane,
Dantur opes nulli nunc, niſi divitibus.

De * filio Domitiani. XXXI.

1 *NAſcere Dardanio promiſſum nomen Iulo,*
2 *Vera deûm ſoboles: naſcere, magne puer.*
Cui pater æternas poſt ſecula tradat 3 *habenas,*
4 *Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.*
5 *Ipſa tibi niveo trahet aurea pollice fila,*
Et totam 6 *Phryxi Julia nebit ovem.*

* Ex Domitia uxore, cujus meminit Suet. cap. 3. Neque enim placet hoc de conceptu Juliæ, quem ipſe pater & patruus abortivum eſſe voluit, intelligi: ut vult Calderinus. 1. Imitatio Virgiliana. *Julius à magno demiſſum nomen Iulo* 1. Æneid. & --2 *-Chara deûm ſoboles, &c.* hæc autem *vera*, Domitiani ſcilicèt Dei ac Domini. 3 Imperium Romanum. 4 Imit. Ovidiana. *Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes: & olim Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.* 2 Triſt. verſ. 165. 5 Parcæ Deæ dabunt patrueli tuæ Juliæ filiæ Titi, partes ſuas: atque Julia pro amore ſuo tibi nebit pollice niveo (qui longævitatem figurat) fila aurea, quæ ſummam portendunt felicitatem: namque ex diſciplinâ Hetruſcorum aries inſolito colore indutus regi vel Imperatori omnium rerum largitionem, portendebat. 6 Vellus aureum, quale erat arietis illius quo Phryxus vectus è Bœotia in Colchos transferavit.

Bonæ leges. XXXII.

1 *CEnſor maxime,* 2 *principumque princeps,*
Cum tot jam tibi debeat 3 *triumphos,*

1 Cenſuram ſibi aſſumpſit maximam, Suet. cap. 8. perpetuam, Dio.

2 Imperator. 3 Ex Dacis ſcil. Cattis, & Sarmatis.

Tot naſcentia templa, tot renata,
Tot ſpectacula, [4] tot deos, tot urbes;
Plus debet tibi Roma, quod pudica eſt.

4 Novos Deos, ſeipſum, patrem, fratrem & Julium cum antiquis Jove cuſtode, Hercule, Fortuna reduce, Jano, &c. Xiphilin. & Sueton.

Mutuò data gratis data. XXXIII.

RUſtica mercatus nummis ſum prædia multis.
Mutua des centum, Cæciliane, rogo.
Nil mihi reſpondes? [1] tacitum te dicere credo,
Non reddes: [2] ideò, Cæciliane, rogo.

1 Tacendo videris dicere me non redditurum. 2 Ut non reddam, rogo gratis & dono, non mutuo.

Pecuniam ingenioſe aucupatur. XXXIV.

PAuca Jovem nuper cum millia forte rogarem:
[1] Ille dabit, dixit, qui mihi templa dedit.
[2] Templa quidem dedit ille Jovi: ſed millia nobis
Nulla dedit: [3] pudeat pauca rogâſſe Jovem.
[4] At quàm non tetricus, quàm nullâ nubilus irâ,
Quàm placido noſtras legerat ore preces.
Talis ſupplicibus tribuit diademata Dacis:
Et [5] Capitolinas itque reditque vias.
Dic precor, ô noſtri dic [6] conſcia virgo tonantis:
Si negat hoc vultu, quo ſolet ergo dare?
[7] Sic ego: ſic breviter [8] poſitâ mihi Gorgone Pallas:
[9] Quæ nondum data ſunt, ſtulte, negata putas?

1 Domitianus. 2 Suet. Dom. cap. 5. 3 Al. *Pudet heu, pauca* rogaſſe Jovem, nec impetràſſe. 4 Carmen tamen vel libellum ſupplicem legit vultu non minus ſereno, quàm quo jura victis dat, quàm quo triumphat. 5 Capitolium aſcendit triumphans per viam ſacram. 6 O Pallas, familiare Domitiani numen, quam eximiè colit, & cujus filium ſe eſſe vult. 7 Sic ego quærebam, inquit Martialis: ſic autem Pallas reſpondit. 8 Perſonam ſcilicet induta mitem: vel alludit ad ſtatuam Palladis in Capitolio poſitam ſine ægide, ut quam Domitianus habet. 9 Expecta modò, dabit: neque enim negavit, quia non ſtatim dedit.

Ut

Ut ameris ama. XXXV.

[1] *Quòd non ſit Pylades hoc tempore, non ſit Oreſtes,*
Miraris? Pylades, Marce, bibebat idem:
Nec melior panis, turduſve dabatur Oreſti:
Sed par, atque eadem cœna duobus erat:
Tu [2] *Lucrina voras: me paſcit* [3] *aquoſa Peloris:*
[4] *Non minus ingenua eſt & mihi, Marce, gula.*
Te Cadmea Tyros, me [5] *pinguis Gallia veſtit:*
Vis te purpureum, Marce, ſagatus amem?
Ut præſtem Pyladen, aliquis mihi præſtet Oreſten;
Hoc non ſit verbis, Marce: [6] *ut ameris, ama.*

1 Quòd nullum hodie reperiatur amicorum par, non eſt mirum: cum nulla inter eos, qui amici eſſe volunt, inveniatur conditionum paritas, rerum communio, aut ſtudiorum ſimilitudo. Oreſtis cum Pylade amicitia vel pueris audita.

2 Oſtrea Lucrina, quæ in laude erant & pretio. 3 Flaccida concha & ſine collo, à Peloro Siciliæ promontorio dicta. 4 Non mihi minùs exacta eſt tenuis ſaporum ratio, nec minùs deliciarum cupido quàm tibi. 5 Sagum Gallicum craſſioris villi. 6 *Ego tibi demonſtrabo*, inquit Hecaton referente Seneca epiſt. 9. *amatorium ſine medicamento, ſine herbâ, ſine ullius veneficæ carmine; Si vis amari, ama.*

De formicâ ſuccino inclusâ. XXXVI.

DUM [1] *Phaethonteâ formica vagatur in umbrâ*
Implicuit tenuem ſuccina gutta [2] *feram.*
Sic modo quæ fuerat vitâ contempta manente,
[3] *Funeribus facta eſt nunc pretioſa ſuis.*

1 Populeâ.
2 Formicam.
3 Simile de viperâ, ſupra.

Pater in filio ſuperſtes. XXXVII.

[1] *Sancta Salonini terris requieſcit* [2] *Iberis,*
[3] *Quâ melior Stygias non videt umbra domos.*
[4] *Sed lugere nefas: nam qui te, Priſce, reliquit,*
Vivit, quâ voluit vivere parte magis.

1 Manes enim ſancti habiti.
2 In Hiſpaniâ.
3 Quâ umbra non eſt alia apud inferos ſanctior.
4 *Abſint inani funere næniæ*, quia *multa pars mei Vitabit Libitinam.* Magna quidem ejus pars eſt ſuperſtes, cui ſupereſt gloria ex claris factis & ex benè meritis nominis celebritas: ſed alia hic mens Poetæ noſtri, vivit itaque melior Salonini pars in eo quod te ſuperſtitem reliquerit, quem vel animâ ſuâ chariorem habuit. *Serves animæ dimidium meæ.* Horat.

De tribus capellis. XXXVIII.

1 Ineptos hujusmodi & umbraticos causidicos qui figurarum tumore & sententiarum vanissimo strepitu crepantes nihil ex iis quæ in usu sunt aut vident aut loquuntur, exagitat Petronius statim ab initio Sat. Ita hic Posthumus vel ex alia oratione (ut ait Cicero pro Roscio Amerino) quam in alium rem fuerat commentatus hæc Declamavit: vel arcessitos hos artis colores & purpureum, qui latè splendeat pannum assuit causæ levi, quam actam oportuit de tribus capellis. 2 Tu nescio quid grande sonas de clade Cannensi bello cum Mithridate, Hannibale, Porsenna, quem Mutius Scævola adortus est, & bellis civilibus Marii & Syllæ: extra chorum quidem & mira de lente. 3 Omni gestu & actionis viribus: ita magno conatu magnas nugas agis.

1 *Non de vi, neque cæde, nec veneno,*
Sed lis est mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abesse furto.
Hoc judex sibi postulat probari.
2 *Tu Cannas, Mithridaticumque bellum,*
Et perjuria Punici furoris,
Et Syllas, Marioſque, Mutioſque
Magnâ voce sonas, 3 *manuque totâ.*
Jam dic, Posthume, de tribus capellis.

Citò da, aut nega. XXXIX.

1 Cum ipse me sæpè hortatus fueris prius ut aliquid à te peterem. Jam tamen dubitas, cunctaris, &c. 2 Amarum est diu pendere: æquius erat mihi spem præcidi, tibi metum; quàm utrumque sic trahi, sic cruciari. Vide Senec. de Benef. lib. c. 1.

Mutua te centum sestertia, Phœbe, rogavi,
1 *Cum mihi dixisses, exigis ergo nihil?*
Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus
Teque decem crucias: jam rogo, Phœbe, 2 *nega.*

Epitaphium Glauciæ. XL.

1 Puer enim extinctus. 2 Melioris Attedii qui Glauciam etiamnum infantem propter formam & ingenium mancipiferat. 3 Viæ Flam. in quâ tumuli frequentes. 4 Prope erat tredecennis. 5 Qui Glauciæ fatum immaturum atque Melioris miseram orbitatem defles, sis precor felix, neque habeas ex tuo quod fleas.

Libertus Melioris ille notus,
Totâ qui cecidit dolente Româ,
Cari deliciæ 1 *breves* 2 *patroni,*
Hoc sub marmore Glaucias humatus
Juncto 3 *Flaminiæ jacet sepulchro:*
Castus moribus, integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bis senis modò messibus peractis
4 *Vix unum puer applicabat annum.*
5 *Qui fles talia, nil fleus viator.*

De

De eodem. XLI.

[1] *Non de plebe domus, nec* [2] *avaræ verna* [3] *cataſtæ,*
Sed domini ſancto dignus amore puer:
Munera cum poſſet nondum ſentire patroni,
Glaucia libertus jam Melioris erat.
Moribus hoc formaque datum, quis blandior illo?
Aut quis [4] *Apollineo pulchrior ore fuit?*
Immodicis [5] *brevis eſt ætas, & rara ſenectus.*
Quidquid amas, cupias [6] *non placuiſſe nimis.*

1 Non pars Niliacæ plebis aut Alexandrinæ, non è familiâ plebeiâ; *Vel*, non è grege atque turba domeſticorum ſervorum. 2 Avarorum mangonum quibus hinc quæſtus. 3 Pegmatis lignei, quo venales exponebantur ſervi, à κατασσω. 4 Formoſo inſtar Apollinis. 5 Pulcherrima quæque brevis ævi ſunt: præcox indoles immaturi plerumque fati. 6 Ne citò pereat, teque jactura cruciet.

Mors Othonis. XLII.

Cum dubitaret adhuc belli civilis [1] *Enyo,*
Forſitan & [2] *poſſet vincere mollis Otho:*
Damnavit multo ſtaturum ſanguine Martem,
Et fodit certâ pectora nuda manu.
Sit Cato, dum vivit, ſanè [3] *vel Cæſare major:*
Dum moritur nunquid [4] *major Othone fuit?*

1 Bellona, furor bellicus. 2 Neque enim ſe Galbæ oppoſuiſſet, niſi ſperaſſet ſine bello civili rem geri potuiſſe, atque ubi jam à Vitellianis ad Bedriacum fraude ſuperato ſatis ſupereſſet ſpei integræque ferè copiæ, ſuperveni entibus & aliis; odio tamen civilium armorum, & ne periret populus ſe pugione transfodit. Sueton. Dio & Tacit. 2 Hiſt. 3 Quo vel victore majorem ſe & meliorem affirmavit Cato. 4 Minor certè. Cato enim rebus fractis & deſperatis. Otho ſalvis jam & integris: ille tædio, hic odio belli civilis ſe interfecit: vitam mollem forti morte coheneſtavit; *alii* (inquit Tacitus) *diutius imperium tenuerunt, nemo tam fortiter reliquit.*

In Rabulam. XLIII.

Septem [1] *clepſydras* [2] *magnâ tibi voce petenti*
[3] *Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.*
At tu multa diù dices: vitreiſque [4] *tepentem*
Ampullis potas ſemiſupinus aquam.
[5] *Ut tandem ſaties vocemque, ſitimque; rogamus*
Jam de clepſydrâ, Cæciliane, bibas.

1 Horologia aquaria, phialas è vitro, cupro, argento, per quæ guttatim defluit aqua ad temporum ſpatia dimetienda priſcis in uſu. ut hodiè horologia arenaria: clepſydra autem tertiam ferè horæ partem continebat. 2 Tanquam gratum tibi faceret judex longum dicendi ſpatium concedendo. 3 Judex. 4 Morâ egelidam, an à ſole vel igne calidam? quam ſupino ore bibis ad vocem & vires reficiendas, ſimulque ut tempus protrahas; bibendi autem inter agendum morem hunc à ſuo oratore procul abeſſe vult Fabius. 5 Ut exhauſtâ tandem clepſydrâ finias tuæque voci ac noſtris auribus parcas.

Irriſor irridetur. XLIV.

Feſtivè credis te, Calliodore, jocari;
Et ſolum multo permaduiſſe [1] ſale.
Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes;
[2] Sic te conviram poſſe placere putas.
[3] At ſi ego non bellè, ſed verè dixero quiddam.
Nemo propinabit, Calliodore, tibi.

1 Leporum, jocorum.
2 Et dicteriis inſtructus tanquam facetus ſcurra menſas alienas petis.
3 At ſi ego non falſe ſed verè dixero te eſſe impuri oris, nemo te ad poculum ſuum invitabit.

Cœna diſerta. XLV.

Quod tam grande [1] ſophos clamat tibi turba togata;
Non tu, Pomponi; [2] cœna diſerta tua eſt.

1 Laudicœnæ & σοφιστὰς qui in recitationibus ſolent, ἐπαινεῖν ὀρθῶς, Σοφῶς, &c. Theophraſt. Charact. περὶ κολακείας. 2 Suffragia hæc & acclamationes à blandientibus & cœnâ vel trita veſte corruptis exagitat Horat. ſub finem epiſtolæ ad Piſones.

Benè olet qui nihil olet. XLVI.

Quod ſemper [1] caſiâque, cinnamoque,
Et [2] nido niger [3] alitis ſuperbæ
Fragras [4] plumbea Nicerotiana;
Rides nos, Coracine, nil olentes?
[5] Malo, quam benè olere, nil olere.

1 Synecdoche pro quovis aromate.
2 Unctus thure quod æquè ac cinnamomum & caſiam in nidum congerit Phœnix, atque inde diſcutitur, Plin. lib. 10. cap. 2. & lib. 12. cap. 19. refert, negatque. 3 Phœnicis. 4 Unguenta à Nicerote aromatopola confecta, & in vaſis plumbeis cocta in umbrâ, ut docet Plinius lib. 13. cap. 2. alii referunt ad ſagittas plumbeas, quibus cinnamomum ex Phœnicis nido decuſſum tradit Ariſtot. l. 6. de Nat. Animalium, cap. 13. Papin. 2. Syl. *Pharia quæ exempta volucri Cinnama.* 5 Quia plerumque homines odore bono tetrum vel oris vel corporis odorem tegunt.

Avarus ut ulciſcendus. XLVII.

Quod convivaris ſine me tam ſæpè, Lupercæ;
Inveni, noceam quâ ratione tibi.

Iraſcar

Iraſcar licèt uſque voces, mittaſque, rogeſque;
Quid facies? inquis, quid faciam? [1] veniam.

1 Expectârat ex præcedentibus Lupercus dicturum Poëtum ſe vocatum non venturum: reſpondet autem ἀντιφράστως ſe venturum: quod malè urat avarum convivatorem.

Sors Libellorum. XLVIII.

[1] *Rem factam Pompillus habet, Fauſtine, legetur,*
Et nomen toto ſparget in orbe ſuum.
[2] *Sic* [3] *leve flavorum valeat genus* * *Uſipiorum,*
Quiſquis & Auſonium non amat imperium.
[4] *Ingenioſa tamen Pompilli ſcripta feruntur;*
[5] *Sed famæ non eſt hoc, mihi crede, ſatis.*
Quàm multi [6] *tineas paſcunt blattaſque diſerti!*
Et redimunt ſoli [7] *carmina docta coci!*
Neſcio quid plus eſt, [8] *quod donat ſecula chartis:*
Victurus [9] *Genium debet habere liber.*

1 Famam & nominis, quam deſideravit celebritatem. 2 Sic valeant * Uſipii Germaniæ pop. & quicunque nominis Romani hoſtes ſunt, ut vivent Pompilli, ſcripta. Id eſt Utinam ſic pereant hoſtes Pop. Rom. ut peribunt Pompilli chartæ. Et hoc reſpondet Poëta priori diſticho è perſonâ vulgi. 3 Quòd à Romanis defeciſſent. Tacit. in vitâ Agricolæ. 4 *Inſtat Vulgus.* 5 *Reſp. Poëta.* 6 Scribunt, quæ, nemine legente, tineis ac blattis relinquantur eſcæ. 7 Quæ togæ ſunt cordylis & piperis cuculli. 8 Æternitatem. 9 Nativam quandam vim & ingenuam facultatem: non ingenium coctum, quòd malè reſpondet. *Vel* felicitatem quandam & quaſi genii favorem, cujus patrocinio libris æque opus eſt ac viris, urbibus, &c.

Invido invidia ſupplicium eſt. XLIX.

Laudat, amat, cantat noſtros [1] *mea Roma libellos,*
Meque ſinus omnes, me manus omnis habet.
Ecce rubet quidam, pallet; ſtupet, [2] *oſcitat, odit.*
[3] *Hoc volo: nunc nobis carmina noſtra placent.*

1 Mihi favens & amica. 2 Faſtidit. 3 Ut invidis diſpliceant mea carmina, namque hoc felicitatis argumentum.

Orborum avarus adulator. L.

Miſit pater unicum Silanus:
[1] *Ceſſas mittere munera, Oppiane?*
Heu crudele nefas, malæque [2] *Parcæ!*
[3] *Cujus vulturis hoc erit cadaver?*

1 An ceſſas captare hanc prædam, O hæredipeta? 2 Quæ unicum Silani filium ſuſtuliſtis. 3 Cui hæredipetæ continget hæc præda? *Qui, ut hæres ſcribatur, conſolatur aut aſſidet: vultur eſt, cadaver expectat.* Senec. epiſt. 95.

Hæredis

Hæredis fletus. LI.

Scis te [1] *captari: scis hunc, qui captat, avarum;*
Et scis qui captat, [2] *quid, Mariane, velit:*
Tu tamen hunc tabulis hæredem, ſtulte, ſupremis
Scribis, & [3] *eſſe tuo vis, furioſe, loco.*
[4] *Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo:*
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?
Hiccine deflebit vero tua fata dolore?
Si cupis, ut ploret: [5] *des, Mariane, nihil.*

[5] *Hæredis autem fletus riſus eſt.*

1 Muneribus & officiis allici & oppugnari ab iſto, ut ſcribatur hæres.
2 Mortem tuam, quò citiùs fruatur bonis tuis.
3 In locum, jus, & bona tua ſuccedere.
4 Deceptam ſibi ſpem plorabit veris lacrymis.

In detractorem. LII.

[1] *CUM ſis nec* [2] *rigidâ Fabiorum* [3] *gente creatus,*
Nec qualem, [3] *Curio dum prandia portat aranti,*
Hirſutâ peperit rubicunda ſub ilice conjux;
Sed patris [4] *ad ſpeculum tonſi, matriſque* [5] *togatæ*
Filius, & [6] *ſponſam poſſit te ſponſa vocare:*
Emendare meos, quos novit fama libellos,
Et tibi permittis [7] *felices carpere nugas:*
Has inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
Non aſpernantur proceres urbiſque, foriſque:
Quas & perpetui dignantur ſcrinia [8] *Sili,*
Et repetit toties ſacundo [9] *Regulus ore;*
[10] *Quique videt propius magni certamina Circi,*
Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ:
Ipſe etiam tanto dominus ſub pondere rerum
Non dedignatur bis terque revolvere Cæſar.
[11] *Sed tibi plus mentis,* [12] *tibi cor limante Minerva*

1 Tu, quem neque majores ornant neque propriæ virtutes: audes tu, ô viliſſime, & molliſſime tibi criticâ arreptâ virgâ mea carpere carmina, eaque à laudatis laudata?
2 Studiis belli aſperrima. 3 M. Curio dentato, agriculturæ ſtudiis non minùs quàm victoriis & triumphis apud authores celebri. 4 Mollis, effeminati, pathici, qualis erat Otho, cui *ſpeculum civilis ſarcina belli.* Juvenal. Sat. 2. v. 100. Vide Senec. de Brevitat. vitæ c. 12.
5 Famoſæ adulteræ, adulterii enim convictæ cogebantur togâ indutæ in publicum procedere.
6 Uſque adeò effœminatus es & mollis. 7 Doctorum calculo & præconio nobilia, atque victura carmina. 8 Silii Italici Poëtæ. 9 Ad quem ſæpe ſupra. 10 Quæ carmina laudet clariſſ. orator Palfurius Sura, qui habitat in Aventino monte ubi Diana colitur, unde deſpicere poteſt in Circum max. ſubjectum. 11 *Ironice*, tu tamen tibi arrogas plus judicii, &c. 12 Et tibi artium atque Athenarum (quæ ſapientiæ magiſtra perhibetur) præſes Minerva polivit ingenium & exacuit judicium.

Atrius, & [13] tenues finxerunt pectus Athenæ;
[14] Ne valeam, si non multò sapit altiùs istud,
Quod cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et [15] rubro pulmone vetus, nasisque timendum,
Omnia crudelis lanius per compita portat.
Audes præterea, [16] quos nullus noverit, in me
Scribere versiculos, miseras & perdere chartas:
[17] At si quid nostræ tibi bilis inusserit ardor,
Vivet & hærebit, totoque legetur in orbe:
[18] Stigmata nec vafrâ delebit [19] Cinnamus arte.
Sed miserere tui, [20] rabido nec perditus ore
Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.
Sit placidus licet, & lambat digitosque, manusque:
Si dolor, & bilis, si justa coëgerit ira,
Ursus erit: vacuâ dentes in pelle fatiges.
** Et tacitus quæras, quam possis rodere carnem.*

13 Subtiles, acutæ. 14 Dispeream, si non cor pecudis jam putridum, quod cum intestinis, pedibus, jecore & pulmone lanius circumfert per compita venale, plus sapiat quam tuum. 15 Jam corrupto pulmone putre & fœtens. 16 Carmina quæ nemo legat. 17 At si ego in te scripsero carmen. 18 Inustam tibi ex meis epigrammatis infamiam. Metaph. à punctis corporis inustis, quæ lepidè Petronius *epigrammata* dixit. 19 Tonsor. 20 Noli latratu tuo ad iram irritare me quem comperies ursum vivum & in iras pronum, ubi dabitur occasio, quin potiùs ô timide ac imbecillis catule pellem ursi fœno fartam mordicus lacessis, unde tibi nihil impendet periculi? * Ne vivum senties, cave canis, & quære aliam carnem quam tacitus rodas.

Epigrammata longa. LIII.

HExametris epigramma facis, scio dicere Tuccam:
[1] Tucca, solet fieri; denique, Tucca, licet.
Sed tamen hoc longum est, solet hoc quoque Tucca, licetque:
Si breviora probas, disticha sola legas.
[2] Conveniat nobis: ut fas epigrammata longa
Sit transire tibi; scribere, Tucca, mihi.

1 Respondet Poëta. 2 Ex pacto inter nos ita dispertiamus munia: ut mihi liceat longa epigram. scribere, tibi transire.

Sanitas, Vita. LIV.

[1] SExagesima, Martiane, messis
Acta est, &, puto, jam secunda Cottæ;
Nec se tædia lectuli calentis
Expertum meminit die vel uno:

1 LXII. annos, natus est Cotta, neque unquam lecto eum affixit unius diculæ febris ardens.

At

At noſtri bene computentur anni,
Et, quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor gravis, aut mali dolores,
A vitâ meliore ſeparentur :
Infantes ſumus, & ſenes videmur.
Ætatem Priamique Neſtoriſque
Longam qui putat eſſe, Martiane,
Multùm decipiturque, falliturque.
Non eſt vivere, ſed valere, vita.

2 Et à melioris vitæ ſtatu ſubducatur quantum temporis ſit impenſum animi vel corporis morbis facile apparebit nos diu fuiſſe, parum vixiſſe. 3 Imò, *Valere eſt Philoſophari*, inquit Seneca. *Sine hoc æger eſt animus*, &c. Epiſt. 15.

Deus ſurreptus. LV.

FUR notæ nimium rapacitatis
Compilare Cilix volebat hortum :
Ingenti ſed erat, Fabulle, in horto
Præter marmoreum nihil Priapum.
Dum non vult vacuâ manu redire ;
Ipſum ſurripuit Cilix Priapum.

Egregium ſanè cuſtodem ; de quo exclamare libet, *ſed quis cuſtodiet ipſum Cuſtodem ?* ut Juvenal Sat. 6. v. 348. Statuis autem aureis & argenteis addebantur cuſtodes : ligneæ & lapideæ incuſtoditæ erant, lepidè itaque cum Apollinis ſtatuâ, quam ſurrepturus erat, jocatur Eutychidas. Anthol. l. 2. c. 25.

Senex edentulus. LVI.

1 *MEdio recumbit imus ille qui lecto,*
Calvam 2 triſilem ſemitactus unguento,
3 *Foditque tonſis ora laxa lentiſcis ;*
4 *Mentitur, Eſculane : non habet dentes.*

1 De more & ordine Rom. diſcumbendi in lectis ad menſam. 2 Sulcis unguento ductis & pictis in calva tripili, ſeu trifili, tres ſcil. vel paucos admodum habenti capillos ; Semitactus autem ἡμίχριστος, *tangere* quippè *oleo*, *eſt ungere*. 3 Qui videtur dentes purgare lentiſco. Lentiſcus genus arboris purgandis dentibus idoneæ. 4 Simulat, ne appareat edentulus.

Epitaphium Fuſci. LVII.

ILle 1 ſacri lateris cuſtos, 2 Martiſque togati,
3 Credita cui ſummi caſtra fuere ducis.

1 Imp. Domitiani præfectus prætorii. 2 Prætorianæ cohortis, quæ in urbe ſeu ad muros urbis erat, præfectus. *Vel*, legatus Domitiani, qui ipſe in urbe propter auſpicia & imperia reſidens : bella gerit per duces. 3 Cui Domitian. commiſerat belli Dacici ſummam. Suet. Dom. c. 6. Tacit. 2. & 3. l. hiſt.

Hic

Hic ſitus eſt [4] *Fuſcus : licet hoc, fortuna, fateri ;*
Non timet hoſtiles jam lapis iſte minas.
[6] *Grande jugum domitâ Dacus cervice recepit,*
Et famulum victrix poſſidet umbra nemus.

4 In Daciâ bello oppreſſus interiit, Eutrop. l. 7. Juvenal. Sat. 4. v. 111. 5 Etſi ipſe victus ceciderit, jam tamen ſecurus eſt tumulus ejus, Dacis poſteà victis à Juliano. 6 Victi jam Daci retulerunt inferias umbræ Fuſci, cui quaſi victrici ſacratur tumulus cum agello & luco in ipsâ Daciâ redactâ in deditionem.

Bibendo cœcus. LVIII.

POtor nobilis, Aule, lumine uno
Luſcus Phryx erat, alteroque lippus.
Huic Heras medicus, bibas caveto
Vinum : ſi biberis nihil videbis.
Ridens Phryx, [1] *oculo, valebis, inquit,*
Miſceri ſibi protinus deunces,
Sed crebros jubet : exitum requiris ?
Vinum Phryx, [2] *oculos bibit venenum.*

1 Ita Gallus quidam luſcus excuſſo ſibi in ludo gladiatorio punctim batuenti unico oculo exclamavit, *adieu mon œil, & bonne nuict meſſieurs.* Anglicè, **Farewel Eye, good night Gentlemen.** 2 Extinctus enim eſt bibendo oculus.

Felix gaudeat. LIX.

TRiſtis es, & felix ; ſciat hoc fortuna caveto :
[1] *Ingratum dicet te, Lupe, ſi ſcierit.*

1 Nec uſu, nec vultu, nec animo læto munera ejus agnoſcentem : unde irata levis Dea inſtar Scyriæ capræ rem tibi diſturbabit.

Ad Cæſarem de roſis hibernis. LX.

[1] *UT nova dona tibi, Cæſar, Nilotica tellus*
Miſerat hibernas [2] *ambitioſa roſas :*
[3] *Navita deriſit Pharios Memphiticus hortos,*
Urbis ut intravit limina prima tuæ.

1 Ubi tibi allatæ ſunt ex Ægypto roſæ hibernæ. 2 Ex hibernis roſis laudem captans. 3 Ipſe nauta ſeu mercator Ægyptius viſus eſt contemnere Ægyptios hortos præ noſtris : in quibus magnam roſarum hibernarum copiam invenit.

Tantus

Tantus veris honos, & odoræ gratia 4 *Floræ,*
5 *Tantaque Pæſtani gloria ruris erat.*
Sic quacunque vagus, greſſumque, oculoſq; ferebat,
6 *Textilibus ſertis* 7 *omne rubebat* 7 *iter.*
At tu Romanæ juſſus jam cedere brumæ,
8 *Mitte tuas meſſes; accipe, Nile, roſas.*

4 Deæ florum: *Metonym.* 5 Tanta erit roſarum copia, quarum ferax Pæſtum. 6 Coronis & ſertis textis è roſis: vide quæ Senec. Agamem. v. 357. 7 Urbis vicus omnis. 8 Habe tibi roſas, mitte nobis frumentum.

Veſtem ingeniosè petit. LXI.

1 *Quidam me modò, Rufe, diligenter*
Inſpectum velut emptor, aut laniſta,
Cum vultu, digitoque ſubnotaſſet,
Tune es, tune ait, ille Martialis,
Cujus 2 *nequitias, jocoſque novit*
Aurem qui modò non habet 3 *Batavam?*
Subriſi modicè: levique nutu
Me, quem dixerat eſſe, non negavi.
4 *Cur, ergò, inquit, habes malas lacernas?*
Reſpondi; quia ſum malus Poeta.
5 *Hoc ne ſæpiùs accidat Poetæ,*
Mittas, Rufe, mihi bonas lacernas.

1 Tanquam empturus quis ſervum, aut gladiatorem: mancipia autem venalia empturi diligenter inſpiciebant, deveſtiebant etiam & contrectabant. 2 Epigrammata laſciva & joco ſa. 3 Lectionem hanc, loco motam, ſed opt. MSS. auctoritate vindicatam, recipiunt, aut certè agnoſcunt tres Batavi clariſſima Martialis lumina. Hadr. Junius, J. Gruterus, Petr. Scriverius: & ferunt aliquanto clementiùs quam magnus ille Eraſmus & patriotæ alii: exponunt ſcilicet gratulari ſibi poetam, quòd legatur ab omnibus Romæ, præterquam à Batavis; qui armis & duriori vitæ aſſueti, corporis Auguſti cuſtodes, non ita curabant jocos iſtos. Prætereunt quippe (juxta Venuſinum Poëtam) poëmata Rhamnes, neque ſapit Centurionum genti nequior iſte ſal. Nam quod in vulg. legitur *ſeveram*, è gloſſa videtur huc tranſmigraſſe. 4 *Ego Poeta ſum, & ut ſpero, non humillimi ſpiritus, &c. Quare ergò, inquis, tam male veſtitus es? Propter hoc ipſum, amor ingenii neminem unquam divitem fecit*, Petronius. 5 Ne ſæpiùs cogar me malum fateri Poëtam.

Vinum venenum. LXII.

1 *Cælatus tibi cum ſit, Ammiane,*
Serpens in paterâ 1 *Myronis arte;*
2 *Vaticana bibis: bibis venenum.*

1 Sculptoris nobilis. 2 Pulchrè convenit ſerpenti expreſſo in poculo cum vino Vaticano, quod omnium peſſimum eſt, & ſævum toxicum.

In

In adventum Domitiani. LXIII.

SI deſiderium, Cæſar, populique patrumque
Reſpicis & Latiæ gaudia vera [1] togæ:
Redde [2] deum votis poſcentibus; [3] invidet hoſti
Roma ſuo, [4] vetitæ laurea multa licet.
Terrarum dominum propiùs videt [5] ille, tuoque
[6] Terretur vultu barbarus, & [7] fruitur.
Sed jam lætitiæ quò ſit fiducia major
Sarmaticæ laurus nuncius ipſe veni.

1 Gentis togatæ, Romanæ. 2 Te ô Domit. 3 Quod tuâ fruitur præſentiâ. 4 Etſi magnam referres victoriam laureatis literis ſignificatam, lauream ſimul de Sarmatis Domitianus intulit Jovi Capitolino.

5 Hoſtis. 6 Vultu hoſtis & victoris. 7 Vultu ſpecioſo & auguſto Dei.

CLAUDIANI.

De Sene Veronenſi qui ſuburbium nunquam egreſſus eſt. LXIV.

FElix, qui patriis ævum tranſegit in agris,
Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem.
Qui baculo nitens in qua reptavit arenâ
Unius numeret ſecula longa caſæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.
Non freta mercator tremuit, non claſſica miles:
Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ neſcius urbis
Adſpectu fruitur liberiore Poli:
Frugibus alternis, non Conſule computat annum.
Autumnum pomis, ver ſibi flore notat:
Idem condit ager ſoles, idemque reducit,
Metiturque ſuo ruſticus orbe diem.
Ingentem meminit parvo qui germine quercum,
Æquævumque videt conſenuiſſe nemus.
Proxima cui nigris Verona [1] remotior Indis,
[2] Benacumque putat [3] littora rubra lacum.

1 Cui Verona, propinqua licet quam nunquam intravit, eſt remotior, quam India aliis qui multùm & longè peregrinantur. 2 Lacus Veronæ adjacens. 3 Mare Rubrum, ſeu Erythræum; *littora* pro *mari*.

Sed

Sed tamen indomitæ vires, firmiſque lacertis,
Ætas robuſtum tertia cernit avum,
Erret, & extremos alter ſcrutetur Iberos;
Plus habet hic vitæ; plus habet ille viæ.

Solers nummorum aucupium. LXV.

Inopiæ ſuæ unicum remedium dicit eſſe venditionem munerum ſibi à Regulo miſſorum, quæ notat dominum non redempturum, donaturum potiùs pretium ipſorum.

ÆRA domi non ſunt: ſupereſt hoc, Regule, tantùm.
Ut tua vendamus: munera numquid emis?

De fragmento Argûs. LXVI.

1 Quod Romæ exſtabat tempore Martialis, ut videtur. 2 Non priùs tentati mortalibus 3 *nullaque mortales præter ſua litora nôrant.* Argonautas primum tentâſſe mare volunt poëtæ. 3 Duæ Inſulæ in Ponti Euxini oſtio, quæ & Symplegades, quas tranſmiſêre Argonautæ non ſine periculo. 4 Fluctus, ſcopulos, ſyrtes prætervectam & ſuperantem vicit tandem ætas. 5 Fragmentum hoc religione & antiquitatis veneratione vel ipſam integram vel alias quaſvis naves ſuperat.

1 FRagmentum, quod vile putas & inutile lignum,
Hæc fuit 2 ignoti prima carina maris.
Quam nec 3 Cyaneæ quondam potuere ruinæ
Frangere, nec Scythici triſtior ira freti;
4 Secula vicerunt: ſed quamvis ceſſerit annis,
5 Sanctior eſt ſalvâ parva tabella rate.

Levia leviter cura. LXVII.

1 Qui vel in nugis, qualia ſunt mea carmina, primogenitas probas ab ipſo autore exaratas vel emendatas.

COgis me calamo, manuque noſtrâ
Emendare meos, Pudens, libellos.
O quàm me nimiùm probas, amaſque,
1 Qui vis archetypas habere nugas?

Lentè

Lentè loquens. LXVIII.

Hoc agere eſt cauſas, hoc dicere, Cinna, diſertè,
Horis, Cinna, [1] *decem, dicere verba novem?*
Sed modo clepſydras ingenti voce petîſti
Quatuor: [2] *ô quantum, Cinna, tacere potes!*

1 Synechdoche finita. 2 Petiiſti, credo, tantum ſpatii, quò taceres, non diceres.

De natali Lucani. LXIX.

Hæc eſt illa dies, quæ [1] *magni conſcia* [2] *partus,*
Lucanum populis, & tibi, [2] *Polla, dedit.*
Heu Nero crudelis, [3] *nullaque inviſior umbrâ:*
Debuit hoc ſaltem [4] *non licuiſſe tibi.*

1 Lucani nobilis poëtæ. 2 Polla Argentaria uxor Lucani. 3 Nullius cæde inviſior quàm Lucani: ſic de Cicerone ſupra. 4 Reſpexit id quod multis à ſe occiſis dixit Nero, *Neſciſſe bellenus Cæſarem quantum Imperatori liceret.*

Ad Pollam uxorem Lucani Poëtæ. LXX.

[1] *Phœbe veni; ſed quantus eras cum bella canenti*
Ipſe dares Latiæ plectra ſecunda lyræ.
Quid tantâ pro luce precer? tu, Polla, maritum
[2] *Sæpè colas, & ſe ſentiat ipſe coli.*

1 Ad ſacra hæc quibus celebramus natalem Lucani, cui tu ipſe dediſti ſecundam carminis epici à Virgilio gloriam. 2 Diu vivas, ut quotannis colas hunc mariti tui natalem.

Liber inæqualis. LXXI.

[1] *Jactat inæqualem Matho me feciſſe libellum:*
Si verum eſt, laudat carmina noſtra Matho.
[2] *Æquales ſcribit libros* [3] *Calvinus &* [3] *Umber:*
Æqualis liber eſt, [4] *Cretice, qui malus eſt.*

1 Objicit Matho me ſcripſiſſe lib. inæqualem, cui, vel me fatente, & bona inſunt & mala: habet præterea inæqualis liber laudem à rerum varietate. 2 Totos malos, quibus nihil admiſcetur boni; nullus autem liber totus bonus eſt. 3 Poëta, malus. 4 Alii leg. *Critice.*

Verſus

Verſus malè dulces & inſipidi. LXXII.

Dulcia cum tantum ſcribas epigrammata ſemper
Et [1] *ceruſſatâ candidiora cute:*
Nullaque mica [2] *ſalis, nec amari* [3] *fellis in illis*
Gutta ſit, ô demens, vis tamen illa legi?
[4] *Nec cibus ipſe juvat morſu fraudatus aceti:*
[5] *Nec grata eſt facies, cui Gelaſinus abeſt.*
[6] *Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas:*
Nam mihi, [7] *quæ novit pungere, Chia ſapit.*

1 Ceruſſâ expolita. 2 Ingenii, argutiæ, urbanitatis. 3 Amarulentiæ, acerbitatis. 4 Ut acida irritant ſtomachum; ita acriter dicta invitant lectorem. 5 Qualem ori gratiam addunt, rugæ illæ inter ridendum contractæ: tale epigrammati decus addunt quæ riſum movent. *Vel*, Ut minùs grata eſt facies cui ridenti deeſt dens Gelaſinus: ita & epigrammati perit venuſtas, ſi abſit mordacitas. 6 Infantibus mellita ſeu muſtea poma dato, & propter dulcedinem inſipidas ficus, q. d. Inſulſis placeant epigrammata dulcia, & nec ingenio nec acerbitate condita; mihi placet epigramma ſalſum, acre, mordax, & piperatum. 7 Ficus Chia quæ ſalem & vinum ſapit.

De Apro ad ſe miſſo. LXXIII.

Tuſcæ glandis aper populator, [2] *& ilice multa*
Jam piger, [3] *Ætolæ fama ſecunda feræ,*
Quem meus intravit ſplendenti [4] *cuſpide* [5] *Dexter;*
Præda jaces noſtris [6] *invidioſa focis.*
Pinguescant madidi læto nidore [7] *Penates,*
Flagret & exciſo feſta culina [8] *jugo.*
[9] *Sed coquus ingentem piperis conſumet acervum,*
Addet & [10] *arcano miſta falerna garo.*
Ad dominum redeas: noſter te non capit ignis.
[11] *Conturbator aper:* [12] *viliùs eſurio.*

1 Glande paſte in agro Tuſcano. 2 Saginâ & pinguedine à glande. 3 Magnitudine proxime apro illi quem irata Diana in Ætolorum agros immiſit. lib. ſpect. 15. 4 Venabulo. 5 Al. A quo occiſum & poëtæ miſum arguit ſupremum diſtichon. 6 Opima; cui vel invideri poſſit, utpote majori quàm mea ferat conditio. 7 Qui juxta focum, *Vel* ædes, *Metonymice*, Al. *madido tetri nidore penates.* 8 Sylvâ *Hyperbolicè*: *Vel* lignis *Synecdochice* è montis jugo. 9 Sed impenſa condiendi ſuperabit facultates meas: ſatius itaque eſt ut remittam Dextro, niſi fortè & ille mihi hos ſumptus ſuppeditet. 10 Interiori meliorique garo, quod admiſto falerno dicebatur œnogarum. 11 In quo condiendo conturbabuntur rationes meæ, & decoquentur opes. 12 Minoris conſtat fames mea, viliori cibo contenta eſt, minore ſumptu cœnam mihi conſtare velim.

Fingens

Fingens podagram. LXXIV.

[1] *Discursus varios, vagumque mane,*
Et fastus, & ave [2] *potentiorum,*
Cum perferre patique jam negaret;
Cœpit fingere Cælius podagram.
Quam dum vult nimis approbare veram,
Et sanas linit obligatque plantas,
Inceditque gradu laborioso;
([3] *Quantum cura potest, & ars doloris!)*
[4] *Desit fingere Cælius podagram.*

1 Officiosas clientis discursitationes in salutandis patronis superbis. 2 Divitum.

3 *Ironicè.* 4 Veram enim habet podagram.

Modestè de se. LXXV.

[1] *Muneribus cupiat si quis contendere tecum,*
Audeat hic etiam, Castrice, carminibus.
[2] *Nos tenues in utroque sumus,* [3] *vincique parati:*
Inde sopor nobis, & placet alta quies.
Tam mala cur igitur dederim tibi carmina quæris?
[4] *Alcinoo nullum poma dedisse putas?*

1 Cum æquè nobilis sis poëta, ac munificus dives. 2 Ego. 3 Opibus & carminibus. 4 Ut Phæacum illi regi, cui suppetebant poma nobilissima,

aliquis fortè muneri obtulit minus nobilia: ita ego tibi mala mea carmina.

Aut da, aut nega. LXXVI.

Primum est, ut præstes, si quid te, Cinna, rogabo:
Illud deinde sequens, ut citò, Cinna, neges.
Diligo præstantem: non odi, Cinna, negantem.
Sed tu nec præstas, nec citò, Cinna, negas.

Amicus verus & fortis. LXXVII.

[1] *Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est,*
Cujus adhuc vultum vivida cera tenet.

1 Hæc est effigies in cerâ ad vivum expressa Max. Cæsonii: quem à

Nerone damnatum in conjuratione Pisonianâ, *Tacit.* 15. *Annal.* Tu, Ovidi, in exilium comitatus es per mare Siculum in Siciliam vel Africam cui modò præfuerat: proconsuli te comitum negabas, exuli offerebas.

Hunc

Hunc Nero damnavit: [2] *ſed tu damnare Neronem*
Auſus es, & profugi, non tua fata ſequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exulis iſti:
Qui modò nolueras conſulis ire comes.
[3] *Si victura meis mandantur nomina chartis,*
Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo:
Audiet hoc præſens, venturaque turba; fuiſſe
Illi te, Senecæ quod fuit ille ſuo.

2 Iniquum fuiſſe Neronis judicium arguebas, ſponte exulem ejus ſecutus. 3 Si vitale fuerit hoc carmen meum, ſcient inde præſentes & poſteri, Ovidium id præſtitiſſe Cæſonio, quod Cæſonius priùs Annæo Senecæ à Claudio in Corſicam relegato.

De eodem. LXXVIII.

[1] *FAcundi Senecæ potens amicus,*
[2] *Caro proximus, aut prior* [2] *Serono,*
Hic eſt maximus ille [3] *quem frequenti*
Felix litera paginâ ſalutat.
Hunc tu per Siculas ſecutus undas,
O nullis, Ovidi, tacende linguis,
Spreviſti [4] *domini furentis iras.*
Miretur Pyladem ſuum vetuſtas,
Hæſit qui comes [5] *exuli parentis.*
Quis diſcrimina comparet duorum?
Hæſiſti comes exuli [6] *Neronis.*

1 Ejuſdem argumenti cum præcedenti epigram. 2 Carus, Serenus, Cæſonius Maximus, ut epigr. præcedenti, & Senec. epiſt. 87. Senecæ amiciſſimi erant. 3 Ad quem toties ſcripſit Seneca. 4 Neronis. 5 Oreſti, non quidem à matre in exilium miſſo, ſed ab Electra ſorore ſubducto, & à pædagogo in Phocidem ſublato: unde reverſus matris cæde patris ſui necem ultus, rurſum exulavit. Electra Eurip. & Sophoclis. 6 Crudeliſſimi tyranni, & cujus in manu erat te repetiiſſe, quod Clytemneſtra non potuit.

Morbo liberatus. LXXIX.

[1] *DOctorum Licini celeberrime* [1] *Sura virorum,*
[2] *Cujus priſca graves lingua reduxit avos:*
[3] *Redderis, heu quanto fatorum munere! nobis,*
Guſtatâ Lethes penè remiſſus aquâ.

1 Sic Plinius Sec. 30. epiſt. 4. lib. *altiſſimâ iſtâ eruditione tua digniſſimam quæſt. &c.* Al. *celeberrime ſummus Virorum.* 2 Cujus ſincera oratio & antiquitatem ſapiens exprimit gravitatem & mores veterum illorum Roman. 3 Quanto nos beârint munere Parcæ quæ te prope mortuum vitæ reſtituerunt?

4 *Perdi-*

4 *Perdiderant jam vota metum, ſecuraque flebant*
Triſtia cum 5 *lacrymis, jamque peractus eras.*
6 *Non tulit invidiam taciti regnator Averni,*
7 *Et raptas fatis reddidit ipſe colos.*
Scis igitur quantas hominum mors 8 *falſa querelas*
Moverit: 9 *& frueris poſteritate tuâ.*
10 *Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe:*
Perdiderit nullum vita reverſa diem.

4 Tanquam in certâ morte depoſueramus ſpem & cum votis metum curamque pro te qui jam--- 5---Pro mortuo deploratus eras & conclamatus. 6 Vidit ſenſitque Pluto ſe non fore ferendo invidiam & querelas, hominum te lugentium ipſiuſque rapacitatem deteſtantium: itaque 7 Eripuit parcis colos fuſoſque, & te vitæ reſtituit. 8 Te faucibus ſuis erepto decepta, *Vel* quam nos veram putabamus teque verè mortuum. 9 Et quaſi redivivus ſentis quam charus fueris nobis, tanquam poſteris tuis futuris. 10 Mortis itaque, quam evaſiſti, memor, rape vitæ reſtitutæ gaudia tibi ſuperſtes.

Laus inſignis architecti. LXXX.

1 *Aſtra polumque* 2 *tuâ cepiſti mente,* 3 *Rabirı,*
4 *Parrhaſiam mira qui ſtruis arte domum,*
5 *Phidiaco ſi digna Jovi dare templa parabit,*
Has petat a noſtro Piſa Tonante manus.

1 Ut Phidias Jovis Olympici ſimulachrum effecturus dicitur direxiſſe mentem ſuam ad vultum Jovis ab Homero expreſſum Iliad. α. Valer. Max. l. 3. c. 7. Ità tu, Rabiri, Domitiano palatium extructurus concepiſti mente cœleſtes domos, quibus magiſtris & exemplaribus utereris ad hanc fabricam. 2 Al. *piâ*. 3 Architectus erat nobilis. 4 Palatinam in monte palatino, ubi Evander Arcas primus ædificavit. Parrhaſia autem urbs Arcadiæ eſt: unde Evander Virgilio dictus Parrhaſius 11 Æneid. 5 Si Piſa urbs illa Elidis inſtituerit ædificare templum dignum illo ſimulachro à Phidia fabrefacto, petat à noſtro deo Domitiano ſuum architectum Rabirium.

Epi-

Epigrammatum Delectus.

LIBER QUARTUS

MARTIALIS.

Ad Jovem. I.

Tarpeia venerande rector [1] *aulæ,*
Quem salvo duce credimus Tonantem,
Cùm votis sibi quisque te fatiget,
Et poscat dare, quæ dei potestas:
Nil pro me mihi, Jupiter, petenti,
Ne succensueris velut superbo,
[2] *Te pro Cæsare debeo rogare:*
Pro me debeo Cæsarem rogare.

1 Capitolii in colle priùs Saturnio, mox *Tarpeio* à Virgine Tarpeiâ quæ arcem Sabinis prodidit dicto. 2 Tu meâ & publicâ prece rogatus ſerva Cæſarem, ille me ſervabit: tu illi donato, ille mihi donabit.

Ubique habitans. II.

Esquiliis domus est, domus est tibi [1] *colle Dianæ,*
[2] *Et tua patricius culmina vicus habet:*
[3] *Hinc viduæ Cybeles, illinc sacraria Vestæ;*
Inde novum, veterem prospicis inde Jovem.

1 In monte Aventino, cujus ſummitas habet templum Dianæ. 2 Suntque tibi ædes in vico ſub Eſquiliis, ubi Servius Tullius juſſit patricios habitare. 3 Ex domo tuâ in Eſquiliis ab alterâ parte vides ædem veſtæ & Capitolium novum. Ex ædibus tuis in Aventino proſpicis templum Cybeles & Capitolium vetus.

Dic

Dic, ubi conveniam : dic, quâ te parte requiram.
4 Quiſquis ubique habitat, Maxime, nuſquam habitat.

4 *Nuſquam eſt, qui ubique eſt.* Senec. 2 Epiſt.

In Scurram. III.

Quod 1 *te deripiunt potentiores*
Per convivia, porticus, theatra,
Et tecum, quoties ità incidiſti,
Geſtari juvat, & juvat lavari :
Nolito nimiùm tibi placere.
2 *Delectas, Philomuſe, non amaris.*

1 Comitem habere certatim cupiunt.

2 Pro ſcurra & morione haberis, non pro amico.

Quis liber bonus. IV.

Triginta toto 1 *mala ſunt epigrammata libro :*
Si totidem bona ſunt, Lauſe, liber bonus eſt.

1 Modeſtè & per jocum librum ſuum excuſat quaſi ex malis & bonis epigrammatis compactum. Tamen æquus judex compenſet vitiis bona.

Tonſor lentus. V.

Eutrapelus tonſor dum circuit ora Luperci,
1 *Expungitque genas ;* 2 *altera barba ſubit.*

1 Al. *Expingitque.* 2 Tardus tonſor ſeu circumſpectus tantam operi impendit moram, ut vel radenti altera increſcat barba.

Poëta pictor ſui. VI.

1 *Dum mea Cæcilio formatur imago Secundo,*
2 *Spirat & argutâ picta tabella manu :*

1 Dum Cæcilius ſecundus (Plinius, ut credo, Junior : namque is Bithyniam & Pontum obtinuit provincias) ſibi effingi curat meam imaginem. Quod diſceſſuri amici mutuò faciebant ad memoriam abſentium revocandam. 2 Ad vivum efficta.

I liber ad Geticam[3] *Peucen, Istrumque*[4] *tacentem*;
Hæc loca perdomitis gentibus ille tenet.
Parva dabis caro, sed dulcia dona, sodali:
Certior in nostro carmine vultus erit.
Casibus hic nullis, nullis delebilis annis
Vivet, Apelleum cum morietur opus.

[3] Insulam ad Istri ostium. [4] Placidis & quasi stagnantibus aquis vel gelu & frigore concretum. alii leg. *jacentem*. [5] Supra, num. 1. [6] Epigrammata Cæcilio grata, & quæ ingenii mei imaginem certiorem expresserint & diutumiorem retinuerint, quàm tabula quævis ab artifice peritissimo efficta.

Pauca scribere facile est. VII.

Quod non insulsè scribis tetrasticha[1] *quædam*;
Distycha quod bellè pauca, Sabelle, facis:
Laudo, nec admiror, facile est epigrammata bellè
Scribere; [2] *sed librum scribere difficile est.*

[1] Pauca. [2] Desideratur enim ad librum perficiendum varietas, acumen, & largus ingenii fons.

Nil sponde, aut præsta. VIII.

Si quid opus fuerit, scis me non esse vocandum,
Bis nobis dicis, Baccara, terque die.
[1] *Appellat rigidâ tristis me voce Secundus:*
Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.
Pensio te coram petitur clareque, palamque:
Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus,
Esse queror gelidasque mihi tritasque lacernas;
Audis, sed nescis, Baccara, quid sit opus.
Hoc opus est, subito fias ut sidere mutus,
Dicere ne possis, Baccara, quid sit opus.

[1] Exigit à me fœnus creditor.

In emacem. IX.

Omnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia venda.

Cum ultra facultates omnia vis habere lauta ac nitida, multaque emis adigêris tandem urgente inopiâ ad omnia vendenda.

Laudat

Laudat libellos ſuos. X.

Quinque ſatis fuerant, vel ſex, ſeptemque libelli,
Et nimium: quid adhuc ludere Muſa juvat?
Sit pudor, & finis; jam plus nihil addere nobis
Fama poteſt: teritur noſter ubique liber.
[1] *Et cum rupta ſitu* [2] *Meſſala ſaxa jacebunt,*
Altaque cum [3] *Licini marmora pulvis erunt:*
Me tamen ora legent, & ſecum plurimus hoſpes
Ad patrias ſedes carmina noſtra feret.
Finieram, cum ſic reſpondit [4] *nona ſororum,*
Cui coma, & unguento ſordida veſtis erat:
*Tune potes dulces, ingrate, relinquere * nugas?*
Dic mihi, quid melius deſidioſus ages?
An juvat ad tragicos [5] *ſoccum transferre cothurnos?*
Aſpera vel [6] *paribus bella tonare modis?*
[7] *Perlegat ut tumidus raucâ te voce magiſter,*
[8] *Oderit & grandis virgo bonuſque puer?*
Scribant iſta graves nimium nimiumque ſeveri,
[9] *Quos mediâ miſeros nocte lucerna videt.*
At tu Romano lepidos [10] *ſale tinge libellos:*
[11] *Agnoſcat mores vita legatque ſuos.*
[12] *Auguſtâ cantare licèt videaris* [12] *avenâ;*
Dum tua multorum vincat avena tubas.

1 Atque ubi invidioſa vetuſtas in pulverem verterit marmoreas ædes vel potiùs ſepulchra--- 2---M. Val. Corvini Meſſalæ oratoris clariſſ. &--3--Licinii ditiſſimi liberti Cæſ. Auguſti. 4 Una è novem muſis non tamen inima, Thalia conviviis apta: uncta itaque pro more à balneis & ante convivia. * Epigrammata. 5 Verſum humilem & levem inſtar comicorum, quorum propriè eſt ſoccus. 6 Verſibus heroicis. 7 Melior lectio *prælegat*: uti in ſcholis prælegunt & exponunt magiſtri Homerum, Virgilium, & alios autores epicos. 8 Teque quem in ludo explicabunt Grammatici, oderint puellæ ob ætatem fermè viripotentes, puerique, licet integri, caſti tamen. 9 Quos elucubrationes reddunt miſeros. 10 Jocoſo acumine. 11 Vita communis hominum hic legat, &c. 12 Tenui carmine, ſive verſum ſive argumentum reſpicias.

Vir caput uxoris. XI.

UXorem quare locupletem ducere nolim
Quæritis? [1] uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona suo sit, Prisce, marito:
Non aliter [2] fuerint fœmina virque pares.

[1] Noli subjici uxori quæ propriè viro *nubere* dicitur: nolo dote libertatem vendere, γυναῖκ' ὑ δίγουσαν θέλω, ἢς δῆ δῆλος ὁ πόνος. Anaxandrides apud Stobæum. Vide lepidissimum Callichi Epigramma de Pittaco: Anthолog. lib. 3. c. 33. [2] MSS. *sunt.*

Morio. XII.

MOrio dictus erat: [1] viginti millibus emi.
Redde mihi nummos, Gargiliane: [2] sapit.

[1] Fatui isti & moriones in pretio & deliciis erant apud divites ad hilaritatem: vel, ut hodie apud nostros fatuos divites, ut sit in ædibus aliquis domino ipso stultior. [2] Plus justo sapit, id est, plus quàm fatuum & morionem vellem.

Amantior arborum quàm amicorum. XIII.

[1] PAllida ne [2] Cilicum timeant pomaria bruman,
Mordeat & [3] tenerum fortior aura nemus:
Hibernis objecta Notis [4] specularia puros
Admittunt soles, & [5] sine face diem.
At mihi cella datur, non totâ clausa fenestrâ,
In quâ [6] nec Boreas ipse manere velit.
[7] Sic habitare jubes veterem crudelis amicum?
Arboris ergo tuæ tutior hospes ero.

[1] Ab injuriâ ventorum & frigoris. [2] Referas *Cilicum* ad arbores potius è Cilicia translatas quàm ab brumam. [3] Stirpium teneriorum succrescentem sylvam. [4] Lapides pellucidi in tenues crustas fissi, quibus Romani in fenestris utebantur ut nos vitro, Seneca epist. 19. & lib. de Provid. Divina c. 4. Plin. l. 15. c. 16. Columell. l. 11. c. 3 Pancirol. [5] Purum, absque pulveris, venti, aut atomorum turbine, sine pluviâ & tempestate. Al. *& sine sole diem.* [6] Non ipse horrens Septentrionis incola Boreas. *Emphasis hyperbolica.* [7] In hoc versu quodque verbum est Emphaticum.

Rex

Rex ſuos nôrit. XIV.

Dum nova [1] *Pannonici* * *numeratur gloria belli,*
Omnis & ad reducem dum litat ara [2] *Jovem;*
Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus,
[3] *Et ditant Latias tertia dona tribus;*
Hos quoque ſecretos memorabit Roma triumphos;
[4] *Nec minor iſta tuæ laurea pacis erit:*
Quod tibi de ſanctâ credis pietate tuorum,
Principis eſt virtus maxima, [5] *nôſſe ſuos.*

1 Sarmatici. * *Narratur.* 2 Domitianum. 3 Et à Domitiano datum plebi pauperique populo congiarium & tributim epulum, propter relatam è bello Sarmatico lauream tertiam: bis enim ante de Cattis & Dacis triumphaverat. 4 Quod cum licuiſſet juſſum agere triumphum, lauream tantum Jovi Capitolino maluit inferre. 5 Benevolos animos & amorem ſubditorum ſuorum erga ſe propter bene merita agnoſcere.

Actor malæ cauſæ. XV.

Egi, Sexte, tuam, pactus duo millia, cauſam.
Miſiſti nummos quot mihi? mille: quid eſt?
[1] *Narrâſti nihil, inquis, & à te prodita cauſa eſt:*
[2] *Tanto plus debes, Sexte, quòd erubui.*

1 Dicis me malè egiſſe & cauſam prodidiſſe. 2 In ſolatium dedecoris mei & jacturæ famæ quam ex causâ tuâ ſuſtinui.

Fautor alienæ famæ. XVI.

Sic tua, Cirini, promas epigrammata vulgo,
** Ut mecum poſſis vel* [1] *prior ipſe legi:*
Sed tibi tantus ineſt veteris reſpectus amici,
Carior ut mea ſit quàm tua fama tibi.
[2] *Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,*
Pindaricos poſſet cum ſuperare modos:

* Bonâne hæc fide? an Ironice? videtur ſanè & ex animo, propter exemplum Virgilii. 1 Majori laude quàm ego. 2 Hâc modeſtiâ & amicitiâ inductus Virgilius ceſſit Horatio lyrici carminis laudem, & Varo tragœdiæ gloriam, cum illum Pindaricæ lyræ modis, hunc Sophoclei cothurni ſublimitate vicinſſe potuit. Varum ſiquidem ut epicum & Mæonii alitis æmulum canit Horat. ode 6. l. 1. ita Vari tragœdiam Thyeſten cuilibet Græcorum comparat Quintilianus lib. 10. c. 1.

Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cum posset tragico fortiùs ore loqui.
3 *Aurum, & opes & rura frequens donabit amicum.*
Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

3 Censu se aliis haberi inferiores ferunt non pauci: sed nemo fere est qui se altero minùs ingeniosum fateri velit.

Dissimulator. XVII.

PAuper videri Cinna vult; & est pauper.

Cinna hic verè pauper, quasi dissimularet opes, ostentabat pannos, & paupertatem usque jactabat, ut stulti & ebrii simulare volunt non rarò stultitiam & ebrietatem, cum nil opus sit simulatione.

Poëta Polygraphus. XVIII.

CUm facias versus nullâ non luce ducenos,
Vare, nihil recitas: 1 *non sapis, atq;* 2 *sapis.*

1 Qui quocunque die ducentos præcipitas versus, vitiosos scilicet & ineptos qui tibi lutulentè fluenti è buccâ excidunt. 2 Qui non recitas malos illos versus, unde tibi plus esset dedecoris quàm laudis.

Adulatoria. XIX.

1 *PHosphore, redde diem; quid* 2 *gaudia nostra moraris?*
Cæsare venturo, Phosphore, redde diem.
Roma 3 *rogat:* 4 *placidi numquid te pigra Bootæ*
Plaustra vehunt, lento quid nimis 5 *igne venis?*
6 *Ledæo poteras adducere Cyllaron astro:*
Ipse suo cedet nunc tibi Castor equo.
Quid 7 *cupidum Titana tenes?* 8 *jam Xanthus, & Æthon*
Frena volunt: vigilat 9 *Memnonis alma parens.*
10 *Tarda tamen nitidæ non cedunt sidera luci,*
Et cupit Ausonium Luna videre ducem.

1 Veneris stella, quæ Solis orientis prænuncia Lucifer dicitur, solem occidentem subsequens, Vesperus. 2 Desiderium Cæsaris expectati & cum die urbem ingressuri. 3 Ut diem properes. 4 Cur tardè oreris ac si vehereris plaustro quod insequi videtur Arctophylax, signum tardum quia polo vicinum? 5 Stellâ, luce. 6 Sumas licet Castoris equum illi à Mercurio donatum, & jam astris additum. 7 Exoriri cupientem solem. 8 Jam solis equi cursum gestiunt. 9 Aurora. 10 Stant stellæ, nec movetur luna desiderio (credo) videndi Imperatorem Rom. redeuntem.

Jam

Jam, Cæsar, vel nocte veni: [1] stent astra licebit,
Non deerit populo te veniente dies.

[1] Ipse Cæsar sibi sol erit, gloriæque suæ fulgore lustrabit cœlum, vel manente noctis facie.

Cocus cæsus. XX.

Esse tibi videor sævus, nimiumque gulosus,
Qui propter cænam, Rustice, cædo cocum?
Si levis ista tibi flagrorum causa videtur,
Ex quâvis causâ vapulet ergo cocus?

An quæso iniquum est, si quispendat pœnas ejus quod deliquerit in suâ arte? tum sanè iniquus esse viderer si delictum alieni artificii in illo punirem.

Quis cultus Dei. XXI.

Si quid fortè petam timido, gracilique libello,
[1] Improba non fuerit si mea charta; dato.
Et si non dederis, Cæsar, permitte rogari:
Offendunt nunquam thura, precesque Jovem.
Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille deos: [2] qui rogat, ille facit.

[1] Impudenter petax. [2] Qui supplicat, qui rogat, ille numen inesse rogato fatetur: ita ego te Deum facio dum rogo. *Adulatorio & parasitico.*

Dona suspecta. XXII.

Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique;
*Si sapis, & sentis, hic tibi ait, * morere.*

* Ut in bona tua succedat hæredipeta ille.

De Distichis. XXIII.

Disticha qui scribit puto, vult brevitate placere.
Quid prodest brevitas, dic mihi si liber est?

Habet quidem epigramma laudem suam à brevitate, & sunt qui distichon vel tetrastichon excedere oportere epigramma negant. Et tamen liber è distichis æquè liber est, ac si ex longioribus epigramm, compingeretur.

De falso Scævola veri æmulo. XXIV.

1 Quod apud primos Romanos admirandæ erat & celebrandæ fortitudinis opus, nos jam per lusum fieri videmus. 2 In laudem suam & quasi voluptatem vertat. 3 *Eleganter & Emphatice.* Ipse per otium, quasi illæsus & a manu suâ alienus spectavit dextram suam exuri. 4 *Metaphora elegans;* quasi vivam dextram rogo inferret. 5 Tanquam victima exuritur: in aræ enim fecerat hoc Scævola. 6 Namque amovendus erat fictitius hic Scævola ab igne jussu Imperatoris; ut ille verus, regis. 7 Victos & fortitudini cedentes. 8 Non quærimus quænam scelera commiserit ante; illum fortem esse virum vel ex hoc apparet.

Qui nunc Cæsareæ lusus spectatur arenæ,
Temporibus Bruti gloria summa fuit.
Adspicis, ut teneat flammas, pœnâque fruatur
Fortis & attonito regnet in igne manus!
Ipse sui spectator adest, & nobile dextræ
Munus amat: totis pascitur illa sacris.
Quod nisi rapta foret nolenti pœna, parabat
Sævior in lassos ire sinistra focos.
Scire piget post tale decus quid fecerit ante:
Quam vidi, satis est hanc mihi nôsse manum.

In pessimos conjuges. XXV.

Cum plurimum ad amorem valeat morum similitudo, vel inter malos.

Cum sitis similes, paresque vitâ,
Uxor pessima, pessimus maritus;
Miror, non bene convenire vobis.

Adulatoria. XXVI.

Hæc, Auguste, sacro quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cælo; sed minor est domino.

Dona dator commendat. XXVII.

1 Spectacula, epulas, munera, congiaria, &c. Sueton. Domit. 2 Regum Sarmatarum, Dacorum, &c. 3 Et qui teipsum indies virtute & benignitate superas.

Magna licèt toties tribuas, majora daturus
Dona ducum victor, victor & ipse tui:
Diligeris populo non propter præmia, Cæsar,
Propter te populus præmia, Cæsar, amat.

Ad

Ad Priapum. XXVIII.

NOn horti, neque [1] *palmitis beati,*
Sed rari nemoris, Priape, cuſtos:
Ex quo natus es, & potes renaſci,
Furaces, moneo, manus repellas.
Et ſylvam domini focis reſerves.
[2] *Si defecerit hac, & ipſe lignum es.*

1 Vitis, vinea.
2 Namque è ligno es, & niſi ſylvam cuſtodias, deficiente in focum ligno, ipſe tu combureris.

Honos alit artes. XXIX.

TEmporibus noſtris ætas cum cedat avorum,
Creverit & major cum [1] *duce Roma ſuo:*
Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,
Nec quemquam tantâ bella ſonare tubâ?
Sint [2] *Mecænates, non deerunt, Flacce, Marones,*
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.
[3] *Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ,*
Flebat & abductas [4] *Tityrus ager oves.*
Riſit [5] *Tuſcue eques, paupertatemque malignam*
Reppulit, & celeri juſſit abire fuga.
Protinus [6] *Italiam concepit, &* [7] *arma virumque,*
Qui modo vix [8] *Culicem fleverat ore rudi.*
Quid Varos, Marſoſque loquar, ditataque vatum
Nomina, magnus erit quos numerare labor?
Ergo ero Virgilius, ſi munera Mecænatis
Des mihi? [9] *Virgilius non ero,* [10] *Marſus ero.*

1 Imp. Domitiano. 2 Qui foveant poëtas, quod fecit. C. Cilnius Mecænas.
3 Vide Virgilii vitam & eclog. 1. & 9. unde hoc hemiſtich. *miſeræ vicina Cremonæ.*
4 Virgilius ſub perſonâ Tityri ecl. 1. 5 Mecænas regibus Etruſcis oriundus. 6 Hiſtoriam Italiæ & Romani nominis ducti ab Æneâ. 7 Libros Æneidos, cujus initium *Arma virumque cano, &c.*
8 Poëmation de Culice.
9 Non ero clariſſimus epicus; ero clarus, ut ſpero, epigrammatographus. 10 Poëta epigrammatarius, lib. 2.

In luſcum furem. XXX.

ADſpicis hunc [1] *uno contentum lumine, cujus*
[2] *Lippa ſub * attritâ fronte* [2] *lacuna patet?*

1 Cui unus ſufficit ad furta oculus.
2 Cavea oculi ſtillans.
* Impudenti, effrictâ fronte.

Ne contemne 3 *caput, nihil eſt furacius illo:*
Non fuit 4 *Autolici tam* 5 *piceata manus.*
Hunc tu convivam cautus 6 *ſervare memento:*
Tunc furit, atque oculo luſcus utroque videt.
Pocula 7 *ſolliciti perdunt* 7 *ligulaſque miniſtri,*
Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
Lapſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit
Et tectus lanis ſæpe duabus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucernâ
Erubuit fallax, ardeat illa licèt.
9 *Si nihil invaſit, puerum tunc arte* 8 *doloſâ*
Circuit, & ſoleas furripit ipſe ſuas.

2 Hominem, ut Græci ἄνθρωπον vel ſimpliciter, caput unoculum noli credere inutile aut innocuum. 4 Mercurii filii patri furtis ſimilis Iliad κ. 5 Cui adhæreant tacta: viſcata manus. 6 Obſervare. Al. *vitare.* 7 Qui quàm ſollicitè cuſtodiunt. 8 Gladiolos in linguæ modum deſinentes.

9 Si nihil aliud eſt quod furetur, puero ſuo, qui ad pedes cuſtodit depoſitas, ſoleas ſuas furripit, ne deſuetæ manus artem dediſcant.

Hortus Hybernus. XXXI.

Qui 1 *Corcyræi vidit pomaria regis,*
2 *Rus, Entelle, tuæ, præferat ille domui.*
Invida purpureos 3 *urat ne bruma racemos,*
Et gelidum 4 *Bacchi munera frigus edat;*
5 *Condita perſpicuâ vivit vindemia gemmâ,*
Et tegitur felix, nec tamen uva latet.
Formoſum lucet ſic per 6 *bombycina corpus:*
Calculus in nitida 7 *ſic numeratur aqua.*
Quid non ingenio voluit natura licere?
8 *Autumnum ſterilis ferre jubetur hyems.*

1 Alcinoi regis Phæaeum. 2 Præferat tuum hortum illius horto. 3 Mordeat, *Boreæ penetrabilis frigus adurit.* Virgil. 4 Vites. 5 Lapide ſpeculari tegitur ab injuria frigoris. 6 Multitia è bombyce vel ſerico intexta, tenuia & pellucida. Senec. benef. lib. 7. cap. 9. & Juvenal. Sat. 2. v. 68. Hujuſmodi veſtes vitreæ, nebulæ lineæ, vela ſerica, carbaſei venti, texta pellucida Romanis in uſu erant. 7 Ita perlucent & apparent calculi, & numerari poſſint. 8 Ita muniti ſpecularibus horti ipſâ brumâ fructus ferunt, perinde ac in autumno.

Laus veterum. XXXII.

Miraris veteres, Vacerra, ſolos,
Nec laudas niſi mortuos poetas:
Ignoſcas petimus, Vacerra: 1 *tanti*
Non eſt, ut placeam tibi, perire.

1 Ut tua mihi poſt fata contingat laus, non propero mori.

Cœna

Cœna cum ignotis. XXXIII.

Ignotos mihi cum voces trecentos,
Quare non veniam vocatus à te
Miraris, quereriſque, ligitaſque:
* *Solus cœno, Fabulle, non libenter.*

* Solus quippe videtur, qui inter ignotos nec ſuæ conditionis eſt, utcunque magnus ſit illorum numerus.

Aut ſtent aut creſcant munera. XXXIV.

Quatuor argenti libras mihi [1] *tempore brumæ*
Miſiſti ante annos, Poſthumiane, decem.
Speranti plures [2] *(nam ſtare, aut creſcere debent*
Munera) venerunt pluſve, minuſve duæ.
Tertius & quartus multo inferiora tulerunt,
Libra fuit quincto [3] *Septitiana:* [4] *quid eſt?*
[5] *Beſſalem ad ſcutulam ſexto pervenimus anno.*
Poſt hunc [6] *in cotulâ raſa ſelibra data eſt.*
Octavus [7] *ligulam miſit ſextante minorem:*
Nonus [8] *acu levius vix cochleare tulit.*
[9] *Quod mittat nobis decimus jam non habet annus.*
[10] *Quatuor ad libras, Poſthumiane, redi.*

[1] Saturnalibus in menſe Decembri. [2] *Beneficia ſubvertis antiquiora, niſi illa poſterioribus cumules.* Plinius ſec. epiſt. 4. l. 3. & Seneca 2. de benef. c. 11. *Parum eſt dediſſe, ſervanda ſunt beneficia, &c.* [3] Libra octo unciarum cum ſemunciâ: quæ Romanis bello attritis defluxit ab unciis 12. [4] *Miſiſti nummos quot mihi? mille: quid eſt?* Ita Scriverius: cum prius eſſet *quidem* ineptè conceptum compoſitumque à ſciolo librario, ex eo quod exaratum invenerat, *quidem?* [5] Ad vaſculum octo unciarum. [6] Cotyla ſeu calix politus vel cælatus ſex unciarum datus eſt. [7] Vaſculum, menſuram quæ quartam partem cyathi continet: alias ſignificat *ſpatbulam*, gladiolum. [8] Al. *acu levius mi cochleare.* [9] Non invenit quod minus mittat. [10] Incipe rurſus à primo anno, & perage, ſi placet, annua munera in circulum.

Dii ridiculi. XXXV.

Quantum jam ſuperis, Cæſar cæloque [1] *dediſti,*
Si repetas, & ſi creditor eſſe velis;
[2] *Grandis in ætbereo licèt auctio fiat Olympo,*
Coganturque Dei vendere quidquid habent:

[1] Si tibi rependi velles, nec donares. [2] Etiamſi haſtâ poſitâ opes ſuas dii deæque vendere velint.

* *Conturbabit.*

3 Conturbabit 4 Atlas, 5 & non erit uncia tota,
Decidat tecum quâ pater ipse deûm.
Pro 6 Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
Quid pro 7 Tarpejæ frondis honore potest?
8 Quid pro culminibus geminis matrona 9 tonantis?
Pallada prætereo: 10 res agit illa tuas.
Quid loquar 11 Alciden, Phœbumq; piosq; Laconas?
12 Addita quid Latio Flavia templa polo?
Expectes, & sustineas, Auguste, necesse est:
Nam tibi quod solvat non habet arca Jovis.

3 Cedet fœdo. 4 Qui cœlum humeris sustinere fingitur: vel. cœlicolæ, quotquot sustinet Atlas. 5 Nec ipse Jupiter si velit tecum decidere, poterit solvere unciam de asse. O miserum decoctorem Jovem! 6 Capitolium incendio abjumptum restituisti, & novam ædem in Capitolio excitavisti Jovi custodi. Domit. Sueton. cap. 5. 7 Coronæ quernæ, ut & laureæ Capitolinæ. 8 Quid pro geminis delubris tibi solvere potest Juno? 9 Cui Chalcidicæ templum erexisti. Cassiod. l. 6. e. 11. cui statuam in cubiculo consecrâsti & quinquatria. 10 Illa à te stat; res tuas, rationes & consilia disponit; tibi familiare numen est, imò mater: ubi enim Domitianus audivisset ex lib. Sibyllinis, fore, ut virgo pareret æternum Imperatorem, nihil amplius voluit quàm se esse filium perpetuæ virginis Palladis. 11 Herculi templum in viâ Appiâ positum & statuam, ut & Apollini, & ex pietate Pollucis ergâ fratrem alternatim immortalibus Castori & Polluci filiis Ledæ Lacænæ. 12 Templum Flaviæ gentis, quod cœlum vertice tangit.

Rarus amans veri. XXXVI.

Dic verum mihi, Marce, dic amabo:
Nil est, quod magis audiam libenter:
Sic & cum recitas tuos libellos,
Et causam quoties agis clientis,
Oras, Gallice, me rogasque semper.
Durum est me tibi, quod petis, negare.
Vero verius ergo quid sit audi:
Verum, Gallice, non libenter audis.

In cœnipetam. XXXVII.

Cœnes, Canthare, cum foris libenter:
Clamas, & maledicis, & minaris?
Deponas animos truces, monemus:
Liber non potes, & gulosus esse.

Parasito instruatur necesse est octavâ arte ingenuâ, hoc est Adulatoriâ: gulosus cœnipeta loquatur placentius ut cui libertatem dapibus vendiderit.

Amicus

Amicus cœnæ non amicorum. XXXVIII.

Hunc, quem cœna tibi, quem mensa paravit amicum
Esse putas fidæ pectus amicitiæ?
Aprum amat, & mullos, & sumen, & ostrea, non te.
Tam bene si cœnem, noster amicus erit.

Errat, inquit Seneca, *qui amicum in atrio quærit, in convivio probat.*

De seipso. XXXIX.

[1] *Note licet nobis sublimi pectore vates,*
Cui referet serus præmia digna cinis;
Hoc tibi sub nostrâ [2] *breve carmen imagine vivat,*
Quam [3] *non obscuris jungis, Avite,* [3] *viris.*
Ille ego sum nulli nugarum laude secundus:
Quem non miraris, sed puto lector amas.
Majores majora sonent: mihi parva locuto
Sufficit in vestras sæpe redire manus.

1 Utcunque sciam quantum carmine valeas, quantoque sublimiorem ipse potuisses imagini nostræ adjecisse inscriptionem; subscribe tamen, si placet, hoc tetrastichon imagini meæ, quam in bibliothecam tuam admittere dignaris. Al. *Non te celabis.* 2 Tetrastichon quod seq. *Ille ego sum*, &c. 3 Clariss. autorum imaginibus in bibliothecâ tua.

De templo Flaviæ gentis. XL.

[1] *Dum Janus hyemes,* [2] *Domitianus autumnos,*
[3] *Augustus annis commodabit æstates:*
[4] *Dum grande famuli nomen asseret Rheni*
Germanicarum magna lux calendarum:
[5] *Tarpeia summi saxa dum patris stabunt:*
[6] *Dum voce supplex, dumque thure placabit*
Matrona dives dulce Julium numen:

1 Quamdiu erunt hyemes, quarum medio mensi Janus dedit nomen. 2 Quamdiu erit autumnus, cujus mensem Octobrem Domitianus à se appellari voluit Domitianum. 3 Quamdiu erunt æstates, in quibus mensis Sextilis ab Augusto denominatus est. 4 Dum magna & prima dies Septembris redit, qui à Domitiano nomen habet Germanici ob Germanos Rheni fluvii accolas subactos. 5 Dum stabit capitolium Jovis à Tarpeiâ olim Sabinis proditum. 6 Dum matronæ Rom. thure & precibus colent Juliam Titi filiam quam Domitianus consecravit relatam in deam.

Manebit

Manebit 7 *altum Flaviæ decus gentis,*
8 *Cum ſole, & aſtris, cumque luce Romanâ.*
Invicta quidquid condidit manus, 9 *cælum eſt.*

7 Templum Flaviæ gentis à Domitiano conditum, Suet. Domit. cap. 1. & 17. 8 Quam diu fulgebunt ſol, aſtra & gloria imperii Rom. locutio Ovidiana. *Cum ſole & luna ſemper Aratus erit.* 9 Æternum, ut cælum: ex ſcholæ Peripateticæ ſententiâ.

Epitaphium Latini. XLI.

1 *Ego ſum dulce decus, &c.* ex perſona Latini ſepulti quod ſit in Epitaphiis. 2 Celebris mimus, Domitiano charus. 3 Intrantem ut exeat tantum. 4 Inſiſum ſolvere graviſſimos. illos & continentiſſimos viros Curium & Fabricium. 5 Non contraxit ſibi laſciviam & improbitatem in theatris exprimi ſolitam. 6 Non animo, non moribus. * Domitian. 7 Mimi & hiſtriones, qui poëtarum carmina recitabant, appellabantur parafiti Apollinis.

1 Dulce decus ſcenæ: ludorum fama, 2 *Latinus*
Ille ego ſum; plauſus, deliciæque tuæ:
Qui 3 *ſpectatorem potui feciſſe* 3 *Catonem,*
4 *Solvere qui Curios, Fabricioſque graves.*
Sed 5 *nihil à noſtro ſumſit mea vita theatro,*
Et 6 *ſolâ tantum ſcenicus arte feror:*
*Nec poteram gratus * domino ſine moribus eſſe:*
*Interius mentes inſpicit ille * deus.*
Vos me laurigeri 7 *paraſitum dicite Phœbi,*
*Roma ſui famulum dum ſciat eſſe * Jovis.*

In vetulam improbam. XLII.

1 Tria ſecul. 300. annos, ut quidam volunt: ut alii 90. cum γονὴ pariendi ac generandi perfectius ſpatium annorum 30 periodum conficiat. Cœl. Rhod. l. 19. c. 22. 2 Quaſi immatura, *Ironicè.* 3 Cumanæ. 4 Ætatem M. annorum ex voto ſuo ut tot annos viveret, quot manu complecteretur arenæ corpora, &c. Ovid. Metam. l. 14. 5 Fingit Hyperbolicè poëta defuiſſe Phlianidi 3. tantum menſes de ætate Sibyllæ. 6 Quam vocalis & ſtentorea! 7 Servi in cataſtis, id eſt, pegmatis ligneis venales expoſiti. 8 Iſidis ſacerdotes invento Oſiri. 9 Pueri cirrati in ſchola. Perſ. ſatyr. 1. v. 29. 10 Gruibus imminente tempeſtate, vel hyeme, magno cum clangore è Thracia, cujus Strymon eſt fluv. advolantibus.

1 Secula Noſtoreæ permenſa, Philæni, ſenectæ,
2 Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
3 Euboicæ nondum numerabas 4 *longa Sibyllæ*
Tempora: 5 *major erat menſibus illa tribus.*
Heu 6 *quæ lingua ſilet! non illam mille* 7 *cataſtæ*
Vincebant, nec 8 *quæ turba Serapin amat:*
Nec matutini 9 *cirrata caterva magiſtri,*
Nec quæ 10 *Strymonio de grege ripa ſonat.*
Sit tibi terra levis, mollique tegaris arenâ,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes.

Effigies

Effigies pueri. XLIII.

Hæc ſunt illa mei quæ cernitis ora Camoni:
Hæc [1] pueri facies primaque forma fuit.
Cæſerat hic vultus bis denis fortior annis:
Gaudebatque ſuas pingere barba genas:
[2] Et libata ſemel ſummos modo purpura cultus
Sparſerat: invidit [3] de tribus una ſoror,
Et feſtinatis incidit ſtamina penſis;
Abſentemque patri rettulit urna rogum.
[4] Sed ne ſola tamen puerum pictura loquatur,
Hæc erit in chartis major imago meis.

1 Infantis. 2 Lanugo ejus ſubrufa ſemel reſecta ſparſerat ſummos cultus, id eſt, veſtes vel, *vultus*, vel ut alii legunt *cultros*: id eſt, novaculas. Cultros (inquit Joſ. Scalig. in Catullum) intelligit *ſilices*, id eſt, cultros tonſorios. 3 Pareis: & *ſemper de tribus una necat.* 4 Pictura infantem oſtendit, ipſa infans & interiit: ra: carmen hoc meum fuiſſe vicennem teſtatur, monumentum picturâ certius & perennius.

Quid novi? XLIV.

Artibus his ſemper cænam, Philomuſe, mereris;
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.
Scis, quid in [1] Arſaciâ [2] Pacorus deliberet aulâ.
[3] Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci chartis mandata [4] reſignas;
[5] Victricem laurum quàm venit ante vides.
[6] Scis quoties [7] Pharios madeat [8] Jove [9] fuſca Syene:
[10] Scis quota de Libyco littore puppis eat:
[11] Cujus Iuleæ capiti naſcantur olivæ;
Deſtinet ætherius cui ſua ſerta pater.
[12] Tolle tuas artes, hodie cænabis apud me;
Hâc lege: ut narres nil, Philomuſe, novi.

1 Parthicâ. Parthorum reges ab Arſace, deinde Arſaceî dicti: ut Pontici, Mithridates; Ægypti, Ptolemæi; Armenii, Tigranes; Romani Imp. Cæſares, &c. 2 Parthorum rex. 3 Fingis te referre poſſe copiarum Germanicarum & Sarmat. numerum. 4 Aperis, ac ſi tu nôſſes ſecreta regum: acceptis reſignatiſque literis ab illis. 5 A Sarmatis relatam. pluat in Ægypto: quod perrarò. 7 Ægyptio, à Pharo inſulâ. 8 Pluvia, imbre: Jupiter enim media aëris regiò, ima Luna, ſumma Minerva, qui magni hinc Dii. 9 Cujus incolæ à Sole colorantur. Syene enim in confinibus Ægypti ſub Tropico Cancri directè locatur: *atque umbras nuſquam flectente Syene.* Lucan. 10 Lynceo vel Strabone perſpicacior potes numerum referre navium carthaginis portu ſolventium. Plin. l. 7. c. 21. 11 Tu nôſti quibus Cæſar coronas in quinquatriis ſit daturus. 12 Ego invito te, ſub lege ſilentii.

Amicus

Amicus usque ad arcam. XLV.

Gellius [1] *ædificat semper: modò limina ponit.*
Nunc foribus claves aptat, emitque seras:
Nunc has, nunc illas [1] *mutat, reficitque fenestras.*
Dum [1] *tamen ædificet, quidlibet ille facit.*
Oranti nummos ut dicere possit amico
Unum illud verbum Gellius, ædifico.

[1] Minutula nescio quæ semper reficit, ut ædificandi prætextu illiberalem tegat animum, ne quid in amicos eroget.

In tenui tenuis non gloria, XLVI.

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quæ brevitate placent.
Consiteor: sed tu bis denis grandia libris
Qui scribis Priami prælia, magnus homo [1] *es.*
[2] *Nos facimus* [3] *Bruti puerum, nos* [4] *Lagona vivum:*
Tu [5] *magnus* [6] *luteum, Gaure, Giganta facis.*

[1] Tibi videris. [2] Ego quidem parva facio carmina, sed viva & vegeta, tu magna, sed stupida & mortua. [3] Epigr. 171. lib. 14. [4] Puerum & elegantem, subdolæ ac fucatæ vernilitatis Lucisci opus. Plin. l. 34. c. 8. Al. *Langona.* [5] Mole non arte & ingenio certans. [6] Παχύμορον & γηγενῆ. Hoc est, magnum, malum, lutulentum opus condis. *At populus tumido gaudeat Antimacho.* Catull.

De suis libellis. XLVII.

Lector & auditor nostros probat, Aucte, libellos:
Sed quidam exactos esse poeta negat.
Non nimium curo: [1] *nam cœnæ fercula nostræ*
Mallem convivis quàm placuisse cocis,

[1] Volo carmina mea magis placere benevolis & simplicibus lectoribus, auditoribusque: quàm æmulis & curiosæ strictæque censuræ poëtis.

In Prodigum. XLVIII.

**Dixerat astrologus periturum te citò, Munna:*
Nec puto mentitus dixerat ille tibi:

* Jocus est in ambiguitate ut *perire*: quod Astrologus referebat ad vitam, poëta ad bona & fortunas, quæ Munna perdiderat fretus Astrologi prædicto.

Nam

Nam tu dum metuis ne quid poſt fata relinquas,
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.
[1] *Biſque tuum decies non uno tabuit anno:*
Dic mihi, non hoc eſt, Munna, perire cito?

[1] Vicies centena millia H. S.

Petit audacter. XLIX.

DUm [1] *me captares, mittebas munera nobis:*
Poſtquam cepiſti, das mihi, Rufe, nihil.
[2] *Ut captum teneas, capto quoque munera mitte,*
De caveâ fugiat ne male paſtus aper.

[1] Amicitiam meam vel hæreditatem.
[2] Eâdem enim arte ſervantur res, quâ acquiruntur.

Verſus ex tempore. L.

LEge nimis dura convivam ſcribere verſus
Cogis, Stella: licet ſcribere, nempe malos.

Neque enim ex tempore, neque inter pocula ſcribuntur boni verſus Euripide & Virgilio digni, Aul. Gell. lib. 17. Valer. Maximus, lib. 10.

Liber ab auctore, quàm ab emptore magis æſtimandus. LI.

TU qui longa potes diſpendia ferre viarum,
[1] *I liber abſentis pignus amicitiæ.*
Vilis eras, fateor, ſi te nunc mitteret emptor:
[2] *Grande tui pretium muneris auctor erit.*
[3] *Multum, crede mihi, refert, à fonte bibatur*
Quæ fluit, an pigro quæ ſtupet unda lacu.

[1] In Galliam ad Antonium.
[2] Quod à me autore venit.
[3] *Quanquam ſuper eſt oblata dulcis in unda* 3 *Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

Invidiâ rumpantur ut ilia Codro. LII.

RUmpitur invidiâ quidam, cariſſime Juli,
Quod me Roma legit, rumpitur invidiâ.
Rumpitur invidiâ, quod turba ſemper in omni
Monſtramur digito, rumpitur invidiâ.

Rumpitur

Rumpitur invidiâ, tribuit quod Cæsar uterque
Jus mihi natorum, rumpitur invidiâ.
Rumpitur invidiâ, quod rus mihi dulce sub urbe est,
Parvaque in urbe domus, rumpitur invidiâ.
Rumpitur invidiâ, quòd sum jucundus amicis,
Quòd convivæ frequens, rumpitur invidiâ.
Rumpitur invidiâ, quod amamur, quòdque probamur:
Rumpatur, quisquis rumpitur invidiâ.

Quis verè pauper. LIII.

1 Sic Catullus epigr. 20. *Furi, qui neque servus est, neque arca, &c.*
2 Nec teges seu storea ex ulvâ, scirpo, seu canna palustri.
3 Plebeius esse & proletarius.
4 Sed mera mendicitas.

1 *Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus,*
2 *Nec tibi de bibulâ sarta palude teges:*
Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans,
Nec sera, nec clavis, nec canis, atque calix.
Tu tamen affectas Nestor dici atque videri
Pauper, & 3 *in populo quæris habere locum.*
Mentiris, vanoque tibi blandiris honore:
4 *Non est paupertas, Nestor, habere nihil.*

In avarum. LIV.

* Al. *paterve*, quod mendosum. 1 Aurei velleris sago suspensi in luco ante templum Martis: de quo Apollonius & Val. Flaccus in Argonauticis. Ovid. 7. Metamorph. Seneca in Medea. Hyginus. 14. fab. Apollod. l. 1. &c. Alii leg. *Libyci.*
2 Sed arguis filium tanquam causam tuæ rapacitatis. 3 Quasi vero tam fatui simus, quibus hoc persuadeas. 4 Immo tute ipsius vitii pater es. *Vel*, illi auctor ad hoc vitium.

Nummi cum tibi sint, opesque tantæ:
*Quantus civis habet, * Paterne, rarus:*
Largiris nihil, incubasque auro gazæ,
Ut magnus draco, quem canunt poetæ
Custodem 1 *Scythici fuisse luci.*
2 *Sed causa, ut memoras, & ipse jactas,*
Dira filius est rapacitatis.
3 *Et quid tu fatuos, rudesque quæris,*
Illudas quibus, auferasque mentem?
Huic semper vitio 4 *pater fuisti.*

Ubi

Ubi amicus, ibi patria. LV.

[1] *Ducit ad auriferas quòd me Salo Celtiber oras,*
[2] *Pendula quòd patriæ visere tecta libet,*
Tu mihi simplicibus, Mani, dilectus ab annis
[3] *Et prætextatâ cultus amicitiâ,*
Tu facis; in terris quo non est alter Iberis
Dulcior, & vero dignus amore magis:
[4] *Tecum ego vel sicci Gætula mapalia Pœni,*
Et poteram Scythicas hospes amare casas.
Si tibi mens eadem, si nostri mutua cura est,
[5] *In quocunque loco Roma duobus erit.*

1 Cur redire velim in patriam meam, visurus Tagum flumen auriferum, & Salonem, tu mihi causa es ô Mani, &c. 2 Bilbilim in edito sitam. 3 Usque à pueris, qui prætextam gerunt, amicitia culta. 4 Tecum vel in arenosis Africæ desertis, vel inhospitali Scythiâ degerem. 5 Omnis nobis locus pro Roma erit.

Obscurus scriptor. LVI.

Scribere te, quæ vix intelligat ipse [1] *Modestus,*
Et vix [2] *Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?*
Non lectore tuis opus est, [3] *sed Apolline, libris:*
Judice te major [4] *Cinna Marone fuit.*
[5] *Sic tua laudentur: sanè mea carmina, Sexte,*
Grammaticis placeant, & [6] *sine Grammaticis.*

1 Grammaticus cujus meminerunt Tranquillus & A. Gell. & Macrobius. 2 Grammaticus cujus meminerunt Seneca epist. 66. & Ausonius epist. 18. ad Ursul. 3 Sed divinatore OEdipo aliquo, Sibyllâ: imo ipso Apolline. 4 Poëta, autor egregii quidem laudatique operis, sed obscuri, & quo nec se scribere satis digna per modestiam profitetur Virgilius eclogâ 9. 5 Propter obscuritatem & intricatas tenebras. 6 Absque ope Grammaticorum interpretum. Quotus tamen quisque Grammaticorum, immo Criticorum, aut (quos M. Cato dixit, *Mortua glossaria*) philosophorum hæc intelligit: lege *semi-grammaticis*. i. e. iis qui vix elementa Grammatices linguæ vernaculæ didicerunt: indoctis.

Pax viri boni. LVII.

Jam numerat placido felix Antonius ævo
[1] *Quindecies actas * Primus Olympiadas:*

1 Annos LX. ex computatione Chronologorum, quibus Olympias est quatuor annorum spatium. an. LXXV. ex ratione poëtarum qui Olympiada pro quinquennio seu lustro usurpant. * Cognomen Antonii.

Præteri-

Præteritoſque dies, & [2] tutos reſpicit annos:
[3] Nec metuit Lethes jam propioris aquas.
Nulla recordanti lux eſt ingrata, , graviſque:
Nulla fuit cujus non meminiſſe velit.
Ampliat ætatis ſpatium ſibi vir bonus: hoc eſt
Vivere bis, [4] vitâ poſſe [4] priore frui.

2 Extra fortunæ aleam poſitos, in quos fortuna jus perdidit.
3 Nec metuit mortem.
4 Jucundâ benè actæ vitæ recordatione.

Patientia coacta. LVIII.

IN [1] matutinâ nuper ſpectatus arenâ
Mutius, impoſuit quæ ſua membra focis;
Si Patiens fortiſque tibi duruſque videtur,
[2] Abderitanæ pectora plebis habes.
[3] Nam cum dicatur tunicâ præſente moleſta;
Ure manum: plus eſt dicere; non facio.

1 Mane pugnabant damnati cum beſtiis, poſt meridiem qui ex beſtiariis ſupererant, inter ſe. Lipſ. 3. Saturn. c. 15. Senec. ep. 7.
2 Stolidus es, *Vervecum in patriâ craſſoque ſub aëre natus.* Ut ait Juvenal. ſat. 10. v. 50. ad quem, vide quæ nos. 3 Nam ſi damnato huic daretur conditio, ut repræſentando Mutii manum exuſtam redimeret ſupplicium tunicæ moleſtæ, in qua pice, reſinâ, bitumine cæteriſque ignium alimentis illitâ ardendum illi fuerat: minùs fortiter facit (ſaltem audacter minus) parte quam toto corpore exuſto. Iſ. Voſſius obſervat. in Catullum p. 42. Chriſtianos hoc in loco laudatos eſſe vult: Longè enim fortiores illi ſunt, ait ille, qui *tunicâ præſente moleſtâ*, audent dicere *non facio*, ut ſolebant Chriſtiani reſpondere cum ſacrificare jùberentur.

Mors uxoris. LIX.

SEptima jam, Phileros, tibi conditur uxor in [1] agro.
[2] Plus nulli, Phileros, quam tibi reddit ager.

1 Sepulchris conſecrari agellum moris fuit. 2 Manent enim tibi dotes ſepultarum, vacatque thalamus novo conjugio.

Dona iniqua. LX.

NIl aliud loqueris, quam [1] Theſea, Pirithoumque,
Teque putas Pyladi, Calliodore, parem.

1 Nobile amicorum par.

Diſpeream,

Dispeream si tu, [2] *Pyladi praestare matellam*
Dignus es, aut [3] *porcos pascere Pirithoi.*
Donavi tamen, inquis, amico millia quinque,
[4] *Et lotam* [5] *(ut multum) terq; quaterq; togam.*
Quid! quod [6] *nil unquam Pyladi donavit Orestes?*
Qui donat, quamvis plurima, plura negat.

[2] Vel infimo servitii munere defungi, ut praestare matulam, vel porcos pascere. [3] Fortè, quod in glandiferis Pindi sylvis degebat Pirithous. [4] Et togam non usque adeò tritam, non ultra ter quaterve lotam. [5] Ex personâ poëtæ interpositum, indignantis togam imputatam, quasi magna illa res fiet. [6] Quippe qui omnia cum Pylade communicavit: quòd quia tu non facis, sed multa negas, non es verus amicus.

Anthropophagi. LXI.

[1] *Addixti servum nummis,* [2] *herè mille trecentis,*
Ut bene cænares, Calliodore, [3] *semel:*
Nec bene cænasti: mullus tibi quatuor emptus
Librarum [4] *cænæ pompa caputque fuit.*
Exclamare libet, non est hic, improbe, non est
Piscis: homo est: hominem, Calliodore, voras.

[1] Vendidisti. [2] Heri. [3] Ex pretio servi venundati. [4] Cœnæ 3 sunt partes, antecœna, cœnæ caput, seu pompa, & secundæ mensæ, seu bellaria.

Imago juvenis. LXII.

Hæc mihi quæ colitur violis pictura rosisque,
Quos referat vultus, Cæditiane, rogas?
Talis erat Marcus mediis Antonius annis
Primus, in hoc juvenem se videt ore senex.
[1] *Ars utinam mores, animumque effingere posset:*
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

[1] *Quod si oculis facies honesti cerneretur, mirificos sui amores excitaret.* Plato. Spectabile hoc & imitabile picturam laudandi exemplar.

In

In ſordidum. LXIII.

1 Adulterantia vinum. 2 Loca colligendo fumo idonea. 3 Vina apothecis condita ſuperponebantur fumariis ut præcocem maturitatem à fumi tenore traherent. Sed inſaluberrima eſſe hæc vina teſtatur Plinius lib. 23. cap. 1.

1 *Improba Maſſilia quidquid* 2 *fumaria cogunt,*
3 *Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus;*
A te, Munna, venit: miſeris tu mittis amicis
Per ſæta, per longas 4 *toxica læva vias:*
Nec facili pretio, ſed quo contenta Falerni
Teſta ſit, [illegible]t cellis 5 *Setia cara ſuis.*
Non venias [illegible]re tam longo tempore Romam.
Hæc puto cauſa tibi eſt; ne tua vina bibas.

4 Vina inſaluberrima. 5 Vina Setina nobilia è Setia Campaniæ.

Epitaphium Scorpi. LXIV.

1 Præcept. morte immaturâ. 2 Annos natum 27. 3 Propter victoriarum Circenſium numerum poſſet Scorpus videri ſenex.

Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria circi,
Plauſus, Roma, tui, deliciæque 1 *breves:*
Invida quem Lacheſis raptum 2 *trieteride nonâ,*
3 *Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.*

Jocus in Rhetorem ignobilem. LXV.

In miſerum literatorem, qui cum non haberet 3. diſcipulos, petiit à Cæſare jus trium diſcipulorum.

Jura trium petiit à Cæſare diſcipulorum,
Aſſuetus ſemper Munna docere duos.

Joeus petitus à jure trium liberorum.

Verba danti verba dantur. LXVI.

Si donare vocas promittere nec dare, Cai,
Vincam te donis, muneribuſque meis.

Accipe

Accipe [1] *Callaicis quidquid fodit Astur in arvis,*
Aurea quidquid habet [2] *divitis unda Tagi;*
Quidquid Erythræâ niger invenit Indus in algâ;
Quidquid & in nidis [3] *unica servat avis;*
Quidquid [4] *Agenoreo Tyros* [5] *improba cogit aeno:*
Quidquid habent omnes, accipe, [6] *quomodo das.*

1 Quicquid auri foditur in Hispania: Gallæcia autem & Asturia Hispaniæ regiones sunt, aurifodinis quondam celebres. 2 Auri ramentis fluens Tagus fl. Hispaniæ. 3 Phœnix. 4 Tyrio, purpureo: Tyros enim & Sidon Argenoris regna erant. 5 Inventrix purpuræ qua iterantur lanæ: vestes purpureas appellat. Senec. epist. 115. *lacernas coloris improbi.* Improbum laborem appellavit Virgilius assiduum & iteratum: ita & vestes *improbi coloris* dibaphas & iteratas aheno purpureo; & huc facit Plin. lib. 9. c. 41. *Non est satis abstuliſſe gemmæ nomen amethystum, rursus absolutus inebriatur Tyrio, ut sit ex utroque nomen improbum, simulque luxuria duplex.* 6 Promiſſus sc.

In delicatum lectorem. LXVII.

[1] *Consumpta est uno si lemmate pagina, transis,*
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives, & ex omni posita est instructa macello
Cœna tibi, sed te [2] *mattea sola juvant.*
[3] *Non opus est nobis nimium lectore guloso.*
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

1 Si unum epigramma tam longum sit, ut paginam totam impleat. 2 Cupediæ & dulciaria. Athenæo lib. 14. c. 23. maza. 3 Nolo lectorem qui jocorum & aeuminum cupediis saturari velit, sed qui solida expectat carmina & gravia, quæ caput convivii.

Laus Nervæ. LXVIII.

Frustra blanditiæ venitis ad me
[1] *Attritis miserabiles labellis:*
[2] *Dicturus dominum, Deumque non sum.*
Jam non est locus hac in urbe vobis:
* *Ad Parthos procul ite: pileatos,*
Et turpes humilesque suppliceſque
[4] *Pictorum* [5] *sola* * *basiate regum.*
Non est hic dominus, sed imperator:
Sed justissimus omnium senator:
Per quem de Stygiâ domo reducta est

1 Blanditiisne, an adorationes? 2 Non blanditurus Trajano ut Domitiano quondam. *Parthi enim serviliter regem adorant, pedes illius osculati. 3 Cum cæteræ gentes, pileis raro uterentur, Parth. & Persæ gestabant mitras, tiaras, cidares, seu pileos turbinatos, ut hodie Turcæ. 4 Picta veste seu soccis pictis utentium. 5 Soleas, calceos, soccos.

6 *Siccis*

6 Inunctis & delibutis. 7 Servilibus, adulatoriis, quibus nuper sibi placebat Domitianus;

6 *Siccis rustica Veritas capillis.*
Hoc sub principe, si sapis, caveto,
Verbis, Roma, 7 *prioribus loquaris.*

quæ tamen non feret Trajanus.

Homines pueri mente. LXIX.

1 Quod non habet, unde hæc omnia emat, quæ licitari gestiebat Mamurra. 2 Mensam citream. 3 Omnia quæ venalia exponunt in septis. 4 Sed tacite, oculis non lacrymantibus, absque lacrymis. 5 Risu ficto coercet dissimulatque lacrymas, quas intus concepit.

1 *PLorat Eros, quoties maculosæ pocula murrhæ,*
Inspicit, aut pueros, nobiliusve 2 *citrum.*
Et gemitus imo promit de pectore, quod non
3 *Tota miser coemat* 3 *septa, feratque domum.*
Quam multi faicunt, quod Eros, sed 4 *lumine sicco!*
Pars major 5 *lacrymas videt, & intus habet.*

Laus Scorpi aurigæ nobilissimi. LXX.

* Invitat ad luctus numina quondam scorpo nobilissimo aurigatori faventia, Victoriam, Favorem, Honorem, Gloriam. 1 Respicit ad publicum luctum, quo *Consul init fractis mœrentem fascibus urbem.* Ovid. ad Liviam. 2 Idumæa extrema Judææ pars, palmæ ferax. *Arbusto palmarum dives Idume.* Lucan. 3 Signum victoriæ in certaminibus donabatur palma, quod depressa ea arbor non cedat, sed adversus pondus renitatur ac resurgat. Aristot. probl. Plut. Sympos. 4 Qui solebas plaudere, plausum in planctum converte. 5 Respicit morem publici luctus, quo patres Rom. depositis quæ ad ornatum pertinebant, atrati, sordidati, pullatique incedebant. 6 Quæ munera rogo imponantur: vide Sueton. Jul. 84. Dion. August. Et de more laniandi crines in funere, vide quæ nos ad Senecæ Hippol. v. 1181. 7 Anno ætatis 27. 8 Pro albis, quibus victor vehebaris, jam veheris Plutoniis equis, infernis, nigris: siquidem affectus & studia in morte & apud inferos manere fingunt Poëtæ. 9 Ut semper victoriæ, ita & vitæ metam attingere properabas.

1 *FRangat* 2 *Idumæas tristis* * *Victoria* 3 *palmas:*
4 *Plange* * *Favor sævâ pectora nuda manu.*
5 *Mutet* * *Honor cultus, & iniquis* 6 *munera flammis:*
6 *Mitte coronatas Gloria mœsta comas.*
Heu facinus! 7 *prima fraudatus, Scorpe, juventa*
Occidis, & 8 *nigros tam cito jungis equos.*
9 *Curribus illa tuis semper properata, brevisque:*
Cur fuit & vitæ tam prope meta tuæ?

Laus vitæ ruſticæ. LXXI.

Sæpe loquar nimium [1] *gentes quod, Avite, remotas*
Miraris, Latiâ factus in urbe ſenex:
[2] *Auriferumq; Tagum ſitiam, patriumq; Salonem,*
Et repetam ſaturæ ſordida rura caſæ.
Illa placet tellus, in quâ res parva beatum
Me facit, & tenues luxuriantur opes.
Paſcitur hîc, ibi paſcit ager: tepet [3] *igne maligno*
Hic focus, ingenti lumine lucet ibi.
Hîc [4] *pretioſa fames* [5] *conturbatorque macellus,*
Menſa ibi divitiis ruris operta ſui.
Quatuor hîc æſtate togæ, plureſve teruntur:
Autumnis ibi me quatuor una tegit.
I, cole nunc reges, quicquid non præſtat amicus,
Cum præſtare tibi poſſit, Avite, locus.

1 Hiſpanas, ad quas anhelare videar, cum eis uſque loquar, & tamen Romæ conſenescam. 2 Patriæ appetam fluvios & agros. 3 Lignis multo emptis. 4 Aridi cœna & famelica magno empta pretio. 5 In quo decoctis opibus conturbantur rationes. Alii leg. *conturbaturque macellus.* Alii *conturbatrixque macelli, Menſa, ibi.*

In commiſcentem verſus operi ſuo. LXXII.

Quid, ſtulte, noſtris verſibus tuos miſces?
Cum [1] *litigante quid tibi, miſer, libro?*
[2] *Quid congregare cum leonibus vulpes,*
Aquiliſque ſimiles facere noctuas quæris?
[3] *Habeas licebit alterum pedem Ladæ,*
Inepte, fruſtra crure ligneo curres.

1 Qui tibi litem intendit & contra te dicit, *Fur es.* 2 Quid nobilibus claris, altiſque carminibus inſeris ignobiles, tenebroſos, & claudicantes verſus tuos? 3 Non magis convenit carminibus meis cum tuis, quam ſi quis haberet alterum pedem perniciſſimi curſoris Ladæ, alterum ligneum. Ladæ velocitatem celebrat Pauſanias in Corinth. & Arcad.

Jocatur ne ſolvere cogitur. LXXIII.

Solvere, Pate, decem tibi me ſeſtertia cogis:
Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi;

Ne noceant, oro, mihi non mea carmina : [1] *tu qui*
Bis centena potes perdere, perde decem.

1 A majori lepide jocatus rogat ut jacturam 10 HS. ferat in se, qui tulit 200 in alio.

Vita quieta. LXXIV.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundissime Martialis, hæc sunt :
Res [1] *non parta labore, sed* [2] *relicta ;*
[3] *Non ingratus ager ; focus perennis ;*
Lis nunquam ; [4] *toga rara ; mens quieta ;*
Vires ingenuæ ; salubre corpus ;
Prudens simplicitas ; [5] *pares amici ;*
[6] *Convictus facilis ; sine arte mensa ;*
Nox non ebria sed [7] *soluta curis ;*
[8] *Somnus qui faciat breves tenebras ;*
Quod sis, esse velis, nihilque malis,
[9] *Summum nec metuas diem, nec optes.*

1 Parcè enim, duriter & anxiè quæsita. anxiè & non sine curis tenentur. 2 A patre seu majoribus. *Paterna rura bobus exercet suis :* vide & Senec. de beatâ vitâ. c. 23. 3 Qui semina reddit cum largo fœnore ; qui spem non e mentitur. 4 Officia togata. urbana. clientum ambitus, &c nulla. 5 Convictores faciles & jucundi. 6 Convivæ, vel ipse cibus parabilis nec mari, terrâ & aëre exquisitus, gula non irritata. 7 *O quid solutis est beatius curis !* Catull. 8 Somnus facilis, suavis, brevis. 9 Mortis non libido, non fuga. Senec. epist. 24. 70. 78. de beatâ vitâ cap. 5. &c.

Laus à viro laudato. LXXV.

[1] *Litera jucundi gratum mihi pignus amici*
Pertulit, Ausoniæ dona severa togæ :
Quâ non Fabricius, sed vellet Apicius uti,
Vellet Mecænas Cæsarianus eques.
Vilior hæc nobis alio mittente fuisset :
[2] *Non quicunque manu victima cæsa* [2] *litat.*
A te missa venit : possem nisi munus amare,
Marce, tuum : poteram [3] *nomen amare meum.*
Munere sed plus est, & nomine gratius ipso,
Officium docti, judiciumque viri.

1 M. Antonius Tolosanus misit mihi literas & togam elegantiorem quam qua uti vellet Fabricius continen- ille paupertatis cultor. imo quidem gestare voluisset luxuriosus Apicius & ipse tener ac mollis Mecœnas : sic Juvenal. Sat. 2. *vestem purpuream tenuis quoque Mecœnatibus aptam.* 2 Non sacrificat, non impetrat : ita donum ab omni missum æquè non placet. 3 *Marci*, quod mihi tecum commune.

Epitaphium

Epitaphium hiſtrionis. LXXVI.

Quiſque Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Urbis deliciæ, ſaleſque 1 *Nili,*
Ars & gratia, luſus & voluptas,
Romani 2 *decus, & dolor theatri,*
Hoc ſunt condita quo 3 *Paris, ſepulchro.*

1 Ægypti.
2 Deſus dum viveret, dolor ex morte ejus.
3 Hiſtrio nobilis quem interfici juſſit Domitianus, quod eum deperiret Domitia Auguſta. Sueton. c. 3. Domit.

Agellum extenuat. LXXVII.

Donaſti, Lupe, 1 *rus ſub urbe nobis:*
Sed rus eſt mihi majus 2 *in feneſtrâ:*
Rus hoc dicere, rus potes vocare?
3 *In quo ruta facit nemus Dianæ,*
Argutæ tegit ala quod cicadæ,
Quod formica, die comedit uno,
Clauſæ cui folium roſæ corona eſt:
In quo non magis invenitur herba,
Quam 4 *coſti folium, piperve crudum:*
In quo nec cucumis jacere rectus,
Nec ſerpens habitare tota poſſit.
5 *Erucam malè paſcit hortus unam,*
Conſumpto moritur culex ſalicto,
Et talpa eſt mihi foſſor, atque arator.
Non boletus hiare, non mariſcæ
Ridere, aut violæ patere poſſunt.
Fines mus populatur, & colono
Tamquam ſus Caledonius timetur,
6 *Et ſublata volantis unguc Prognes*
In nido ſeges eſt hirundinino,
Non eſt dimidio locus Priapo.
Vix implet cochleam peracta meſſis,

1 Prædiolum urbanum.
2 Plebs Romana in feneſtris alebat ad ſpeciem hortorum flores & frutices: quod videmus in Hiſpaniâ & Italiâ monachos facere in feneſtris oſtendentes arbuſcula, malos citreas, hortulos penſiles, &c.
3 Quem horrum ruta unica tegit obumbratque non ſecus ac ſi eſſet nemus Dianæ Ari inæ. *Hyperbolicè, ut cætera quæ ſeq.*
4 Quæ non naſcitur in Italiâ, uti nec piper.
5 Vermiculum qui olera depaſcitur.
6 Cujus ſegetem ſeu herbam uno impetu correptam aufert hirundo ad nidum condendum.

Et muſtum nuce condimus 7 *picatâ.*
Erraſti, Lupe, literâ ſed unâ;
Nam quo tempore prædium *dediſti,*
Mallem tu mihi prandium *dediſſes.*

7 Alluſum ad dolia & teſtas quæ picabantur ne vina expirarent animam.

Precatur deos pro Nerva Trajano. LXXVIII.

1 *SAcra,* 2 *Lareſque Phrygum, quos* 3 *Trojæ maluit* 3 *hæres,*
Quam rapere arſuras 4 *Laomedontis opes:*
5 *Scriptus & æterno nunc primum Jupiter auro,*
Et 6 *ſoror, & ſummi* 7 *filia tota patris:*
Et 8 *qui purpureis jam tertia nomina faſtis*
Jane refers Nervæ, vos precor ore pio:
Hunc omnes ſervate ducem, ſervate ſenatum:
Moribus 9 *hic vivat principis,* 10 *ille ſuis.*

1 Vittæ. Veſtæ ignis ἀσβέστ æterne, &c. 2 Minerva, Jupiter, Juno, quos recenſet diſtticho ſeq. qui tres aëris regiones referant, unde & *Penates* dicti per quos penitus ſpiramus: vide Macr. Satur. l. 3. c. 4. 3 Æneas: vide Ælian. l. 3. Var. hiſt. c. 22. 4 Trojanas, à Laomedonte Priami patre. 5 Effictus, inſcriptus aureâ imagine. 6 Juno. 7 Minerva ἐμπυος è Jovis cerebro nata: patrima virgo. 8 Jane cuſtos Faſtorum in quos referuntur nomina conſulum, adeoque Nervæ qui imperii anno geſſit tertium conſulatum cum Virgin. Rufo. Junius de tertio conſulatu Ulpian. Nervæ Trajani intelligit. 9 Senatus: 10 Nerva Imper.

Laus Nervæ. LXXIX.

TAnta tibi eſt recti reverentia, Cæſar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat: 1 *ſed Numa pauper erat.*
Ardua res hæc eſt, 2 *opibus non tradere mores,*
Et cum tot 3 *Cræſos viceris, eſſe* 4 *Numam.*
5 *Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,*
Elyſium liceat ſi vacuare nemus:

1 Non itaque tam miranda atque ardua res in paupertate erat pietas & ſanctitas 2 Non efferri & corrumpi à divitiis. 3 Divites reges, Decebalum Dacorum, & Armenæ Parthiæque reges. Xiphilin. Trajan. 4 Sanctum, æquum, continentem, qualis fuit Numa ſecundus Romanor. rex. 5 Si reviviſcant ab inferis reverſi antiqui illi clarique Romani. Atque hinc novum ordiantur aliqui epigramm. à præcedenti tetraſticho diviſum.

Te

Te volet invictus [6] *pro libertate* [7] *Camillus,*
Aurum [8] *Fabricius, te tribuente, volet.*
Te duce gaudebit [9] *Brutus: tibi Sylla* [10] *cruentus*
[11] *Imperium tradet, cum positurus erit.*
Et te [12] *privato cum Cæsare Magnus amabit:*
Donabit totas & tibi [13] *Crassus opes.*
Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris,
Si [14] *Cato reddatur, Cæsarianus erit.*

6 Lipſ. l. 1. Epiſt. quæſt. 5. legit *præ libertate*, quaſi dicat, Camillus te principem malit quam ſuam illam libertatem.
7 Qui Romam à Gallis occupatam Dictator abſens creatus liberavit.
8 Qui contientiſſimè in paupertate vivens munera ſibi à Pyrrho & aurum à Samnitibus miſſum repudiavit. 9 Juniuſne qui reges ejecit? an Marcus Brutus unus è Julii Cæſ. percuſſoribus? 10 C. M. hominum deleverat, ſenatores 90. conſulares 15. equites 160. 11 Ut quondam dictaturam depoſuit, ſeceſſitque Puteolos. 12 Non rerum ſummam affectante, idque civili bello. 13 Liciniuſne Craſſus, an Marcus qui periit apud Pathos? 14 Qui ſibi mortem conſcivit Uticæ ne viderit Cæſarem: tua tamen æquitate adductus à Cæſare ſtabit.

Epigrammatum Delectus.

LIBER QUINTUS

MARTIALIS.

Liber ad Lectorem. I.

SI nimius videor, ſeráque [1] coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero:
[2] Terque quaterque mihi finitur carmine parvo
Pagina; fac tibi me quàm cupis eſſe brevem.

1 Signo abſoluti operis in calce libri poſito, hâc figura v. vel 7. alæ ſcilicet cornicis, tranſlatione ab ædificio, cujus jam abſoluti faſtigio apponitur cornix. 2 Poteris ſingulo epigrammate præfinire tibi finem libri.

De Mulione ſurdo. II.

MUlio viginti vænit modo millibus, Aule,
Miraris pretium tam grave? [1] ſurdus erat.

1 Innuit flagitioſo domino magis placere ſervos ſurdos quos, emo rogget de rebus dominorum.

Amico trede. III.

CUm rogo te nummos [1] ſine pignore, non habeo, inquis.
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.

1 Non vis mihi nummos mutuo dare niſi tib agrum pignori opponam.

Quod

Quod mihi non credis veteri, Theleſine, ſodali,
Credis colliculis, arboribuſque meis.
Ecce reum [2] *Carus te detulit :* [3] *adſit agellus.*
Exſilii comitem quæris ? [4] *agellus eat.*

2 Cauſidicus & delator : de quo Plin. epiſt. 5. l. 1. & Juvenal. ſatyra. 1. v. 36.
3 Tibi in judicio, cauſam tuam agat agellus meus, cui magis credis quàm mihi. *Sceptici.* 4 Non ego, vetus ſodalis.

Vitia corporis. IV.

CRine ruber, niger ore, brevis pede, lumine * *læſus,*
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

Pronti magna fides, inquiunt Phyſiognomones, pronunciantque cavendum ab iis quos ſignavit Deus. * Sic MS. Bodleianus. Vulg. *luſcus.*

Laus Silii Italici. V.

[1] *SIlius hæc magni celebrat monumenta* [2] *Maronis,*
Jugera facundi qui Ciceronis habet :
Heredem, dominumque ſui [2] *tumulique,* [3] *Lariſque ;*
[4] *Non alium mallet, nec Maro, nec Cicero.*

1 Silius Ciceronis atque Virgilii ſtudioſiſſimus imitator : hujus aram religioſiſſimè coluit, illius villas comparavit. Plinius Secun. lib. 3. Epiſt. 7. 2 Virgilii. 3 Ciceronis ædium. 4 Erat enim Orator & Poëta.

De Pileolo. VI.

[1] *HOedinâ tibi pelle contegenti*
Nudæ tempora verticemque calvæ,
Feſtivè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput eſſe [2] *calceatum.*

1 Galericulo ex hirſutâ hœdi pelle ad diſſimulandam calvitiem.
2 Cum eâdem tegeretur materiâ, qua pedes.

In habentem varios mores. VII.

DIfficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem :
Nec tecum poſſum vivere, nec ſine te.

Amici ut amandi. VIII.

TRiginta mihi, quatuorque messes
Tecum si memini, fuêre Juli:
Quarum dulcia mixta sunt amaris,
Sed jucunda tamen fuêre plura.
Et [1] si calculus omnis huc, & illuc
Diversus bicolorque digeratur:
[2] Vincet candida turba nigriorem.
Si vitare velis acerba quædam,
Et tristes animi cavere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem.
Gaudebis minus, & minus dolebis.

1 Si computemus felices nostros faustosque dies, quos more suo numerant Thraces nigris albisque lapillis. 2 Plures apparebunt fuisse boni dies quam mali.

Vera Nervæ commendatio. IX.

COntigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ
Nerva: licet [1] toto nunc Helicone frui.
Recta fides, hilaris clementia, cautæ potestas
Jam redeunt: longi terga dedere metus.
[2] Hoc populi, gentesque tuæ, pia Roma, precantur:
Dux tibi sit semper talis, & iste diu.
[3] Macte animi, quem rarus habet, morumq; tuorum,
Quos Numa, [4] Quos hilaris posset habere Cato.
Largiri, præstare, [5] breves extendere census,
Et dare quæ faciles vix tribuere dei,
[6] Nunc licet, & fas est: [7] sed tu sub principe duro,
Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

1 Liberè vacare Musis, sub Imperatore qui Musis poëticque favet. 2 Quod habet versus insequens, *Dux tibi*, &c. 3 Magis auctus sis animo, qualem pauci habent. Hortandi formula re benè gesta sumpta à sacris. Quoties enim victimæ infundebatur thus aut vinum, dicebant, *Macte esto taurus*. h. e. cumulata est hostia & magis aucta. Isidor. lib. 10. c. 10. 4 Quos mores posset habere Cato, nisi quod magis tetricus fuit quam Nerva: supra *hilaris clementia*. 5 Civium paupertatem opibus sublevare. 6 Sub principe tam pio, clementi, æquo: quandoquidem---7--Tu ipse, O Nerva, sub Nerone & Temporibus illis malis non dubitabas esse bonus.

Anus

Anus tripilis. X.

*Toto vertice * quot gerit capillos,*
Annos si tot habet Ligeia, trima est.

*Est itaque tripilis seu trifilis.

Semper avarus eget. XI.

Habet Africanus millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.

In habentem Amœnas ædes. XII.

[1]Daphnonas, platanonas & aerias cyparissos,
Et [2] non unius balnea solus habes,
Et tua centenis stat porticus alta columnis,
[3] Calcatusque tuo sub pede lucet onyx,
Pulvereumq; fugax [4] hippodromon ungula plaudet,
Et pereuntis [5] aquæ fluctus ubique sonat.
Atria longa patent: sed nec cœnantibus usquam,
Nec somno locus est: [6] quam bene non habitas?

1 Laureta. 2 Magis ampla quàm pro privato homine. 3 Pavimenta sternunturOnychite lapide. 4 Spatium per quod currunt equi: ex ἵππος & δρόμος. 5 Fontium, scaturiginum in hortis diffluentium. 6 Cui inter hæc omnia cœnatio nulla, cubiculum nullum.

Promissor bibax. XIII.

Omnia promittis, cum totâ nocte bibisti:
Mane nihil præstas: Posthume, [1] manè bibe.

1 Ut eodem die præstes, neque excidant tibi quæ promisisti sobrio post somnum.

Divitum simulata offensio. XIV.

[1]Genus, Aucte, lucri divites habent iram.
Odisse quàm donare vilius constat.

1 Divites iratos se simulant & offensos, ut hominibus de se bene meritis pro mercede & muneribus odium rependant.

In hominem pessimum. XV.

* In abstracto & eminenter.

Mentitur, qui te vitiosum, Zoile, dixit.
*Non vitiosus homo es, Zoile, sed * vitium.*

Honor mutat mores. XVI.

Multa vitia, quæ coërcet & supprimit tenuis fortuna, ampla & sublimis manifestabit: *magistratus indicabit virum.*

Sæpe rogare soles qualis sim, Prisce, futurus,
Si fiam locuples, simque repentè potens.
Quemquam posse putas mores narrare futuros?
Dic mihi, si fiat tu leo, qualis eris?

Poëta æmulus. XVII.

1 Carmen Epicum seu Heroicum.
2 Tu quoque contulisti te ad tragœdiam. Syrma enim tragicorum vestis est.
3 Scripsi lyrica.
4 Satyrographus.
5 Quam scribere epigrammata.

Scribebamus epos: cœpisti scribere: vessi,
Æmula ne starent carmina nostra tuis.
Transtulit ad Tragicos se nostra Thalia cothurnos:
2 Aptasti longum tu quoque syrma tibi.
3 Fila lyræ movi doctis exculta camœnis:
Plectra rapis nobis ambitione novâ.
Audemus satyras: 4 Lucilius esse laboras.
Ludo leves elegos: tu quoque ludis idem.
5 Quid minus esse potest, epigrammata fingere cœpi:
Hinc etiam petitur jam mea fama tibi.
Elige quid nolis; quis enim pudor, omnia velle?
Et si quid non vis, Tucca, relinque mihi.

Qui omnes laudat. XVIII.

Cui omnia alba, qui malos æquè ac bonos promiscuè laudat, arguit se judicii infirmi, & vel livore vel adulatione præpediri: vide quæ Chrysippus, referente A. Gellio l. 6. c. 1.

Ne laudet dignos laudat Callistratus omnes.
Cui malus est nemo, quis bonus esse potest?

De Ligurra. XIX.

VErſus, & breve [1] *vividumque carmen*
In te ne faciam, [2] *times, Ligurra,*
Et dignus cupis hoc metu videri:
Sed fruſtra metuis, cupiſque fruſtra.
In tauros Libyci [3] *ruunt leones;*
Non ſunt papilionibus moleſti.
Quæras cenſeo, ſi legi laboras,
[4] *Nigri fornicis ebrium poetam,*
[5] *Qui carbone rudi, putrique creta*
Scribit carmina, [6] *quæ legunt cacantes:*
[7] *Frons hæc ſtigmate non meo notanda eſt.*

1 Acumen enim eſt è virtutibus epigrammatis.
2 Dicis ſubinde te timere.
3 Al. *fremunt.*
4 Obſcuri loci, & vilis notæ verſificatorem.
5 Qui levi carbone cretâve verſus inſcribit parieti à tergo adium.
6 Quæ mandentur Deæ Cloacinæ. Qualia *Tauſii amantes* Senecæ & Catullo, *Anculeis Volvſi cacata charta.* 7 Servilis tua frons non digna eſt cui ego inuram manſura carminis mei puncta.

Vera fortitudo. XX.

QUod nimium laudas, Chæremon Stoice, mortem,
Vis animum mirer ſuſpiciamque tuum?
[1] *O quam magnus homo es, qui face rubentis aceti,*
Et ſtipulâ, & nigro pane carere potes!
Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

1 Non hoc facis ex virtute & fortiter, ſed ex inopia rerum & puſillanimitate.

Sera dona poſt mortem. XXI.

NIl mihi das vivus: dicis poſt fata daturum;
Si non es ſtultus, ſcis, Maro, * *quid cupiam.*

* Mortem tuam.

Magna pete. XXII.

PArva rogas magnos: ſed non dant hæc quoque magni.
[1] *Ut pudeat leviùs te, Matho, magna roga.*

1 Levior quippe ignominia ex repulsâ in magnis quam parvis: & adverte Polyptoton in *magnos, magni, magna.*

Epitaphium

Epitaphium canis Lydiæ. XXIII.

1 *Amphitheatrales inter nutrita magiſtros*
Venatrix, ſylvis aſpera, blanda domi,
Lydia 2 *dicebar,* 3 *domino fidiſſima dextra,*
Qui non Erigones mallet habere 4 *canem:*
5 *Nec qui, Dictæâ Cephalum de gente ſecutus,*
6 *Luciferæ pariter venit ad aſtra deæ.*
7 *Non me longa dies, nec inutilis abſtulit ætas,*
Qualia Dulichio fata fuere cani.
8 *Fulmineo ſpumantis apri ſum dente peremta,*
Quantus erat 9 *Calydon, aut,* 10 *Erymanthe, tuus,*
Nec queror, infernas quamvis citò rapta ſub umbras.
Non potui fato 11 *nobiliore mori.*

1 Inter venatores qui curant venationes exhibendas in Amphitheatro nutrita. 2 *Proſopopœia canis.* 3 Domino meo æquè fida ac dextra propria, Alii leg. *Dextro*, ut ſit ῥόμ;ν. 4 Meram, Hymeram ſeu Neæram canem; quæ Erigone monſtravit ubi pater Icarius à paſtoribus Atticis occiſus jaceret inſepultus. Hygin. fab 130. 5 Nec Lælaps canis à Jove cuſtos Europæ appoſitus, quem à Minoe acceptum Procris conjugi ſuo Cephalo reliquit. Hygin. fab. 188. & Ovid. 7. Metamorph. 6 Ad Lunam, ſeu Dianam gaudentem venatione & canibus. *Vel*, inter aſtra relatus eſt à Jove. 7 Neque enim eram annoſa ut ille Ulyſſis, canis argus, qui reverſum poſt viginti annos agnovit herum, Odyſſ. 17. & Ariſtot. hiſtor. lib. 6. animal. 8 Obliquè ferienti inſtar fulminis, *vel* urenti. 9 Ineſſe enim aprorum dentibus igneam vim teſtatur Xenophon. 10 Sus Erymanthius, quem interemit Hercules. *Apoſtrophe.* 11 Quam venatione & pugnâ in Amphitheatro.

In malum Poetam. XXIV.

1 *Unctо Corduba lætior Venafro,*
** Hiſtrâ* 2 *nec minus abſoluta teſtâ.*
Albi quæ ſuperas oves Galeſi,
3 *Nullo murice, nec cruore mendax,*
Sed tinctis gregibus colore vivo:
Dic veſtro, rogo, ſit pudor poetæ,
Ne 4 *gratis recitet meos libellos.*
Ferrem, ſi faceret bonus poeta,
Cui poſſem dare mutuos honores.
Corrumpit 5 *ſine talione* 6 *cœlebs.*

1 Olearum gloriæ facile principatum obtinuit Venafrum in Campania. Secundas,* Hiſtria Italiæ peninſula. 2 Nec cedens teſtis olei ſeu olivatum Hiſtriæ. 3 Non muricis ſanguine ſeu ſucco purpureo tincta lana, ſed nativo rutilo imbuta. *Nec varios diſcet mentiri lana colores; ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice, &c.* Virgil. 4 Impune cui nulla vel mala ſcribenti carmina non poſſum ego referre gratiam illius recitans cum honore, ut ille mea. 5 Vindictâ pari. 6 *Metaph.* nihil ſcribens.

7 Cæcus

7 *Cæcus perdere non poteſt, quod aufert.*
Nil eſt deterius latrone 8 *mudo;*
Nil ſecurius eſt 8 *malo poetâ.*

7 Non poſſis lege talionis agere cum cæco, qui alteri oculum eruerit.
8 Cui nihil eſt quod viciſſim auferas.

In detractorem. XXV.

1 *NAſutus ſis uſque licet, ſis denique* 2 *naſus,*
Quantum noluerit ferre rogatus 3 *Atlas,*
Et poſſis 4 *ipſum tu deridere* 4 *Latinum,*
Non potes in nugas dicere plura meas,
Ipſe ego quam dixi: 5 *quid dentem dente juvabit*
Rodere? 6 *carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.*
Ne perdas operam: qui ſe mirentur in illos
Virus habe: nos hæc novimus eſſe nihil.
7 *Nec tamen hoc nimium nihil eſt. ſi candidus auſit,*
Nec matutinâ ſi mihi fronte venis.

1 Sis licet ingens irriſor.
2 Totus ex irriſione compoſitus & conflatus, *Deos rogabis totum ut te faciant, Fabulle, naſum*, dixit Catullus, ſed ſenſu alio.
3 Hyperbolicè.
4 *Emphaticè* Mimum, qui & alios imitatione deridet.
5 Quid limam rodis vipera? quid carmina mea reprehenſoria, reprehenſor? 6 Quæ edat denti tuo, mea reaget, ut loquuntur Phyſici; pete dente poëtas magna profeſſos, in illos vel frange genuinum, in illos virus invidiæ tuæ & maledicentiæ evome: meæ iſtæ nugæ ſerpunt humi tutæ ſatis; & ſi opus ſit, ſui vindices. 7 Nec tamen planè nihil ſunt mea hæc: excipientur candidis & feſtivis, ſi minus placeant ſobriis, ſeveris & impranſis.

Pumilio. XXVI.

SI ſolum ſpectes hominis caput, 1 *Hectora credes.*
Si ſtantem videas, 2 *Aſtyanacta putes,*

1 Virum robuſtum.
2 Puerum imbellem, ſic Juvenalis de fœmina caput ædificante: *Andromachen à fronte videbis, poſt minor eſt* Pygmea Virgine, &c. Satyra 6.

Canis vertagus. XXVII.

NOn ſibi, ſed domino venatur 1 *vertagus acer,*
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

1 Vertagus, a Grey-hound.

Notarius.

Notarius. XXVIII.

1 Utut volubili fluat linguâ, manus loquentem prævenit. Vide Senec. Epist. 91. & Auson. epigr. 138.

1 CUrrant verba licet, manus est velocior illis:
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Persica, Nuciperfica. XXIX.

1 An quia in nativâ stirpe vilia, pruno insita fiunt nobilia? ut habet Pallad. l. 4. de inf. An quia in suâ Perside noxia & venenosa, sed translata, mutatoque cœlo & solo dulcia fiunt & salubria? ex opinione Columellæ, vide Alciat. emblem. 142. & Claud. Minoëm ad idem emblem.

1 VIlia maternis fueramus præcoqua ramis:
1 Nunc in adoptivis Persica cara sumus.

Glires. XXX.

1 Plin. l. 8. c. 57. & l. 29. c. ult.

1 TOta mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Cuniculus. XXXI.

1 Subterraneas ob hoc animali cuniculos dictos. Vegetius l. 4. c. 24.

1 GAudet in effossis habitare cuniculus antris:
Monstravit 1 tacitas hostibus ille vias.

Olivæ. XXXII.

1 Olivæ optimæ ex agro Piceno in Italiâ. 2 Subtracta, oleo non expresso integra.

1 HÆc quæ 1 Picenis venit 2 subducta trapetis,
3 Inchoat, atque eadem 4 finit oliva dapes.

3 Ad incitandum stomachum. 4 Ad tollendum fastidium.

Lens. XXXIII.

1 Lens enim optima nascitur circa Pelusium opp. Ægypti, vulgo *Damiata* aliis *Rosetta*, ad extremum Nili ostium. *Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.* Virgilii Georg. 1.

ACcipe 1 Niliacam, Pelusia munera, lentem:
Vilior est alicâ, carior illa fabâ.

Pavo.

Pavo. XXXIV.

Miraris quoties gemmantes explicat alas,
Et potes [1] hunc ſævo tradere, dure, coco?

[1] Spectaculum pulchrius quam ferculum, avena oculisquam gulæ gratiorem.

Cycnus. XXXV.

[1] *Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ*
Cantator cycnus funeris ipſe ſui.

[1] Poëtis & quibuſdam philoſophis receptum, cycnum mortis præſcium cum voluptate & cantu mori. Sed negant Plinius, Ælianus, Jul. Scaliger, aliique ſanioris judicii.

Betæ. XXXVI.

Ut [1] ſapiant fatuæ [2] fabrorum prandia betæ,
O quàm ſæpe petet vina, piperque cocus?

[1] Inſipidæ niſi condiantur.
[2] Pauperum.

Lactuca. XXXVII.

[1] *Laudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,*
Dic mihi, cur noſtras inchoat illa [2] dapes?

[1] Ut frigiditate ſuâ retunderet vini calorem.
[2] Ad lubricandum ventrem, tollendum ſtomachi faſtidium & appetitum irritandum.

Phaſianus. XXXVIII.

[1] *Argivâ primùm ſum tranſportata carinâ,*
Ante mihi notum nil, niſi [2] Phaſis, erat.

[1] Argo.
[2] Fl. Colchorum, unde phaſianos ab Argonautis tranſportatos arguit à nomine avis.

Corona

Corona Rosea. XXXIX.

1 Domitiane. 2 Naturâ suâ erant vernæ, in tuam gratiam hibernæ factæ sunt. *Adulatorii.*

DAt festinatas, [1] Cæsar, tibi bruma coronas:
[2] Quondam veris erant, nunc tua falba rosa est.

Murices. XL.

1 Namque inter conchylia mensis inferuntur murices.

SAnguine de nostro tinctas, ingrate, lacernas
Induis, [1] & non est hoc satis, esca sumus.

Locellus. XLI.

1 Pocket. 2 Fundo. 3 Si nihil reliqui fit, dabitur ipse locellus.

[1] SI quid adhuc supereſt in nostri [2] face locelli,
Munus erit: [3] nihil est; ipse locellus erit.

Tali eborei. XLII.

2 Ludebatur talis quatuor, quandoque tribus. Talorum autem felicissimus jactus dicebatur Venus, ubi singuli tali diversam haberent faciem, comprehendentibus simul cane, ternario, quaternario & senione. 2 Grati erunt tibi tali isti quos tibi misi per se quidem munus leve, sed propter ludi deposita magnum.

[1] CUm steterit nullus vultu tibi talus eodem,
[2] Munera me dices magna dedisse tibi.

Turricula. XLIII.

1 Fortunæ non arti locus est.

QUæ scit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit, [1] nil nisi vota facit.

Lepus. XLIV.

INter aves turdus, si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Nuces.

Nuces. XLV.

Alea parva nuces, & non damnosa videntur:
Sæpe tamen pueris [1] abstulit illa nates.

[1] Nudavit ad pœnas si ultra diem permissum luserint.

Follis. XLVI.

Ite procul juvenes: mitis mihi convenit ætas:
[1] Folle decet pueros ludere: folle senes.

[1] Sed minore, qui vento distentus agitatur facili manu.

Pica. XLVII.

Pica loquax certâ dominum te voce saluto:
Si me non videas, esse negabis avem.

Mensa citrea. XLVIII.

Accipe felices, [1] Atlantica munera, sylvas:
[2] Aurea qui dederit dona, minora dabit.

[1] Citreas mensas ex Atlante monte Mauritaniæ. [2] Si ex auro puro puto fieret mensa, minoris tamen esset pretii quam citrea.

* Canusinæ rufæ. XLIX.

[1] Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis:
Et placet hic pueris, militibusque color.

* Lanâ è Canusinâ: quæ subrufi coloris est. [1] Viri Romani utuntur vestibus fusci coloris, Galli rufis è lanâ Canusinâ: & tamen pueri nostri gaudent rufo hoc colore, ut & milites, ex instituto Laconum quibus hic color in bello placebat, ne per vulnera effluens sanguis, in vestibus alterius coloris incuteret suis terrorem, hostibus adderet animum.

Nives. L.

[1] Non potare nivem, sed aquam potare rigentem
De nive, commenta est ingeniosa sitis.

[1] Non aquam nivium, sed decoctam nive reconditam ac refrigeratam.

Caprea.

Caprea. LI.

[1] Respicit ad Virgilii versum. *Dumoid pendere procul de rupe videbo.*
[2] Al. *despicit.* [3] Inter venandum.

[1] *Pendentem summâ capream de rupe videbis,*
Casuram speres, [2] *decipit illa* [3] *canes.*

Accipiter. LII.

[1] Dolet sibi prædam ab aucupe, cui servit, ereptam: vide Lil. Gyrald. dialog. 6. lib. 1.

Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem
Decipit, & [1] *captas non sibi mœret aves.*

Fœnum. LIII.

[1] In quâ non est pluma. Al. leg. *Frondatu*, id est, frondibus.
[2] Farciatur. [3] Alii *fœno.*

[1] *Fraudatâ* [2] *tumeat facilis tibi culcitra* [3] *plumâ.*
Non venit ad duros pallida cura toros.

Persona Batava. LIV.

[1] Sum larva, persona seu vultus fictilis Batavi rufi. Pueris quippe terrori sunt larvati.

[1] *Sum figuli luxus rufi persona Batavi.*
Quæ tu derides, hæc timet ora puer.

Hercules Corinthius. LV.

[1] Ex ære Corinthio. Plin. l. 34. c. 9.
[2] Angues ab Here. in cunis elisos, & Hydram devictam, vel infantes in fabulis audiverunt.

[1] *Elidit* [2] *geminos infans, nec respicit angues.*
Jam poterat teneras hydra timere manus.

Livius

Livius in membranis. LVI.

Pellibus exiguis arctatur Livius [1] *ingens,*
Quem mea non totum bibliotheca capit.

[1] A ſtyli inſurgentis grandi-tate, an ab operis magnitudine & librorum 140. multitudine? vide Juvenal. Sat. 7. V. 98.

Saluſtius. LVII.

Hic erit, ut perhibent [1] *doctorum corda virorum,*
Primus Romanâ Criſpus in hiſtoriâ.

[1] Quintiliani l. 2. c. 5. & l. 8. c. 2. Senecæ Rhet. l. 9. decl. & controverſ. 25. l. 5. Corn. Tacit. 3. hiſt. Vell. Patere. hiſt. 2. &c.

Mel Atticum. LVIII.

Hoc tibi [1] *Theſei populatrix miſit* [2] *Hymetti*
Pallados [3] *à ſylvis nobile neſtar apis.*

[1] Attici, à Theſeo rege. [2] Montis Attici. [3] Præſidis Atticæ.

Favi Siculi. LIX.

Cum dederis Siculos mediis de collibus [1] *Hyblæ,*
[2] *Cecropios dicas tu licet eſſe favos.*

[1] Montis Sicilliæ. [2] Atticos à Cecrope rege.

Cocus. LX.

[1] *Non ſatis eſt artis ſolæ coco; ſervire palato,*
Atque cocus domini debet habere gulam.

[1] Turnebus interpungit. *Non ſatis eſt artis ſola Coco, ſervire palato, Atque cocus domini debet habere gulam.*

Lucanus. LXI.

[1] *Sunt quidam, qui me dicunt non eſſe Poetam:*
Sed qui me vendit bibliopola, [2] *putat.*

[1] Magis oratoribus quam poëtis adnumerat eum Fabius c. 1. l. 10. hiſtoricis alii. [2] Tum quia verſu ſcriptus ſum, tum quia vendibilis.

Catullus

Catullus. LXII.

Elegantes Antitheſeis.

TAntum magna ſuo debet ( ) Verona Catullo,
Quantum parva ſuo ( ) Mantua Virgilio.

Calices gemmati. LXIII.

1 Smaragdis. 2 Poculum aureum. 3 Eo Proceſſit luxus, ut multi gemmas digitis detractas poculis inſerant.

GEmmatum 1 Scythicis ut luceat 1 ignibus 2 aurum
Adſpice : 3 quot digitos exuit iſte calix !

Cryſtallina. LXIV.

1 Al. Peccat Securâ nimium, ſolicitâque manu : per diligentiam & curam æquè ac per negligentiam.

FRangere dum metuis frangis cryſtallina ! 1 peccant
Securæ nimium, ſolicitaque manus.

Calices vitrei. LXV.

1 Artificium Ægyptiorum in formandis vitreis calcibus diverſis coloribus, quos Adrianus Imp. *allaſontes* dixit. Vide Scalig. ad Propert. L. 4. 2 Fregit in ipſo opere.

ADſpicis 1 ingenium Nili : quibus addere plura
Dum cupit, ah! quoties 2 perdidit auctor opus!

In

In Amphitheatrum Cæſaris. LXVI.

[1] *Barbara* [2] *Pyramidum* [3] *ſileat* [4] *miracula*
* *Memphis*,
[5] *Aſſiduus jactet nec Babylona labor*;
Nec [6] *Triviæ templo* [7] *molles laudentur* [8] *honores*;
[9] *Diſſimuletque deum cornibus* [10] *ara frequens*;
Aere nec vacuo [11] *pendentia* [12] *Mauſolea*
Laudibus immodicis Cares [13] *in aſtra ferant*.
Omnis [14] *Cæſareo cedat* [15] *labor* [16] *amphitheatro*:
Unum [17] *præ cunctis fama loquatur* [18] *opus*.

1 Ad Græcorum diſtinctionem, quibus alii omnes Barbari. --*-- Nobiliſſima Ægypti civitas hodiè *Cairo*. 2 Moles haſce altiſſimas in ſepulchrorum uſum non ſine profuſâ opum oſtentatione reges Ægyptii extruxere, à quadratâ baſi decreſcendo aſcendentes in formam πυρὸς, unde & nomen: poſt Herodotum, Metam, Plinium, Solinum, Marcellinum, Diod. Siculum, &c. qui de his, lege Bellonium qui Pyramides quæ hodie viſuntur, ipſe dimenſus eſt. Lib. 2. obſerv. c. 42, 43, & 44. & Gravium ante omnes, qui de iis juſtum opus quæ Pyramidographia inſcribitur, confecit. 3 Signatè ad *Barbaros* & τερατώδες; vel, ſileat miracula, id eſt, non amplius miretur, habeatve pro miraculis. 4 Θεάματα, conſpicua ſeu ſpectanda propter artificium operæ, quæ ſeptem numerantur: quibus & alii ſeptena altera adnumerant; quorum duo Jovis Olympici templum & Coloſſus Rhodius, quoniam ad plenam enumerationem à poëta ſunt omiſſa, J. Scoppa cenſet voluiſſe Martialem hoc epigram. amphitheatrum quinque his ſtructuris anteponere, propter, 1. altitudinem, 2. celeritatem, 3. ſtatuas, 4. varietatem, & 5. nobilitatem quem vide Collect. l. 1. c. 29. 5 Eorum qui laudant, imo regum qui Babylona condiderunt, ſive urbis hortorum penſilium, murorumque amplitudinem reſpicias ſive aſſiduitatem operum: namque & ipſe murus, cujus ambitus 350 circiter ſtadiorum erat, intra annum abſolutus eſt, cum diebus ſingulis, ſingula perficerentur ſtadia: alii legunt *Aſſyrius*; minus rectè. 6 Dianæ Epheſiæ. 7 Propter molles Ionas & Deam, feſti ſummâ cum pompâ & mollitie celebratam. *Alii* propter ſigna affabre & ad vivum efficta. Virgil. *Spirantia mollius æra*; & Flaccus, *molles imitabitur æs capillos*. Verum locum hunc procul dubio corruptum luxatumque variæ Criticorum tentarunt manus, necdum ſaluti reſtituerunt. 8 Columnas, ſtatuas, ſigna, &c. *alii*, ſacrificia. 9 Non uſque adeò efferat, non tanquam divinum opus jactet, cum ab Amphitheatro mortali manu facto illam longè ſuperatam videamus. 10 Non Jovis Hammonis apud Naſamonas, quæ nec opibus nec ſtructura erat inſignis: vide Plutarch. lib. de animalium ſolertiâ, & in vitâ Theſei. & Politian. 52. Miſcellan. hujus meminit & Callimachus in hymno Apollinis. 11 Ad altitudinem 140 pedum ſublata columniſque innixa, ſummoque cacumini impoſitam quadrigam cujus equi ſuſpenſis aliis volare videbantur: ſuſpenſa autem dicebantur quæ ſuffulta erant. 12 Mauſoli regis Cariæ tumulum, monumentum illi ab uxore Artemiſiâ extructum. 13 Eleganter reſpicit ad τὸ *in aere pendentia*. 14 A Veſpaſiano auſpicato incœptoque, à Tito F. perfecto & dedicato. 15 Opus ſpecioſum. 16 In quo ederentur ſpectacula & venationes, abſque ſcenâ, ſedibus per gradus undequâque clauſo, in quibus loca 87000 ovali forma: ad cujus ſummitatem ægrè viſio humana pertingeret: vide Vitruvium. Marlianum. Lipſ. de Amph. &c. 17 Sic & MS. Bodl. Alii *pro*. 18 Amphitheatrum Cæſaris.

In opera publica Cæſ. LXVII.

1 Hic ubi 2 ſidereus 3 propius videt aſtra 4 coloſſus
Et 5 creſcunt mediâ 6 pegmata celſa 7 viâ;
9 Invidioſa feri 10 radiabant 11 atria 12 regis,
13 Unaque jam totâ ſtabat in urbe domus.
14 Hic ubi conſpicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles; 15 ſtagna Neronis erant.
16 Hic ubi miramur 17 velocia munera thermas,
18 Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.
19 Claudia diffuſas ubi porticus explicat 20 umbras,
21 Ultima pars aulæ deficientis erat.
Reddita Roma ſibi eſt; & ſunt, 22 te præſide, Cæſar,
23 Delicia populi, quæ fuerant domini.

1 In quartâ urbis regione. 2 Cui (dejecto Neronis capite) Veſpaſianus ſolis vultum, 12 radiis inſignem repoſuit dicavitque Soli Sidereo Deo. 3 Legitur & *propior*, eſtque *Patbos Metonymiçon*. 4 Statua quam ſibi Nero conſtruxerat altam pedes circiter cxx. 5 Extruuntur vel ex ſe ſurgunt, erant enim--6---machinæ αὐτοματοι quæ ex ſe in ſublime creſcebant aut rurſus decreſcebant. 7 In tertium aut quartum tabulatum elata. 8 Sacra. 9 Odioſa, inviſa iis quorum ædes interceperat incendiarius Nero, ut in uſum ſuum converteret. 10 Auro gemmiſque. 11 Domus priùs *Tranſitoria* mox incendio abſumpta reſtitutaque, *Aurea* nominata. Suet. Nero cap. 31. 12 Crudelis Tyranni Neronis, nomen autem regis ſemper Romanis inviſum. 13 Notum hoc è carmine illo, *Roma domus fiet, &c.* referente Suetonio Ner. cap. 39. Neronis enim domus à Palatio ad Eſquilias uſque pertinebant. 14 Inter Cœlium montem & Eſquilias. 15 Stagnum maris inſtar, circumſeptum ædificiis ad urbis ſpeciem. 16 In tertiâ urbis regione. 17 Celeriter extructa. 18 Incendio enim & ruinis patriæ domum ſibi extruxit, ad eamque arva, ſtagna, ſylvas, proſpectus, &c. Tacit. 15 Annal. 19 Quæ & Livia, aliis tamen à Liviâ diverſa. 20 Cum ſuas, tum vitis quæ ſubdiales inambulationes umbroſis pergulis opacabat. Plinius lib. 14. cap. 1. 21 Extrema pars domus Aureæ, id eſt, juxta Eſquilias in quintâ urbis reg. 22 Te imperatore. 23 Poſtquam opera & munera publica facta ſunt, quæ nuper in privatas delicias occuparat Nero.

De gentium confluxu & congratulatione. LXVIII.

Quæ tam ſepoſita eſt, quæ gens tam 1 barbara, Cæſar,
Ex qua ſpectator non ſit in 2 urbe tuâ?

1 Ex Græcorum diviſione mundi, quibus alii omnes Barbari dicti, imo ex ſuis qui non Μεσόγειοι incolebant, quive non ore rotundo, molliter & Atticè loquebantur. Ab aſperâ enim & incultâ pronunciatione Barbaros dictos cenſet Strabo lib. 14. J. C. Scalig. à *Bar* quod Arabicè *Deſertum* ſonat; more Hebræo geminato ad intentionem, Exerc. & in Theophr. de pl. 2 Sede imperiali, *vel* à te reſtituta.

Venit

Venit ab 3 *Orpheo* 4 *cultor Rhodopeius Hæmo,*
Venit & epoto 5 *Sarmata paſtus equo;*
Et qui 6 *prima bibit deprenſi flumina Nili,*
7 *Et quem ſupremæ* 8 *Tethyos unda ferit.*
Feſtinavit 9 *Arabs; feſtinavere* 10 *Sabæi;*
Et Cilices 11 *nimbis hic maduere ſuis.*
12 *Crinibus in nodum tortis venere* 12 *Sicambri,*
Atque 13 *aliter tortis crinibus Æthiopes.*
14 *Vox diverſa ſonat: populorum eſt vox tamen una*
Cum verus patriæ diceris eſſe pater.

3 Ad montem Hæmum Orphei parentes habitârunt. 4 Thrax agriculturæ ſtudioſus. Rhodope enim mons Thraciæ, *quaſi dicat, venere Boreales incolæ.* 5 *Tartari, Ruſſi, Poloni.* 6 *A Meridie.* Ægyptii & Afri apud quos Nilus primum fluere deprehenditur, neque enim fons Nili tum repertus. 7 *Ab occidente*, qui ad Heſperium litus ſiti. *Alii* Britanni, quorum littora, ut & ultima Thule maris fluctibus feriuntur. 8 Uxor Neptuni. *Metonym.* maris. 9 *Ab Oriente*, è Nabathæâ, id eſt, Petræâ & Scenitæ, id eſt, deſerta Arabia. 10 E Felici Arabia. 11 Κρόκῳ περιῤῥαίνειν croci aqua diluti aſperſionibus, quæ in theatro & Amphith. fiebant. Cilicia vero croco nobilis. 12 *Gualdri, Synecdoch.* Germani, quorum inſigne obliquare crinem nodoque ſubſtringere. Tacit. de Germ. & Juven. 13 *Madido torquentes cornua cirro.* A natura, vel ſolis ardore, cum Germani artificio cirrati ſint. 14 Lingua varia, acclamatio vero & mens eadem. M. S. Bodl. *Vox diverſa ſonat Populorum: & Vox tamen una eſt, Cum verus, &c.*

Ad Titum, quod expulerit delatores. LXIX.

1 *Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,*
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes.
2 *Tradita Getulis;* 3 *nec cepit arena nocentes;*
Et delator 4 *habet, quod dabat, exſilium.*
Exulat 5 *Auſoniâ profugus delator ab* 5 *urbe:*
6 *Impenſis vitam principis annumeres.*

1 Delatores, calumniatores fiſcales, qui, ſub Nerone divitum opibus inſidiati, eos quo jure qua injuria accuſationibus vexârant. 2 Relegata eſt in arenoſa & deſerta Africæ loca. Legunt alii *Traducta eſt Gyaris*, alii *Cybiris.* M. S. Bodl. *Geticis.* Lipſius cap. 11. lib. 2. de Cruce legit *Traducta eſt Titulus:* pro more noxiorum traducendi per forum ſeu Amphith. appenſis collo titulis & inſcriptionibus criminum: & Sueton. cap. 8. Titi. *Delatores aſſidue in foro fuſtibus & flagellis cæſos nouiſſime traductos per Amphitheatri arenam, partim ſubjici in ſervos aut venire, partim in aſperrimas inſularum avehi imperavit.* Traditi ſunt delatores Getulis, magiſtris ſcilicet leonum, ut eos inſi ſuis leonibus laniandos objicerent: quos tamen quum Arena non caperet, pulſi ſunt quidem in exilium. Scalig. & Scriv. 3 Tantus eſt delatorum numerus, ut vix capiat eos Amphith. imo vix inſulæ *Plinius in Panegyrico Trajani* 4 E talionis pœna, quæ veteribus, placuit. 5 Româ urbe, talæ ab Auſone Ulyſſis & Calypſus nepote. 6 Cunis, beneficiis, muneribus.

De

De Kal. April. qua die omnis venatio per mulieres confecta est. LXX.

Hoc cum sequenti Epigrammate ab imperitis Librariis confundebatur, & ex duobus unum confecerunt. Lemmata enim erant amissa, quæ ex optimo codice restituit Is. Vossius suis in Catullum observationibus p. 137.

Belliger invictis quod Mars tibi servit in armis,
Non satis est Cæsar; servit & ipsa [1] Venus.

1 Non satisfacit tibi Mars, sed mulieribus opus bellicum est peragendum, die Veneri sacratâ.

De Venatrice quæ Leonem primæ formæ venabulo excepit. LXXI.

1 Hercules interfecit vastæ molis Leonem in saltu Nemeo;---2--Sed nos vidimus Mulierem interficientem Leonem, haud quaquam minorem illo Nemeensi: Fœminis sub Nerone & Domitiano solitum erat in Arenam descendere: Tacit. Annal. 15. Sueton. Ner. c. 11. Juvenal. Satyr. 1. V. 24.

Prostratum vasta Nemees in valle leonem
Nobile & [1] Herculeum fama canebat opus,
Prisca fides taceat; nam post tua munera Cæsar,
Hæc jam [2] fœmineâ vidimus acta manu.

Pœna Laureoli. LXXII.

1 Caucaso.
2 Interdiu vescentem.
3 Noctu in pœnas renascenti jecore.
--4--Aquilam.
5 E Scotiâ, *Synecdoch.* in Septentrionalibus enim plagis ursi maximi & sævissimi.
* *Viscera.* Bodl. MS.

Qualiter in Scythicâ religatus [1] rupe Prometheus
[2] Assiduam [3] nimio pectore pavit [4] avem:
*Nuda [5] Caledonio sic * pectora præbuit urso,*
[6] Non falsâ pendens in cruce [7] Laureolus.
Vivebant laceri membris stillantibus artus,
[8] Inque omni nusquam corpore corpus erat.
** Denique supplicium dederat necis ille paternæ,*
Vel domini jugulum foderat ense nocens;

6 Non ficto dramate, in quo quis ursi pelle tectus (uti Nero apud Suetonium cap. 29) fictitium Laureolum dilaniare videretur; non in fictâ cruce, uti agebat Laureolum Lentulus (Juvenal. Satyrâ 8. judice) dignus vera cruce: sed verè totum corpus laceratus. 7 Damnatus ille Laureoli latronis ursо expositi mimum verè agens. 8 Totus eviscератus, carne nudatus, nil nisi vultus. Σχῆμ' ἄσωμον.
* Versus insequentes quatuor tanquam spurii relegantur ad nescio quem Panormitanum.

Templa

Templa vel arcano demens ſpoliaverat 9 *auro;*
Subdiderat ſævas vel tibi Roma faces.
10 *Vicerat antiquæ ſceleratus crimina famæ,*
In quo, quæ fuerat fabula, pœna fuit.

9 Ornatu, ſtatuis, vaſis templorum aureis, ἀναθήμασι, vel etiam privato auro templi cuſtodiæ causâ depoſito.

10 Admiſerat ſanè aliquod crimen Laureoli illius latrocinio gravius.

De Dædalo. LXXIII.

Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab urſo,
Quam cuperes pennas tunc habuiſſe tuas!

Simile quid de Icaro juxta Neronis ἀπαίσιον decidente, vide apud Tranquill. Ner. cap. 12.

De Rhinocerote. LXXIV.

Præſtitit exhibitus totâ tibi, Cæſar, arenâ,
Quæ non 1 *promiſit, prælia* 2 *rhinoceros,*
O quam terribiles exarſit pronus in iras!
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat!

1 *Deſperabantur prælia Martis*, a Cæſare ſcilicet promiſſi vult Joſ. Scalig. hic ergo legit *promiſti*. Quod mihi durius videtur quàm noſter dare aut etiam ferre potuerit. 2 Ingens bellua cui nomen dedit τὸ ἐπ' ἀκρᾳ τῇ ῥινὶ κέρας, ᾗ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ ἐ μέγα. Pauſan. lib. 9. quamvis & hæc relatio de a cornibus non ita gravi fide conſtet.

De Leone qui gubernatorem offendit. LXXV.

Læſerat 1 *ingrato leo perfidus ore magiſtrum,*
Auſus tam 2 *notas contemerare manus:*
Sed dignas tanto perſolvit crimine pœnas;
Et qui non tulerat verbera, 3 *tela tulit.*
4 *Quos decet eſſe hominum tali ſub principe mores,*
Qui jubet 5 *ingenium mitius eſſe feris?*

1 In cuſtodem, rectorem manſuetarium. 2 Magiſtri coercentis, vel fortè irritantis. 3 Venabula, jacula conficientium. 4 A minori. 5 Hemiſtichium ex Ovidiano illo, eleg. 10. lib. 1. *Turpe erit ingenium mitius eſſe feris.*

De ſue quæ ex vulnere peperit. LXXVI.

1 Suam amiſit, ſuculo dedit.
2 Quæ certo jaculatur, errare neſcit.
3 ευτοκωτατης.
8 Venatricis & obſtetricis.

Icta gravi telo, confoſſaque vulnere, mater
Sus, [1] *pariter vitam perdidit, atque dedit.*
O quam certa fuit librato dextera ferro!
Hanc ego [2] *Lucinæ credo fuiſſe manum.*
Experta eſt numen moriens [3] *utriuſque Dianæ,*
Quâque ſoluta parens, quâque peremta fera eſt.

De eâdem. LXXVII.

1 Partui Proxima. 2 Rectius legas *pignore.* Namque unicum peperit ſuculum, cæteri matris funere tumulati.
3 *Caſus ubique valet.*

SUS fera [1] *jam gravior, maturi* [2] *pignora ventris*
Emiſit fœtum, vulnere facta parens.
Nec jacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.
[3] *O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!*

De Hercule inſidente tauro ad cœlum rapto. LXXVIII.

1 Pegmate: πηγμα, machina quâ in ſublime rapiebantur perſonæ ſcenâ in aera, ut à Boreâ Orythia, ab Auroâ Memnon, ab anguibus Medea, &c.
2 Non tam machinamenti fuit artificium quam pii numinis aura, arti adſpirans. 3 Neptunia regna, maria. 4 Domitianum (credo) vel Domitiani effigiem Herculis habitu, quem ipſe affectavit, gentemque Flaviam referri voluit ad Reatinos & comitem Herculis: vide Sueton. Veſpaſ. c. 12. 5 Tauro huic ligneo Imperatorem ineluſum volunt nonnulli, ut quadret Schema cum Jove ſub ſpecie tauri: Verum nec placet, nec opus eſt: namque---6---A Cæſare exhibitus in ſpectaculo hic taurus. 7 Putat Rutgerſius hoc epigram. ad Aruntium Stellam, inter alia, ſcriptum fuiſſe, legendumque, *confer nunc, Stella, juvencos.* 8 Fac eos tuliſſe par onus, quod tamen non fuit: ille enim puellam, hic heroa, &c. 9 Ludit in ambiguitate vocis *alti*, quod aliquando pro cœlo, quandoque pro mari ſumitur. Jovis autem taurus Europam per mare, Cæſaris taurus Herculem per æra (quod mari altius) tulit.

*Raptus abit mediâ quod ad æthera tauru*s
arenâ;
[2] *Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus.*
Vexerat Europen [3] *fraterna per æquora taurus,*
At nunc [4] *Alciden* [5] *taurus in aſtra tulit.*
[6] *Cæſaris, atque Jovis confer* [7] *nunc ſchema: juvenis*
[8] *Par Onus ut tulerint;* [9] *altius iſte tulit.*

De

De ſupplice elephante. LXXIX.

Quod pius, & ſupplex elephas te, Cæſar, adorat:
Hic modo qui Tauro tam metuendus erat:
[1] *Non facit hoc juſſus, nulloque docente magiſtro,*
Crede mihi, numen ſentit & ille tuum.

1 Facit hoc non à magiſtro juſſus & edoctus ut alibi elephantes:

docile animal elephas & religioſum: Solem enim & Lunam naturæ inſtinctu adorat.

De tigride quæ leonem laceravit. LXXX.

Lambere ſecuri dextram conſueta magiſtri,
Tigris ab Hircano gloria [1] *rara jugo,*
Seva ferum rabido laceravit dente leonem:
Res nova, non ullis cognita temporibus.
Auſa eſt tale nihil ſylvis dum vixit in altis:
[2] *Poſtquam inter nos eſt, plus feritatis habet.*

1 Non ita frequens hoc adducta ex Hircaniis ſylvis; videturque reſſipere ad morem furripiendi catulos Tigridis; cum enim fœtus inſidiis ereptos videt, inſequitur raptorem animal perniciſſimum: ille unum abjicit è catulis, quem mater ad cubile reportat, rurſuſque raptorem in ſequenti alterum abjicit, mox tertium, &c. ita ille unicum vix nactus navim conſcendit. Plin. l. 8. c. 18. Solin. c. 21. 2 Ad nos tralata fortior & animoſior facta eſt.

Orpheus verè diſcerptus. LXXXI.

Quidquid in [1] *Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro*
Dicitur, exhibuit, Cæſar, arena tibi.
[2] *Repſerunt ſcopuli, mirandaque* [3] *ſylva cucurrit,*
Quale fuiſſe [3] *nemus creditur Heſperidum.*
Adfuit immixtum [4] *pecudum & genus omne ferarum*
Et ſupra [5] *vatem* [5] *multa pependit* [6] *avis.*

1 Threiciis vallibus ſeu plantitie ad Hæmum Rhodopenve, quæ ad ſimilitudinem veri theatri refert poeta, ut Ovid. 11 Metam. *Mænades Orphei titulum rapuere theatri.* 2 Hæc autem vel per machinamenta ὑποσυρόμενα, vel ab hominibus in truncis arborum ſcopuliſque latitantibus movebantur. 3 Horti aureis pomis, id eſt, citriis (ut refert è Jubæ commentariis Æmylianus apud Athenæum lib. 2. c. 6.) inſignes, quos habuerunt in extremâ Æthiopiæ parte filiæ Heſperi fratris Atlantis. 4 Al. *Pecori*: alii *pecudum genus atque ferarum*: ſed acutiori ſenſu retineatur vetus lectio: neque enim pecudes domeſticæ, ſed feræ Orpheum inſecutæ, quas voce illius blandâ citharæque ſono delinitas crederes pecudes. 5 Filo vel reti coërcitæ tenuiſſimo ne avolarent, aves multæ.

6 Malè vatis muſicam compenſanti.

Ipſe ſed 6 *ingrato jacuit laceratus ab urſo.*
Hæc tamen ut res eſt facta, ita ficta alia eſt.

De rhinocerote. LXXXII.

1 Feras ad pugnam irritare ſolebant ſtimulis, igne, flagellis, pilis, mappis. 2 Verentes ne in ſe beſtiam moverent, vel ne, ſi non moveretur in pugnam, populo diſpliceret qui lentas oderat pugnas. 3 Gemino cornu infeſtum urum. Iu legendum divinabat J. Douſa, aſſenſit Joſ. Scalig. exponit Pet. Scriv. non ut vulgo *urſum*.

1 *Solicitant* 2 *pavidi dum rhinocerota magiſtri,*
Seque diu magnæ colligit ira feræ,
Deſperabantur promiſſi prælia Martis:
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.
Namque 3 *gravem gemino cornu ſic extulit urſum,*
Jactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas.

De naumachiâ. LXXXIII.

1 Per itineris longinquitatem. 2 Qui jam primum ſpectas naumachiam, Neptuno ſacram, vel à Divo Cæſare exhibitam. 3 Prælium navale. Eſt autem Bellona, bellorum dea, Martis ſoror. 4 Expectes modo dum certamini finem faciant æquora emiſſa.

Si quis ades longis 1 *ſerus ſpectator ab oris,*
Cui lux prima 2 *ſacri muneris iſta fuit:*
Ne te decipiat ratibus 3 *navalis Enyo,*
Et par unda fretis; hîc modo terra fuit.
Non credis? 4 *ſpectes, dum laxent æquora Martem;*
Parva mora eſt; dices, hic modo pontus erat.

De Carpophoro qui viginti hircos pariter immiſſos confecit. LXXXIV.

1 Adoleſcentem Domitiano charum in παραμιξιας amphitheatrales deſcendentem. 2 Non eſſet hoſpitibus periculum ſe à Diomedis Equis diſcerptos eſſe.

Secula 1 *Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent,*
2 *Non Diomedis equos barbara terra ferat.*
* *Non Marathon taurum,* 3 *Nemee frondoſa leonem,*
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum.
Hoc armante manus 4 *hydræ mors una fuiſſet,*
5 *Huic percuſſa foret tota Chimæra ſemel.*

* Urbs illa Atticæ non timuiſſet Cretæum taurum, ab Herc. cæſum, quod tamen Theſeo adſcribitur. 3 Non ſylva Nemæa inter Cleonas & Philuntem timuiſſet leonem, non Arcadia aprum, quem confecit Hercules. 4 Repullulantibus capitibus creſcens malum uno ictu ſimul interfeciſſet. 5 Idem MS. Bodl. habet, *Hinc*, id eſt, ab hac manu, vel uno ictu periiſſet triforme illud monſtrum.

o Igni-

6 *Igniferos posset* 7 *sine Colchide vincere tauros:*
Posset utrumque ferum vincere Pasiphaes.
Si sit ut æquorei revocetur fabula Monstri
8 *Hesionem solvet solus &* 9 *Andromedam;*
10 *Herculeæ laudis numeretur gloria: plus est*
Bis denis pariter perdomuisse feras.

6 Al. *Æripedes*, melius legas *Ignivomos*. 7 Absque Medeæ ope & arte. 8 Laomedontis filiam ceto expositam quam asseruit Herc. 9 Cephei & Cassiopes filiam, quam ceto expositam liberavit Perseus. 10 Ite jam, subducite rationes, comperietis Herculis labores per omnem vitam non excessisse XII. numerum: Carpophorus uno spectaculo XX. straverit feras. Lemma autem quod Epigrammati præfigitur ex peranti quo codice restituit *Isaacus Vossius*, absq; quo Epigramma non satis bene antea erat intellectum.

De Prisco & Vero gladiatoribus. LXXXV.

Cum traheret Priscus, traheret certamina Verus,
Esset & æqualis Mars utriusque diu;
1 *Missio sæpe* 2 *viris magno clamore petita est:*
Sed Cæsar legi paruit ipse suæ.
Lex erat 3 *ad digitum positâ concurrere palmâ:*
Quod licuit, 4 *lances, donaque sæpe dedit.*
Inventus tamen est finis discriminis æqui;
Pugnavêre pares, succubuêre pares.
Misit utrique 5 *rudes, &* 6 *palmas Cæsar utrique:*
7 *Hoc pretium virtus ingeniosa tulit.*
Contigit hoc, nullo nisi te sub principe, Cæsar,
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

1 Missio erat quoties læsus aut victus victori eripiebatur à principe vel munerario ex faventiâ populi, quam significabat presso pollice. 2 Gladiatoribus. 3 Concursu digitorum à dimicatione palmam inter se sortiti. Pet. Scriverius quem vide. *Alii* sublato digito se victum agnoscere, *exp.*

4 Obsonia in lancibus & dona, ut reficeret animumque adderet gladiatoribus, vel populo quo patientius ferret longæ pugnæ moram. 5 Scipiones; quibus veterani gladiatores donati in signum magisterii, liberi ab arena in reliquam vitam pronunciabantur. 6 Præsentis certaminis præmia. 7 Missionem, palmam, & rudem.

Carmen festinatum. LXXXVI.

**Da veniam subitis: non displicuisse meretur,*
Festinat, Cæsar, qui placuisse tibi.

* Hæc disticha, vel mutila sunt & corrupta, vel Martialis non sunt, ex fragmentis illi adscribuntur.

Epigrammatum Delectus.

Liber Sextus.

E Veteribus Poetis.

CATULLUS.

Mittit libellum ſuum. I.

1 Genus Epigrammatum Catulli tenerum, delicatum, multis ita gratum, ut Catullum longè Martiali præferant, Cùm his alii prorſus ſentire non poſſunt. Ut enim, aiunt, in Catullo ſit aliquid ex iis quas illi mirantur virtutibus, ea tamen plerumque rerum inanitas eſt, ut iſtis vitiis abundè compenſetur, illa qualiſcunque, quâ commendatur, elegantia. Itaque teneritudinem illam Catulli multo Latinæ linguæ uſu exprimunt nonnulli: Martialis vim, acumen, ingenium pauciſſimi aut nulli adhuc expreſſerunt. 2 Hæc expoliebantur libri pellibus obducti. 3 Tranſpadanus ille & conterraneus Catulli, qui nobis ſcriptam reliquit Attici vitam. 4 Latina phraſis & Ciceroni uſurpata, ex Græco tamen ſumpta, τὰ ἐμὰ ἔπη ſignificat autem verſus ſuos à Cornelio exiſtimari alicujus pretii. 5 Idem tamen fecerat Atticus, ut ſæpe Cicero teſtatur in Epiſtolis: niſi fortè plura ſit amplexus illa Nepos quam Atticus, ut ſolus verè dici poſſit omnium temporum hiſtoriam in tres libros contuliſſe. 6 Exclamando lege. 7 Totum hunc libellum qualiſcunque ſit à me tibi oblatum accipe.

QUoi dono [1] lepidum novum libellum
Aridâ modo [2] pumice expolitum?
[3] Corneli, tibi: namque tu ſolebas
Meas [4] eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, cum auſus es [5] unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis,
Doctis, [6] Jupiter, & laboriosis!
Quare [7] habe tibi quidquid hoc libelli eſt, &

Qualecunque

Qualecunque, quod [8] *ô patroa virgo*
Plus uno maneat perenne ſæclo.

8 *Veſtam* auſpicatur, quæ Romanorum, patrona, huic enim primitiæ omnium rerum offerebantur, ſolebantque precantes hanc primo loco implorare *Patres* quoque dicitur, quoniam Dii qui à longâ progenitorum ſerie erant relicti, ita vocabantur; adi If. Voſſium in loc. p. 4.

Phaſeli laus & dedicatio. II.

[1] *Phaſelus ille, quem videtis, hoſpites,*
[2] *Ait fuiſſe navium celerrimus*
Neque ullius natantis [3] *impetum trabis*
Nequiſſe præterire, ſive [4] *palmulis*
Opus foret volare, ſive [5] *linteo.*
Et hoc [6] *nec aut minacis Adriatici*
[6] *Negare litus, inſulaſque Cycladas*
Rhodumve nobilem, horridamve Thraciam,
Propontida, trucemve Ponticum ſinum,
Ubi iſte, [7] *poſt phaſelus, antea fuit*
[8] *Comata ſylva. Nam Cytorio in jugo*
[9] *Loquente ſæpe ſibilum edidit* [9] *comâ:*
[10] *Amaſtri Pontica, &* [11] *Cytore buxifer*
Tibi hæc fuiſſe, & eſſe cognitiſſima
Ait Phaſelus: [12] *ultimâ ex origine*
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine,
[13] *Tuo imbuiſſe palmulas in æquore:*
Et inde tot per [14] *impotentia freta*
Herum tuliſſe, [15] *lævâ, ſive dexterâ*
Vocaret aura, ſive [16] *utrumque Jupiter*
Simul ſecundus incidiſſet [16] *in Pedem;*
Nec ulla vota litoralibus Diis
[17] *Sibi eſſe facta, cum veniret à mare*
Noviſſima hunc aduſque limpidum lacum.
Sed hæc prius fuere; nunc [18] *recondità*

1 Genus parvi navigii. 2 Ob celeritatem navigandi maximè nobile: ab hoc verbo *Vaſcello* Italorum deducitur: unde Galli naves *Vaiſſelles*, & nos *Veſſels* nuncupamus. Scilicet phaſelus, quem loquentem inducit. 3 Omnibus ſe ait navibus curſu & celeritate præſtitiſſe. 4 Remis; palmula. *The broad end of an Oar*; 5 Velis. 6 Ait fore ut hoc verum eſſe fateatur Adriaticum mare. 7 Qui deinde in Phaſelum compactus eſt. 8 Frondifera. 9 Frondibus ſibilantibus. 10 In vocativo lege: eſt autem civitas Ponti. 11 Mons ibidem. 12 A principio. 13 Tuis primam in aquis palmulus tinxiſſe. 14 Ferocia, periculoſa, regi neſcia. 15 Sive ventus dextrâ, ſive lævâ aſpiraret. 16 Pes in navi, chorda quâ vela tenduntur. Itaque ſenſus eſt: ſive Jupiter propitius utrumque velum tetendiſſet. 17 Se feciſſe; quo pateat integrum ſibi eſſe ut cui velit ſe dedicet. 18 In portum recepta.

19 Senescit. 20 Pollux.

19 *Senet quiete, seque dedicat tibi*
Gemelle Castor, & 20 gemelle Castoris.

Ad Marcum Tullium. III.

Disertissime Romuli nepotum
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli;
Quotque post aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit: pessimus omnium poeta;
Tanto pessimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Linteum repetit furto surreptum. IV.

1 Qua utebatur ad furandum, licet per jocum: simile exemplum refert Tacitus cujusdam Senatoris, qui cum à Claudio vocatus ad Cœnam surriperet vasa aurea, jussu ejusdem Claudii fictilibus postea acceptus est.
2 Veræ urbanitatis gnarus.
3 Pretio.
4 Monumentum. 5 Sætabis fluvius Hispaniæ, hinc Sætalia lintea.

Marrucine Asini, 1 manu sinistrâ
Non bellè uteris in joco, atque vino:
Tollis lintea negligentiorum.
Hoc falsum esse putas; Fugit te inepte.
Quamvis sordida res, & invenusta est.
Non credis mihi! Crede Pollioni
Fratri; qui tua furta vel talento
Multari vellet: est enim 2 lepôrum
Disertus puer; ac facetiarum.
Quare aut hendecasyllabos trecentos
Expecta, aut mihi linteum remitte;
Quod me non movet 3 æstimatione,
Verum est 4 μνημόσυνον mei sodalis.
Nam sudaria 5 Sætabe ex Iberâ
Miserunt mihi muneri Fabullus
Et Verannius: hoc amem, necesse est,
Ut Veraniolum meum & Fabullum:

Mali

Mali ſcripti jocoſa deteſtatio. V.

1 *NI te plus oculis meis amarem,*
Jucundiſſime Calve, munere iſto
Odiſſem te 2 *odio Vatiniano.*
Nam quid feci ego, quidve ſum locutus,
Cur me tot malè perderes poetis?
* *Iſti Dii mala multa dent clienti,*
Qui tantum tibi miſit impiorum!
Dii magni horribilem & ſacrum libellum!
Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum
3 *Miſti*; *continuo ut die* 4 *periret*
Saturnalibus, 5 *optimo dierum.*
Non, non hoc tibi, ſalſe ſic abibit.
Nam 6 *ſi luxerit, ad librariorum*
Curram ſcrinia. Caſios, Aquinos,
Suffenum, omnia colligam 7 *venena,*
Ac te 8 *his ſuppliciis remunerabor.*
Vos hinc interea, valete, abite
Illuc, unde 9 *malum pedem tuliſtis,*
Sæcli incommoda, peſſimi Poetæ.

1 Epigramma facetè ſcriptum, & vere Catullianum; è quo quatuor reſecuimus verſus obſcuros, & cæterorum lumini officientes.
2 Quo Vatinium proſequor; quo Vatinius dignus. Vide ejus Nebulonis elogium in Ciceronis Oratione adverſus ipſum ſcripta.
* Frequens execratio apud Comicos, præſertim Terentium; Qui illum omnes dii perduint. 3 Miſiſti. 4 Ut me ejus lectio conficeret. 5 Jucundiſſimo & ad voluptatem comparato.
6 Ubi primum poſtera dies illuxerit. 7 Mala Poemata. 8 Has à te pœnas exigam. 9 Potius exiſtimo *malum* legi per interjectionem phraſi uſitatâ; ut apud Ciceronem, *Qui ſunt, malum! iſti pindeniſſæ.* Epigramma hoc cæteroquin elegans, cum in optimam deſinat ſententiam; non nihil tamen inquinatur humiliore proverbio; quod vitii genus non omnino ſatis vereribus cautum eſt. Sed fortè nec inter ipſos humile cenſebatur. Utut ſit quiſquis hoc ad noſtram poeſim transferet, non mediocriter aberrabit a pulchro.

Vitia ſua nemo videt. VI.

SUffenus iſte, Varre, quem probè noſti,
Homo eſt venuſtus, & dicax, & urbanus,
Idemque longè 1 *plurimos facit verſus.*

1 Multorum in hoc vana jactatio qui non bona ſed plurima ſcribere geſtiunt, quos facetè Horatius paſſim illudit & præſertim Satyr. 4. de Lucilio loquens;

Nam fuit hoc vitioſus; in bovâ ſæpe ducentos,
Ut magnum, verſus dictabat, ſtans pede in uno.

Puto esse ego illi millia aut decem, aut plura
Perscripta, nec *sic, ut sit in* [2] *palimpsesto,*
[3] *Relata;* [4] *chartæ regiæ, novi libri,*
Novi [5] *umbilici, lora rubra,* [6] *membrana*
Directa plumbo, & [7] *pumice omnia æquata.*
Hæc cum legas, [8] *tum bellus ille, & urbanus*
Suffenus, unus caprimulgus aut fossor
Rursus videtur: [9] *tantum abhorret ac* [10] *mutat.*
[11] *Hoc quid putemus esse? qui modo* [12] *scurra,*
Aut si quid hâc re [13] *tritius videbatur,*
Idem [14] *inficeto est inficetior rure,*
Simul Poemata attigit: [15] *neque idem unquam*
Æque est beatus, ac poema cùm scribit:
Tam gaudet in se, tamque se ipse miratur.
Nimirum [16] *idem omnes fallimur; neq; est quisquam*
Quem non in aliquâ re videre [17] *Suffenum*
Possis. [18] *Suus cuique attributus est error;*
Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

2 Tabellarum erat genus, in quibus, quod scriptum erat, deleri poterat ut rursus in iisdem scribi posset, tabella deletitia, à παλιν rursus & ψαω sive ψαιω deleo. 3 Relata, perscripta. 4 Alio nomine, macronolon genus membranæ nobilioris. 5 Genus ornamenti libris jam perfectis addi solitum ex ligno, cornu, auro, aut aliusmodi materiâ, hinc locutio, *ad umbilicum perducere*, id est, ad absolutionem, perfectionem. 6 Membrana directa, *ruled Parchment.* 7 Pumice expoliebantur libri. 8 Tum ille qui modo videbatur elegans; nunc dum leguntur inepta planè & insulsa ejus carmina, caprimulgi aut fossoris officio dignior videtur quàm Poetæ. 9 Tantum ille in versibus à consuetâ ipsi in sermone elegantiâ desciscit. 10 Mutatur, neutrum pro passivo. 11 Undenam oritur talis error. 12 Urbanus, dicax, facetus. 13 Exercitatius, magis in dicteriis jaciendis contritum, puto enim accipi in bonam partem. 14 Inficetus idem est quod infacetus, inurbanus, ut sit sensus; Suffenum qui modo videbatur urbanus, simul ac poemata attigit, ipso rure rusticiorem, minus urbanum. 15 Et tamen ille nusquàm sibi magis placet quàm cum versus pangit. 16 Eodem quo ille nos errore deludimur; in nostris vitiis dignoscendis cæci sumus. 17 Sua ineptè mirantem, nec propria vitia cognoscentem. 18 Nota fabula quam breviter Phædrus l. 4. *Peras imposuit Jupiter nobis duas.*

Ineptus Risus. VII.

Egnatius quod candidos habet dentes
[1] *Renidet usquequaque:* [2] *seu ad rei ventum est*
Subsellium, cùm orator excitat fletum,
Renidet ille: [3] *seu pii ad rogum filî*
Lugetur, orba cum flet unicum mater,
Renidet ille: quicquid est, ubicunque est,

1 Ut candorem dentium ostentet. 2 Cum in judicium venit ut advocati munere fungatur. 3 Major ex pii filii morte luctus, major etiam ex unici.

Quodcunque

Quodcunque agit, renidet: Hunc habet morbum
Neque elegantem, ut arbitror, neque urbanum:
Nam risu inepto res ineptior nulla est.

In maledicum. VIII.

QUænam te mala mens, miselle Ravide,
Agit præcipitem in meos iambos?
Quis Deus tibi [1] *non bene advocatus*
Vecordem parat excitare rixam?
[2] *An ut perveniat in ora vulgi?*
Quid vis? Qualubet esse notus optas?
[3] *Eris: quandoquidem meam superbe*
Diu jam patientiam fatigas.

1 Non legitimo ritu placatus. 2 An avidus ea famæ qualiscunque, etiam malæ? 3 Supple notus, & meâ quidem operâ, qui te per urbem insignem cantari faciam, ut ait Horatius.

Jocus in malum scriptum. IX.

[1] *O Funde noster,* [2] *seu Sabine, seu Tiburs.*
Nam te esse Tiburtem autumant, quibus non est
Cordi Catullum lædere: at, quibus cordi est,
[3] *Quovis Sabinum pignore esse contendunt.*
Sed seu Sabine, sive verius Tiburs,
Fui libenter in tuâ suburbanâ
Villâ, malamque pectore expuli tussim:
[4] *Non immerenti quam mihi meus venter,*
Dum sumptuosas appeto, dedit, cænas.
Nam [5] *Sextianus dum volo esse convivа,*
Orationem in Attium petitorem
Plenam veneni, & pestilentiæ, legit.
Hic me [6] *gravedo frigida & frequens tussis*
Quassavit, usque dum in tuum sinum fugi,
Et me recuravi [7] *ocymoque & urticâ.*

1 Quinque illi primi versus nihil ad rem prorsus, nec nostros ferremus ita nugantes; verum hæc venia antiquis concedatur. 2 Tiburtis agri amœnitas celebrata, Sabini non adeo. Et ob hanc causam fortè poëta mavult fundum suum esse Tiburtem quàm Sabinum. Vel etiam fortè quod Sabinus ager vectigalis vel militibus attributus. De amœnitate Tiburtis vide Horat. od. l. 2. *Laudabunt alii*

clarum Rhodon aut Mitylenen. 3 Parati sunt quovis pignore oppositio de hoc pugnare. 4 Quia dum voluptati & palato nimis consulo, valetudini atque auribus non peperci. 5 Sextii pro quo extat oratio Ciceronis. 6 Genus est catarrhi. 7 *Basil. Herba expurgandis pulmonibus idonea.*

Quare

Quare refectus maximas tibi grates
Ago, meum non es ultus peccatum:
Nec deprecor jam, si nefaria scripta
Sextî [8] *recepso, quin gravedinem, & tussim,*
[9] *Non mi, sed ipsi Sextio ferat frigus:*
Qui tunc vocat me, cùm malum legit librum.

8 Recepero.
9 Putas hunc sibi imprecaturum mala; at elegantius imprecationem vertit in Sextium.

Ad seipsum de adventu veris. X.

Jam ver egelidos refert tepores,
Jam cæli furor æquinoctialis,
Jucundis Zephyri silescit auris.
Linquantur Phrygii, Catulle, campi,
Nicææque ager uber æstuosæ.
Ad claras Asiæ volemus urbes.
Jam mens prætrepidans avet vagari:
Jam læti studio pedes vigescunt.
O dulces Comitum valete cœtus
Longè quos simul à domo profectos,
Diversos variæ viæ reportant.

Epigramma versibus satis elegans, jejuno & exiguo sensu. Hominis improborum felicitatem indignè ferentis brevem & jucundam imaginem continet.

Ad seipsum de Strumâ & Vatinio. XI.

Quid est, Catulle, quid moraris emori?
Sella in curuli [2] *Struma Nonius sedet:*
[3] *Per consulatum pejerat Vatinius.*
Quid est, Catulle, quid moraris emori?

1 Quod insigne fuit nobilium magistratuum. 2 Prætor hoc nomine, verè struma civitatis & fœda cicatrix. 3 Vatinius operâ Pompeii Consul fuit. Hic ergo per suum consulatum pejerabat: nunquam enim verè jurabat.

De Arrio vocales asperante. XII.

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias:
Et tum mirificè sperabat se esse locutum,
Cum quantum poterat dixerat hinsidias:

Credo

Multis Epigramma hoc valdè facetum, imò etiam Quintiliano nobile visum.

Credo sic mater, sic Liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia:
Hoc misso in Syriam requierant omnibus aures;
Audibant eadem haec leniter & leviter:
Nec sibi postillâ metuebant talia verba
Cum subito affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
Jam non Ionios esse, sed Hionios.

Ego viros eruditissimos vidi qui illud infra mediocria dejicerent. Lusus enim tenuis in homine blæso vocales asperante; quod genus obvium & perfacile, nec valdè urbanum est.

Amantium furor. XIII.

Odi & amo, quare id faciam fortasse requiris,
Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.

1 Commentarii loco esse possunt Terentiani versus, ex quibus dictiehum illud expressum est;

O indignum facinus! Nunc ego
Et Illam scelestam esse & me miserum sentio,
Et taedet & amore ardeo; & prudens, sciens,
Vivus, videnſque pereo; nec quid agam scio.

In Cæsarem. XIV.

Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere,
Nec scire utrum sis albus, an ater homo.

1 Contumeliarum maximâ scilicet contemptu, hic ulciscitur Cæsarem.

E variis Poetis Antiquis.

CICERO.

Jocus in fundum Varronis. XV.

Epigramma ex genere hyperbolicorum, quod totum parùm elegans esse ostendimus in Præfatione; relictum tamen ad exemplum eorum quæ sine causâ mirata est vetustas: laudatur enim à Quintiliano quasi facetum. Nisi forte ille Ciceroni parcere voluit: Nam præclarè idem continuò admonet l. 8. c. ult. non alio genere dicendi magis in cacozeliam iri quam illo hyperbolico. a Situla genus vasis ad hauriendam aquam; a *Bucket:*

[1] *FUndum Varro vocat quem possim mittere fundâ,*
Ni tamen exciderit quâ cava funda patet,
Extractam puteo [2] *situlam cum ponit in horto*
Ulterius stândi non habet ille locum.

Laureæ Tullii liberti Ciceronis, in fontes calidos salubres oculis, qui post obitum Ciceronis in ejus villa eruperunt. XVI.

Epigramma hoc ob ipsius celebritatem in hanc collectionem inseruimus. Est tamen ex vitioso falsorum genere de quo multa in præfatione. Prorsus enim de sanandis eorum qui Ciceronem legerent oculis, in patefaciendo illo fonte, natura cogitaverat, nunquam repertum est in scriptis Plinii majoris lib. 31. c. 2.

QUo tua, Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylva loco melius surgere jussa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ.
Languida quæ infuso lumina rore levant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hâc fontes cùm patefecit ope;
Ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

VIR.

VIRGILIUS.

Laus Auguſti poſt victoriam Actiacam. XVII.

1 *Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè:*
Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.

1 Ne Virgilii Poetarum Principis nulla hic mentio fieret, viſum eſt hoc epigramma referre ab Auguſto quondam totoque Romano Populo mirificè laudatum. Cujus autorem cùm requireret Bathyllus quidam mediocris Poeta, tacente Virgilio, ſibi illud adſcripſit. Quamobrem donatus honoratuſque à Cæſare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, valvis Auguſti affixit quatèr hoc principium, *Sic vos non vobis.* Poſtulabat Auguſtus ut hi verſus complerentur. Quod cum fruſtra cæteri conati eſſent, Virgilius præpoſito diſtichо ſubjunxit.

Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Sic vos non vobis vellera fertis oves:
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

SENECA.

De temporum mutabilitate. XVIII.

* *Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit:*
Omnia ſede movet, nil ſinet eſſe diu.
Flumina deficiunt, profugum mare littora ſiccat,
1 *Subſidunt montes, & juga celſa ruunt.*
Quid tam parva loquor? 2 *moles pulcherrima cæli*
Ardebit flammis tota repentè 3 *ſuis.*
Omnia mors poſcit. 4 *Lex eſt, non pœna, perire.*
Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

* Hoc Epigramma verſibus nobile, materiâ excelſum, non tam acumine quam perpetuâ quâdam majeſtate commendatur. 1 Aliquid ex hujus verſus pulchritudine detrahit, quòd duo illius membra idem ſignificare videantur. 2 Quædam apud Ethnicos mundi per conflagrationem diſſolvendi opinio vigebat, à ſacris fortè literis hauſta aut traditione propagata. 3 Suis, id eſt ex ipſius orbis incendio erumpentibus. 4 Falſum ſi de hominibus intelligas, quos non natura, ſed peccatum morti mancipavit; ſed ita ferebat gentilium ætas. Mira autem brevitas & vis in hâc ſententiâ. *Lex eſt, non pœna, perire.*

Magnatum

Magnatum consortia fugienda. XIX.

*Pulcherrimum Epigramma ex intimis hominum sensibus & affectibus ductum, innatæ omnibus superbiæ superiorum impatienti suaviſſimè blandiens, nobili, excelsâ & verâ sententiâ conclusum.

*Ingentes dominos, & [1] famæ nomina clara,
Illustrique [2] graves nobilitate domos,
Devita, & longè cautus fuge, [3] contrahe vela,
Et te littoribus cymba propinqua vehat.
[4] In plano tua sit semper fortuna, [5] pareſque
Noveris. Ex alto magna ruina venit.
Non benè cum parvis junguntur grandia rebus.
Stantia namque [6] premunt, præcipitata [7] ruunt.
Mitte superba pati fastidia, spemque caducam
Despice; [8] vive tibi, nam moriere tibi.

1 Homines famâ celebratos. 2 Onerosas, an potius amplas & magnas. 3 Cave nè totis velis ventus acceptus in altum te efferat; infra mediocritatis tuæ limites te cohibe. 4 Non in lubrico, non in prærupto loco undè timeatur casus. 5 Paribus te adjunge. 6 Oneri & molestiæ sunt. 7 In eandem ruinam secum te trahunt, obruunt. Activè dictum puto, *ruunt*, ut & *summas salis æra ruebant*. Virg. 8 Expressit inde Tertullianus suum illud dictum; *Nemo alii nascitur, monitorus sibi.*

Seneca in Corsicâ exulans. XX.

Mediocre Epigramma quod excerpendum duximus ad ostendendam Senecæ exulantis mollitiem & infractionem.

Barbara præruptis inclusa est Corsica saxis,
Horrida, desertis undique vasta locis.
Non poma Autumnus, segetes non educat æstas:
Canaque Palladio munere bruma caret:
Umbrarum nullo ver est latabile fœtu,
Nullaque in infausto nascitur herba solo:
Non panis, non haustus aqua, non ultimus ignis.
Hîc sola hæc duo sunt, exul, & exilium.

Ejusdem exulis querela. XXI.

Et hoc Epigramma eodem etiam consilio selectum.

Occisi jugulum quisquis scrutaris amici
Tu, nec dùm miserum me satis esse putas:
Desere confossum: victori vulnus iniquo
Mortiferum impressit mortua sæpè manus.

Exulis

Exulis Senecæ querela. XXII.

Quisquis es (& nomen dicam? dolor omnia cogit)
Qui nostrum cinerem nunc, inimice, premis:
Et non contentus tantis, subitisque ruinis
Stringis in extinctum tela cruenta caput:
Crede mihi, vires aliquas natura sepulcris
Attribuit, tumulos vindicat umbra suos.
Ipsos, crede, Deos hoc nunc tibi dicere, [1] Livor,
Hoc tibi nunc, Manes dicere, crede, meos:
Res est sacra miser: noli mea tangere fata,
[2] Sacrilega bustis abstinuere manus.

In hoc Epigrammate præter magnificentiam quandam & incitationem, præcipuè afficit animos legentium hic versus *Res est sacra miser*. Nam quia quisque veretur fieri miserum, ideò sacrari in eorum conditionem mirificè gaudet. Discant indè lectores illud quod in poematis vel libris & scriptis vocant delectabile, nihil aliud esse, quàm verba & sententias legentium affectibus attemperatas, quas qui solertiùs eruit & exhibet, hic porentiùs movet & validiùs delectat. 1 Livor, id est, livide, ut scelus pro scelerato. 2 Et jam sacrilegi à violandis tumulis abstinent.

In Malignè jocantem. XXIII.

Carmina mortifero tua sunt suffusa veneno,
Et sunt carminibus pectora nigra magis:
Nemo tuos fugiat, non vir, non fœmina dentes,
Haud puer, haud ætas undique tuta senis.
Utque furens totas immittit saxa per urbes
In populum: sic tu verba maligna jacis.
Sed tu, per jocum, dices, unumque quid ad rem,
Si plorem, visus si tuus ista facit?
Quarè tolle jocos: non est jocus esse malignum.
Nunquam sunt grati, qui nocuere sales.

In hoc Epigrammate præcipuè notanda extrema sententia, de quâ diximus in præfatione, cum totum genus malignorum Epigrammatum rejiceremus.

INCER-

INCERTORUM AUTORUM.

Judicium de Virgilio. XXIV.

Vulgare dictum continet non inconcinnè expressum quod Quintilianus sic extulit l. 10. c. 1. *Utor* inquit, *iisdem verbis quæ ex Afro Domitio Juvenis accepi, qui mihi interroganti quem Homero crederet maximè accedere: Secundus, inquit, Virgilius est, propior tamen primo quam tertio.* Is antiquorum fuit de Virgilio & Homero sensus, quorum hâc in parte judicium valdè requirit Scaliger, & cum Scaligero ferè omnes.

De numero vatum si quis seponat Homerum,
Proximus à primo tum Maro primus erit;
Et si post primum Maro seponatur Homerum:
Longè erit à primo, quisque secundus erit.

Illustres Græciæ ruinæ. XXV.

Epigramma grandi nec ambitioso ornatu. Ex eorum genere quæ tota splendida acumen nec habent nec requirunt. 1 Id est malè usâ & fine modo.

Græcia bellorum longâ succussa ruinâ
Concidit, 1 immodicè viribus usa suis.
Fama manet; fortuna perit; cinis ipse jacentis
Visitur: & tumulo est nunc quoque sacra suo.
Exigua ingentis retinet vestigia famæ:
Et magnum infelix nil nisi nomen habet.

De eodem argumento. XXVI.

Eodem argumento quo superius, eodem ferè stilo & ornatu: pungit aliquantò acrius extremus versus, non indecorum ex audaci metaphorâ leporem captans. Sed quid Poëtam mirere? cum audaciùs adhùc in solutâ oratione Sulpitius ruinas urbium, earum dixerit esse *cadavera*. Eodem quoque spiritu dixit Sannazarius *de Part. Virg. Cum regna palàm moriantur & urbes.* 1 Ita dictæ à Ceerope rege biformi. 2 Multis in causis ut cum Neptunus & Minerva ut de imponendo illi nomine certarent; Mars ut in Areopago Judicaretur. Mitto alias fabellas quæ hic congeri possunt. 3 Agamemnonias arces, id est Mycenas. 4 Victâ urbe Trojâ quam Rex Mycenarum Agamemnon expugnavit.

Quisquis 1 Cecropias hospes cognoscis Athenas,
Quæ veteris famæ vix tibi signa dabunt:
Hasne 2 Dei, dices, cælo, petière relicto?
Regiaque innumeris hæc fuit una Deis?
Idem 3 Agamemnonias, dices, cum videris, arces:
Heù victrix 4 victâ vastior urbe jaces!

Hæc sunt, quas meritò quondam est mirata vetustas.
Magnarum rerum magna sepulchra vides.

Boni infelices, Impii felices. XXVII.

Marmoreo [1] *Licinus tumulo jacet: & Cato parvo:*
Pompeius nullo. [2] *Credimus esse Deos?*

1 In hunc sensum erumpebant obscurati Gentilium animi, quoties improbos felices, probos autem infelices animadverterent. 2 Ad christianos illustris utrobique videtur Dei Providentia, sive bonos temporariis flagellis probet, & ad contemptum terrenæ felicitatis erudiat; sive malorum quædam benefacta caducis beneficiis remuneretur, aut malas eorum cupiditates, concessâ ad tempus eorum quæ expetunt usurâ, ulciscatur.

In Cappadoces. XXVIII.

Vipera Cappadocem malè sana momordit; at ipsa
Gustato periit sanguine Cappadocis.

Aiunt viperis letiferum esse Cappadocum sanguinem, quod brevitèr duobus versiculis expressum non piguit referere.

Decoctoris jocus. XXIX.

Cum sua decoctor subeuntem limina furem
Quærere speratas nocte videret opes:
Nocte quid in nostris circumspicis ædibus? inquit,
Hîc ego nil mediâ cernere luce queo.

Epigramma satis facetum, nec longè accersito sale conditum.

De Acone & Leonilla. XXX.

[1] *Lumine Acon dextro; capta est Leonilla sinistro,*
Et potis est formâ vincere uterque Deos.
Blande puer lumen quod habes, concede parenti:
Sic tu cæcus Amor; sic erit illa Venus.

1 Epigramma à multis celebratum, nec immerito; Nam enim sua elegantia, suo pretio caret.

Fratricidia.

Fratricida. XXXI.

1 A partibus ſtans melioribus. 2 Saltu ſe in hoſtilem ratem injicere. 3 Damno ſuo fœlix, victoriâ impius. Tumulo, neci dedat.

MÆvius à caſtris miles [1] melioribus, auſus
[2] Hoſtilem ſaltu præcipitare ratem:
In damnum felix, & [3] victor ut impius eſſet,
Neſcius occiſo fratre ſuperbus erat.
Dum legit exuvias, hoſtiliaque arma revellit,
Fraternos vultus oraque nota videt.
Ille ferox; quid lenta manus nunc denique ceſſas?
Juſtius hoſte tibi, qui moriatur, adeſt:
Fraternam res nulla poteſt defendere cædem:
Mors tua ſola poteſt, morte levanda tuâ eſt.
Vixímus adverſis, jaceamus partibus îſdem,
Dixit, & in dubio eſt utrius enſe cadat.
Enſe meo moriar maculato cæde nefandâ?
Cui moreris, ferrum quo moriare, dabit.
Dixit & in fratrem fraterno concidit enſe;
Victorem & victum condidit una manus.

EX ANTHOLOGIA GRÆCORUM POETARUM.

Spartana fugacem filium interficiens. XXXII.

Ex genere hiſtoricorum eſt, in quibus utilitas magis quàm elegantia ſpectata eſt.

A Bello reducem natum Spartana, petentem
Cum vidit celeri patria tecta pede,
Irruit, & nudi pectus tranſverberat haſtâ,
Et ſuper occiſo maſcula verba dedit;
Quin morere, ô Spartæ, dixit, non vera propago,
O mentite genus, & patris, & patriæ!

Ubique

Ubique labor. XXXIII.

Ecquam quisque viam vitæ secet? acria tantùm;
Jurgiaque & lites aggerit omne forum:
Cura domi est, & rure labor; maris æquor aranti
Horror adest; peregrè si quid habes, metus est;
Si nihil, hoc miserum; sequitur connubia tristis
Anxietas; careas conjuge, solus eris:
Sollicitat soboles, orbatque carentia prolis:
Stulta juventa fere est, firma senecta parùm:
Alterutrum ergò optes, aut numquam in luminis oras
Venisse; aut natum morte repente frui.

Satis eleganter hoc epigramma humanæ vitæ miseriaspingit, Nec aliter sentire debuerunt qui nullo fidei lumine imbuti, cùm mala quibus hic premimur ignorare non possent, de felicitate alterius vitæ cogitare non potuerunt. Ausonius item hoc argumentum venustè quidem, sed latius persecutus est, & ob eam causam locum hic habere non potuit.

Hercules custos fure non melior. XXXIV.

Optimus Alciden aries, vel pinguior agnus
Placat, & in toto victima lecta grege:
At fugat ille lupos: sed si custosve, lupusve
Custodita vorat, [1] quid pepulisse juvat?

[1] Quid profuit lupos abegisse?

Avarus. XXXV.

Ditis opes retines, animum sed pauperis: ergo
Hæredi dives, pauper es ipse tibi.

Niobe. XXXVI.

Iste Sepulchrum intus cadaver non habet:
Extrà, Sepulcrum non habet cadaver hoc:
Imo Sepulcrum ipsa, & cadaver est sui.

Cogita Niobem lapidem factam, nec te fallet hoc acumen, ex ipsa quidem materiâ natum, non laboriosè quæsitum, nec tamen exquisitum.

Alexandri

Alexandri ſtatua. XXXVII.

Aliquid habet magnifici, non aſſurgit tamen ultra mediocria.

FOrtis Alexandri vultum Lyſippus, & audax
Expreſſit pectus; vis, puto, in ære latet:
Æmulus ille Jovem ſic compellare videtur;
Ceſſit terra mihi; Jupiter aſtra cole.

CLAUDIANUS.

In ſphæram Archimedis. XXXVIII.

Sphæram vitream fabricarat Archimedes Mathematicorum princeps in quâ cœlestes motus cernebantur, curſumque ſuum peragebant aſtra, tam inerrantia quàm erratica. Hoc opus ita nobile habitum eſt ut ejus imago Sepulchro Archimedis ſuperpoſita ſit. Quâ notâ Cicero ignoratum à popularibus Archimedis ſepulchrum detexiſſe ſe gloriatur l. 5. Tuſcul. *Ita*, inquit, *nobiliſſima Græciæ civitas quondam, imo etiam doctiſſima, fui civis unius acutiſſimi monumentum ignoraſſet, niſi ab homine Arpinate didiciſſet.*

JUpiter in parvo cum cerneret æthera vitro,
Riſit, & ad ſuperos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ?
Jam meus in [2] *fragili luditur* [3] *orbe* [1] *labor.*
[3] *Jura poli,* [4] *rerumque fidem,* [5] *legeſque Deorum,*
Ecce Syracoſius tranſtulit arte ſenex.
[6] *Incluſus variis famulatur ſpiritus aſtris,*
Et [7] *vivum certis motibus* [8] *urget* [7] *opus.*
[10] *Percurrit proprium* [9] *mentitus* [9] *ſignifer annum,*
Et ſimulata novo [11] *Cynthia menſe redit,*
Jamque ſuum volvens audax induſtria mundum
Gaudet & humanâ ſydera mente regit.
Quid falſo [13] *inſontem tonitru* [12] *Salmonea miror?*
Æmula naturæ parva reperta manus.

1 Mundi machina. 2 Sphærâ vitreâ. 3 Cœli motus rato ordine procedentes. 4 Naturæ conſtantiam & æqualitatem. 5 Leges à Deo mundo impoſitas, à quibus ille nunquam diſcedit. 6 Diceres in hâc ſphæra, quendam veſuti animum & mentem eſſe. 7 Quod ex motu vivum eſſe poſſis putare. 8 Movet. 9 Zodiacus in ſphærâ expreſſus. 10 Percurrere Zodiacum dixit, pro eo quod erat à planetis ipſum percurri. 11 Luna in hâc ſphærâ ſingulis menſibus renovatur. 12 Regem Elidis qui eum Jovis tonitru, ære, & cornipedum curſu ſimularet equorum, à Jove ictus fulmine interiit, ità Poetæ fabulantur. 13 Qui præ Archimede inſons fuit, eum ipſe ſolum tonitru, hic totum mundum maximum Dei opificium ſimulaverat.

AUSO.

AUSONIUS.

Modeſtè fortunâ utere. XXXIX.

Fama eſt fictilibus cœnâſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpe onerâſſe luto.
Fercula gemmatis cùm poneret horrida vaſis:
Et miſceret opes pauperiemque ſimul:
Quærenti cauſam, reſpondit: Rex ego qui ſum
Siciniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reverenter habe, quicumque repentè
Dives, ab exili progrediere loco.

Hiſtoricum Epigramma ſatis utili ſententia concluſum. Ne inſolenter fortunâ tuâ abutaris, ſed modeſtè ac verecundè eâ frue; Ità eſto quod es, ut memineris qui fueris.

Venenum veneno pulſum. XL.

**Toxica Zelotypo dedit uxor mœcha marito:*
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum:
Miſcuit argenti lethalia pondera vivi:
Cogeret ut celerem vis geminata necem.
Dividat hæc ſi quis, faciunt diſcreta venenum,
Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.
Ergò inter ſeſe dum noxia pocula certant,
Ceſſit lethalis, noxa ſalutifera.
Quam pia cura Deum! prodeſt crudelior uxor.
Et cum fata volunt, bina venena juvant.

* Hiſtoricum.

1 Si quis ſeorſim vel toxicum ſumat, vel argentum vivum.

Echo ad pictorem. XLI.

Vane, quid affectas faciem mihi [1] *ponere, pictor,*
[2] *Ignotamque oculis ſollicitare deam?*
[3] *Aeris & linguæ ſum filia, mater* [4] *inanis*
Indicii, vocem quæ ſine mente gero.

1 Simulare & effingere. 2 Cur mihi oculis tuis moleſtiam faceſſis? Cur me oculis tentas attingere, quæ oculis certi non poſſum? 3 Echo enim eſt vox repercuſſa: vox aër a lingua ad palatum dentesque colliſus. Eximiè Virg. Vociſque offenſa reſultat imago. 4 Inane indicium dicit, quia mente carens; vox enim hominis hoc ſenſu inanis dici non poteſt, quia cum mente conjuncta eſt.

5 Omnes quidem syllabas repetit Echo, sed extremæ tantùm audiuntur, quia vox loquentis impedit ne simul cùm illâ exilior sonus ab Echo repercussus audiatur. 6 Quæ penetrat & pervadit aures.

5 *Extremos pereunte modos à fine reducens,*
Ludificata sequor verba aliena, meis.
Auribus in vestris habito 6 *penetrabilis echo:*
Et si vis similem pingere, pinge sonum.

De varietate fortunæ. XLII.

Facetus eventus.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum;
Thesaurique loco deposuit laqueum.
At qui conditerat postquam non repperit aurum:
Aptavit collo, quem reperit laqueum.

Spartanarum mulierum fortitudo. XLIII.

1 Extremæ erat infamiæ clypeum abjicere. 2 Scilicet mortuus: mortuos enim super clypeos referebant. De illâ matrum Lacænarum fortitudine vide Auguſt. Ep. 38.

Mater Lacæna clypeo obarmans filium,
1 Cum hoc, inquit, aut 2 in hoc redi.

Ad Philomusum Grammaticum. XLIV.

Emptis quod libris tibi bibliotheca referta est:
Doctum, & Grammaticum te, Philomuse, putas?
Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde;
Mercator hodiè, cras citharœdus eris.

Tabula Rufi. XLV.

2 Nempe tacet.

Hæc Rufi tabula est? nil verius; ipse ubi Rufus?
In cathedrâ, quid agit? 2 Hoc, quod & in tabulâ

De

De Diogene Cynico Philoſopho. XLVI.

Historicum.

PEra, polenta, tribon, baculus, ſcyphus, arcta ſupellex
Iſta fuit Cynici: ſed putat hanc nimiam.
Hamque cavis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, ſcypha, te dixit, geſto ſupervacuum?

Ad Notarium velociſſimè excipientem. XLVII.

* Non inſcitè hoc epigrammate deſcribitur ars nobiliſſima, & magnæ utilitatis, quæ temporum injuria, & hominum negligentia intereidit.

* PUer notarum præpetum,
Solers miniſter advola.
Hiatens pugillar expedi,
Cui multa fandi copia.
Punctis peracta ſingulis,
Ut una vox abſolvitur.
Evolvo libros uberes
Inſtarque denſæ grandinis,
Torrente linguâ perſtrepo.
Tibi nec aures ambigunt,
Nec occupatur pagina.
Et mota parcè dextera,
Volat per æquor cereum.
Quam maximè nunc proloquor:
Circumloquentis ambitu:
Tu ſenſa noſtri pectoris,
Ut dicta jam ceris tenes.
† Sentire tam velox mihi
Vellem dediſſet mens mea:
Quam præpetis dextræ fugâ
Tu me loquentem prævenis.

† Utinam tam celeriter res mente percipe-rem, quam tu eas notis exprimis.

Epitaphium Didonis. XLVIII.

INfelix Dido nulli benè nupta marito :
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Julius Cæsar. XLIX.

Hæc Cæsarum elogia quatuor quæque versibus comprehensa, licèt alioqui multis in locis inconcinna, tamen ad juvandam puerorum memoriam selecta sunt ; non enim Cæsarum modo nomina & seriem, sed quandam etiam cujusque morum effigiem continet. 1 Tribus annis, post quos in Senatu à Bruto & Cassio interfectus est. 2 Non in bello sed in pace. Toga pacis habitus.

IMperium, binis fuerat solemne, quod olim
Consulibus, Cæsar Julius obtinuit.
Sed breve jus regni, solâ [1] trieteride gestum,
Perculit [2] armatæ factio sæva togæ.

Octavianus Augustus. L.

2 Incertis & adversis. Quanquam cruenta illius pax, tum multorum nobilium cædibus, tum cladibus Varianis & Lollianis. Tamen ista non fuerunt tanti, ut statum imperii labefactarent.

ULtor, successorque dehinc Octavius, idem
Cæsar, at Augusti nomine nobilior,
Longæva, & [2] numquam dubiis violata potestas,
In terris positum credidit esse Deum.

Tiberius Nero. LI.

1 Eleganter Tacitus Tiberii vitam in varia tempora distinguit ; ‘ Morum inquit. ‘ tempora illi diversa ; egregium vitâ famaque quoad privatus vel in imperiis sub Augusto fuit : occultum ac subdolum fingendis virtutibus donec Germanicus ac Drusus superfuere. idem inter bona malaque mixtus incolumi matre : intestabilis sævitia, sed obtectis libidinibus, donec Sejanum dilexit timuitve : postremò in scelera simul ac dedecora prorupit postquam remoto pudore & metu, suo tantum ingenio utebatur.

PRænomen Tiberi [1] nactus Nero, prima juventa
Tempora laudato gessit in imperio :
Frustrà dehinc solo Caprearum clausus in antro,
Quæ prodit vitiis, credit operta locis.

Caius Caligula. LII.

1 Tac. 1. Annal. *Infans in castris genitus in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad conciliandum vulgi studia eo tegmine pedum induebatur.* 2 Hoc est, Tiberio crudeli crudelior.

POst hunc castrensis caligæ cognomine Cæsar
Successit, [2] sævo sævior ingenio :

Cædibus,

Cedibus, inteſtiſque dehinc maculoſus, & omni
Crimine pollutum, qui ſuperavit, [3] *avum.*

[3] Antonium: Germanicus enim ex Antoniâ Antonii filiâ genitus. An Tiberium notat, qui Germanicum adoptaverat, & ſic avus Caligulæ dici poteſt?

Claudius Cæſar. LIII.

Claudius [1] *irriſæ privato in tempore vitæ,*
Et [2] *regni ſpecimen prodidit ingenii.*
[3] *Libertina tamen,* [4] *nuptarum & crimina paſſus,*
[5] *Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.*

[1] Ob ſtuporem, adeo ut mater Antonia ſiquem inſigni tarditate vellet ſignificare, ipſo Claudio tardiorem & hebetiorem appellaret. [2] Cum deridiculo fuiſſet privatus, Princeps tamen aliquod ſpecimen edidit ingenii. [3] Libertorum, Pallantis, Narciſſi, & Calliſti, penes quos regnante Claudio imperium fuit. [4] Meſſalinæ ſcilicet & Agrippinæ, quarum illa impurior, hæc ambitioſior. [5] *Qui non vetat peccare cum poſſit, jubet*, Senec. Vide Cic. 1. de Offic. de duplici injuſtitiæ genere præclare differentem.

Nero. LIV.

Æneadum generis qui [1] *ſextus, & ultimus hæres,*
Polluit & clauſit, [2] *Julia ſacra Nero.*
[3] *Nomina quot pietas, tot habet quoque crimina vitæ;*
Diſce ex Tranquillo, me meminiſſe piget.

[1] Sextus à Julio Cæſare qui genus ad Æneam referebat. [2] Juliam familiam. Singulis familiis ſua ſacra. V. Cicer. de Leg. 3. Matrem Agrippinam, uxorem Octaviam, mox etiam Poppæam, fratrem Britannicum, præceptorem Senecam interfecit; peſſimus filius, peſſimus maritus, peſſimus frater, peſſimuſque diſcipulus.

Servius Galba. LV.

[1] *Spem fruſtrate ſenex, privatus ſceptra mereri*
Viſus, at imperio proditus inferior.
Fama tibi melior juveni: ſed juſtior ordo eſt,
Complacuiſſe dehinc, diſplicuiſſe prius.

[1] Secutus eſt Poeta Taciti ſententiam; ſed non eſt aſſecutus elegantiam. Ille enim ſic in elogio Galbæ; ‘Quinque Principes proſperâ fortunâ emenſus, & alieno imperio felicior quam ſuo. ‘Ipſi medium ingenium, magis extra vitia quam cum virtutibus, famæ nec incurioſus, nec venditator, pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicæ avarus. Major privato viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet. *Hiſt. l.* 1.

Marcus Otho. LVI.

[1] Hanc de futuro principatu Othonis suspicionem dabat vita ante principatum flagitiosissima, nomenque ipsius Neronis ab illo in militum gratiam assumptum. [2] Nam post imperii nonagesima dies sibi ipsi vim attulit. [3] Hujus causas ipse expressit apud Tacitum, suos dimittens; ‘Hunc, *inquit*, animum, hanc virtutem vestram ultra periculis ‘objicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Alii diutius imperium te- ‘nuerint, nemo tam fortiter reliquerit: An ego tantum Romanæ pubis, tot ‘egregios exercitus, sterni rursus & Reipub. eripi patiar. Ipse quoque Taci- ‘tus de illo; ‘Tantumdem apud posteros meruit bonæ famæ, quantum malæ.

[1] *Æmula polluto gesturus sceptra Neroni,*
Obruitur [2] *celeri raptus Otho exitio.*
Fine tamen laudandus erit: qui [3] *morte decorâ*
Hoc solum fecit nobile, quòd periit.

Aulus Vitellius. LVII.

[1] Quippe à populo innumeris ante contumeliis affectus tandem in Gemoniis occisus est. [2] Adeò tibi fata indulgent. ‘Principatum ei detulere qui ipsum non noverant, inquit Tacitus.

[1] *Vitæ sors* [1] *mors fœda tibi, nec digne Vitelli,*
Qui fieres Cæsar, [2] *sic tibi fata placent.*
Umbra tamen brevis imperii, quia præmia regni
Sæpe indignus adit: non nisi dignus habet.

Divus Vespasianus. LVIII.

[1] Attentior enim ad rem uisse traditur, & nullum turpe lucrum dixisse. [2] *Antiquo cultu victuque*, inquit Tacitus, qui ejus parsimoniâ solutos Romanorum mores astrictos fuisse affirmat. [3] Opes suas rationis modo coercere non potest. [4] Acumen ex Tacito; *Ambiguus*, inquit, *de Vespasiano fama, solusque omnium ante se principum, in melius mutatus est.*

[1] *Quærendi attentus,* [2] *moderato commodus usu,*
Auget, [3] *nec reprimit Vespasianus opes.*
[4] *Olim qui dubiam privato in tempore famam,*
[4] *(Rarum aliis) princeps transtulit in melius.*

Titus Vespasianus. LIX.

[1] Habuit enim flagrantissima populi Romani studia. [2] Metus enim erat ne in deterius, ut sæpè fit, prolaberetur. [3] Belli civilis contra Vitellianos nullam partem attigit. Titus, & interim in oriente mansit.

[1] *Felix imperio,* [2] *felix brevitate regendi.*
[3] *Expers civilis sanguinis, orbis amor;*

4 *Unum dixisti moriens te crimen habere :*
5 *Sed nulli de te, non tibi credidimus.*

4 Notat hoc Dion & variis suspicionibus indagat. l. 65.
5 Sed te alicujus esse criminis reum, nulli credidimus, ne tibi ipsi quidem.

Domitianus. LX.

HActenùs ediderae [2] *dominos,* [2] *gens Flavia, justos:*
Cur duo quæ dederant, tertius eripuit ?
[3] *Vix tanti est habuisse illos, quiâ dona bonorum*
Sunt brevia : æternum, quæ nocuere, dolent.

1 Vespasianum & Titum. 2 Familia Vespasianorum, quam obscuram & sine ullis majorum imaginibus asserit Tranquillus. 3 Hos versus illustrat Epigramma Martialis.

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit hæres ?
Pœna fuit tanti non habuisse duos.

Nerva. LXI.

PRoximus extincto, moderatur sceptra, tyranno
Nerva senex, princeps nomine, [1] *mente parens,*
Nulla viro soboles ; imitatur adoptio prolem ;
Quam legisse juvet, quam genuisse velit.

1 Plinius in Panegyrico ad Trajanum ; *Eodemque animo divus Nerva parens tuus factus est, quo erat omnium.*

Trajanus. LXII.

AGreditur regimen [1] *viridi Trajanus in ævo,*
Belli laude prior, [2] *cætera patris habens.*
Hic quoquè prole carens, sociat sibi sorte legendi,
Quem fateare bonum, [3] *diffiteare parem.*

1 Annos enim natus 42 adoptione ad imperium ascitus est. De eo Plinius ; [4] Jam [5] firmitas, jam [6] proceritas [1] corporis, jam honor capitis & dignitas oris, ad hoc ætatis indeflexa maturitas, [4] nec sine quodam munere Deûm, festinatis senectutis insignibus, ad augendam [6] majestatem cæsaries, nonne longè latéque principem ostentant ? 2 Uterque optimus erat, inquit Plinius, [4] dignusque alter eligi, alter eligere. 3 A Trajano ille tam longè abfuit, quàm longe ab illo mali.

Ælius Hadrianus. LXIII.

ÆLius hinc ſubiit mediis præſignis in actis:
* Principia, & finem fama notat gravior.
Orbus & hic, ſociatque virum documenta daturus,
Adſciti quantum præmineant genitis.

* Sub initia & finem principatus varios variis ſuſpicionibus Senatores morte mulctavit: hinc tanta in ſe Senatus odia concitavit, ut vix à reſcindendis ejus actis, Antonini ſucceſſoris lacrymæ preceſque Senatum dimoverint.

Antonius Pius. LXIV.

ANtoninus adhinc regimen capit: ille [1] vocatu
Conſultiſque pius, [2] nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus: ſed lege ſuorum
[3] A patriâ ſumpſit, qui regeret patriam.

1 Et nomine & prudentiâ. 2 Ex merito nomen habens. 3 *Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus*, inquit Plin.

Marcus Antoninus. LXV.

POſt Marco tutela datur; qui [1] ſcita Platonis
Flexit ad imperium, [2] patre Pio melior.
Succeſſore ſuo, moriens, ſed principe prævo,
Hoc ſolo patriæ, quod [3] genuit, nocuit.

1 Platonis dogmata factis in imperio executus eſt. 2 Ad imperium regendum optimo patre magis aptus & idoneus: ille enim ſolùm pacis artibus clarus, hic etiam bellicis. 3 Filium Commodum ſui diſſimilem, & ipſo Nerone multo pejorem habitum.

Commodus. LXVI.

COmmodus inſequitur, pugnis [1] maculoſus arenæ,
[2] Threcidico princeps [3] bella movens gladio.
[4] Eliſo tandem perſolvens gutture pœnas,
Criminibus faſſus [5] matris adulterium.

1 Infamis. 2 Thracico, gladiatorio. 3 Qui nulla, niſi in arenâ, bella gerebat. 4 Nam cùm venenum ſibi à Martiâ pellice datum evomuiſſet, illa robuſtum adoleſcentem immiſit, qui ipſi cervices frangeret. 5 Fauſtinæ, de cujus integritate non bella fama. Vita flagitioſiſſima ac degenere, ſe ab Aurelii ſanguine alienam probavit.

Helvius

Helvius Pertinax. LXVII.

Helvi, judicio, & consulto, lecte, [1] senatus,
Princeps decretis prodite, non studiis.
Quod doluit [2] malesida cohors; [3] errore probato,
[4] Curia quod castris cesserat, imperio.

[1] Helvii Pertinacis electio in Imperatorem a Senatu magno assensu confirmata, cum ille hunc honorem præfractius reuseret, vide Herod. [2] Prætoriani milites. [3] Cum imperatorem illum a Senatu potius quam a se factum animadverterent. [4] Quia jus eligendi Imperatores a Senatu ad castra & milites transierat.

Didius Julianus. LXVIII.

Dii bene quod [1] spoliis Didius non gaudet opimis:
Et cito [2] perjuro præmia adempta seni,
Tuque, Severe pater, titulum nè horresce novantis.
Non rapit imperium vis tua, sed recipit.

[1] Imperio quod a militibus emerat. [2] Qui nec ipsum militibus donativum reddidit, quod ipse promiserat.

Severus Pertinax. LXIX.

Impiger [1] egelido movet arma Severus ab Histro,
Ut [2] parricidæ regna adimat Didio.
Punica origo illi: sed qui virtute probaret,
Non obstare locum, quum valet ingenium.

[1] Glaciali, gelido. [2] In se enim cædis Pertinacianæ odium, pactione cum militibus facta, contraxit.

Bassianus Antoninus Caracalla. LXX.

Dissimilis virtute patri, & multo magis illi,
Cujus [1] adoptivo nomine, te perhibes.
[2] Fratris morte nocens, punitus fine cruento,
Irriso populi tu [3] Caracalla magis.

[1] Alexandri cujus sibi nomen assumebat. [2] Getæ quem in ipso matris gremio obtruncavit. [3] Caracalla dictus erat ob vestis cujusdam Punicæ usum. An ergò id dicit Ausonius, Caracallam suo sanguine cruentatum ridente populo magis fuisse Caracallam, id est non solum veste sed & corpore cruentum & puniceum?

Opilius Macrinus. LXXI.

1 Cum peractam sibi à Caracalla mortem comperisset Macrinus, imminens exitium interfecto insidiatore vitavit. Sed brevi

PRincipis hic custos sumptum pro Cæsare ferrum,
1 *Vertit in auctorem cæde Macrinus iners.*
Mox cum prole ruit: gravibus pulsare querelis
Cesset perfidiam: quæ patitur, meruit.

desertus à suis, ab Heliogabali militibus, cum filio Diadumeno cæsus est.

Antoninus Heliogabalus. LXXII.

3 Tune etiam imperatorum sedem polluis? 2 Falso enim jactabatur Caracallæ filius.

3 *TUne etiam augustæ sedis penetralia fœdas,*
2 *Antoninorum nomina falsa geres?*

Multa desiderantur.

SEPTEM SAPIENTUM SENTENTIÆ.

Bias Prienæus. LXXIII.

1 Cicero de Offic. l. 2. *Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur.* 2 Cicer. in epist. ad Appium; *Quod si essem eâ perfidiâ, quâ sunt ii qui in nos hæc contulerunt, tamen eâ stultitiâ certè non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias, aut in quo tibi nihil nocerem, ostenderem nocendi voluntatem.*

QUænam summa boni? mens quæ sibi conscia recti.
Pernicies homini quæ maxima? solus homo alter.
Quis dives? qui nil cupiat. Quis pauper? avarus.
Quæ dos matronæ pulcherrima? Vita pudica.
Quæ casta est? De quâ mentiri fama veretur.
Quid prudentis opus? Quum possit, nolle nocere.
2 *Quid stulti proprium? non posse, & velle nocere.*

Pittacus

Pittacus Mitylenæus. LXXIV.

Loqui ignorabit, qui tacere neſciet.
Bono probari malo, quam multis malis.
Demens ſuperbis invidet fœlicibus.
Demens dolorem videt infelicium.
Pareto legi, quiſque legem ſanxeris.
Plures amicos re ſecundâ compara.
Paucos amicos rebus adverſis proba.

Cleobulus Lindius. LXXV.

[1]Quanto plus liceat, tam libeat minùs.
[2] Fortunæ invidiæ eſt immeritus miſer.
Felix criminibus nullus erit diu.
Ignoſcas aliis multa; nihil tibi.
Parcit quiſque malis, perdere vult bonos.
Majorum meritis gloria non datur.
[3] Turpis ſæpè datur fama minoribus.

---Crimenque deûm crudele notavit.

1 Senec. Troad. *Minimum decet libere, cui multum licet.*
2 In fortunæ odium cedit, ſi quis citra culpam ſit miſer; hinc illa impia Lucani de Pompeio;
3 Immerita.

Periander Corinthius. LXXVI.

Numquam diſcrepat utile à decoro.
Plus eſt ſollicitus, magis [1] beatus.
Mortem optare malum, timere pejus.
Faxis, ut libeat, quod eſt neceſſe.
Multis terribilis, caveto multos.
Si fortuna juvat, caveto [2] tolli.
Si fortuna tonat, caveto [3] mergi.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam-
Majoremque fames.

1 Beatum hic intellige opulentum, uſu apud Latinos crebro. Horat. --*Puerique beata creandis Uxor.* id eſt, locuples juxta multos. Expreſſit autem hanc ſententiam eleganter idem Horat.

1 Inſoleſcere, extolli. 3 Quaſi à fluctu, ſic à calamitatibus obrui, Horat. *Adverſis rerum immerſabilis undis.*

Solon Athenienſis. LXXVII.

1 Ovid. -- *Dicique beatus Ante obitum nemo ſupremaque funera debet.*
2 Idem Ovid. *Si bene vis nubere, nube pari.* Juvenalis enim, *intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.*
3 Non benè convenit.
4 Nunquam fortuna tantum valebit, ut verum honorem quaſi ſuum munus cui velit, largiatur. 5 Nobilitatem factis conſequi, quàm genere.

1 *Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata ſint:*
2 *Par pari jugator conjux: quicquid impar,*
3 *diſſidet.*
4 *Non erunt honores unquam fortuiti muneris.*
Clàm coarguas propinquum, propalam laudaveris,
5 *Pulcrius multò parari, quàm creari nobilem,*
Certa ſi decreta ſors eſt, quid cavere proderit?
Sive ſint incerta cuncta, quid timere convenit?

Chilo Lacedæmonius. LXXVIII.

1 Aut propriâ fortitudine aut amici ſolatio.
2 Cicer. de Amic. *beneficia meminiſſe debet in quem collata ſunt, non commemorare qui contulit.*

Nolo, minor me timeat, diſpiciatque major.
Vive memor mortis, uti ſis memor & ſalutis.
1 *Triſtia cuncta exuperans aut animo, aut amico,*
2 *Tu benè ſi quid facias, non meminiſſe fas eſt.*
Quæ benè facta accipias, perpetuò memento.
Grata ſenectus homini, quæ parilis juventæ,
Illa juventa eſt gravior, quæ ſimilis ſenectæ.

Thales Mileſius. LXXIX.

Turpe quid auſurus, te ſine teſte time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere ſuſtineris.
Crux eſt, ſi metuas, vincere quod nequeas.
Cùm verè objurgas, ſic inimice juvas.
Quum falsò laudas, ſic & amice noces.
Nil nimium ſatis eſt: ne ſit & hoc nimium.

Auſonii

Auſonii Villula. LXXX.

SAlve, hæredíolum, majorum regna meorum,
Quod proavus, quod avus, quod pater excoluit.
Quod mihi jam ſenior, properatâ morte, relinquit,
Ehen volueram tam cito poſſe frui.
Juſta quidem ſeries patri ſuccedere; verùm
** Eſſe ſimul dominos, gratior ordo piis.*

* Cum patre ſimul poſſidere prædia piis magis in voto eſt.

Monoſticha de ærumnis Herculis. LXXXI.

PRima [1] Cleonei tolerata ærumna [1] leonis,
Proxima Lernæam ferro, & face contudit hydram.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Æripedis quarto tulit aurea cornua cervi.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexta ſpoliavit Amazona baltêo.
Septima in Augeis ſtabulis impenſa laboris.
Octava expulſo numeratur [2] adorea [3] tauro.
In [4] Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Undecimo mala Heſperidum [5] diſtricta triumpho.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

* De his omnibus vide Dictionn. Poetic.
1 Quem occidit in Nemeâ ſilvâ juxta Cleonas, & cujus pellem poſtea geſſit pro inſigni. 2 Gloria, ab adore frumenti genere pretioſiſſimo apud Romanos, ex quo libationes diis fiebant. *Adorea liba*, Virg.
3 Qui Cretam inſulam devaſtabat. 4 Diomedis Thraciæ regis qui equos humanis carnibus paſcebat. 5 Rapta, decerpta.

Auſonius Paulino. LXXXII

PAulino Auſonius. [1] Metrum ſic ſuaſit, ut eſſes
Tu prior: & nomen prægrederere meum.
Quamquam & [2] faſtorum titulo prior, & tua Romæ
Præceſſit noſtrum ſella curulis ebur.

Honori Sancti Paulini datum eſt ut hoc Epigramma, cæteroqui valde mediocre excerperetur.
1 Neque enim conſtaret verſus, ſi more Romano ſuum nomen præpoſuiſſet, ſcripſiſſetque Auſonius Paulino. 2 Uterque enim Conſul fuit, ſed ante Auſonium Paulinus.

Et quæ jamdudum tibi palma poetica pollet,
Lemniſco ornata eſt: quo mea palma caret.
Longævæ tantùm ſuperamus honore ſenectæ.
Quid refert? cornix non ideò ante cycnum.
Nec quia mille annos vivit Gangeticus ales,
Vincit centum oculos, regie pave, tuos:
Cedimus ingenio, quantùm præcedimus ævo.
Aſſurget muſæ noſtra Camœna tuæ.
Vive, vale: & totidem venturos conſere Janos,
Quot tuus, aut noſter conſeruêre patres.

3 Lemniſco ornatæ palmæ honorabiliores erant, hinc Cicero, *Lemniſcata palma*, pro inſigni. Lemniſcus autem eſt tænia & vitta. 4 Græcâ libertate penultimam corripit ſatis dure. 5 Phœnix, ut opinor. 6 Cedit & ſe inferiorem fatetur, vide quid diſcipulo tribuat præceptor. 7 Annos à Jano initium ducentes. 8 Simul vixêre.

Theodoſio Auguſto Auſonius. LXXXIII.

SCribere me Auguſtus jubet, & mea carmina poſcit
Pæne rogans: blando vis latet imperio.
Nil dubites authore bono. Mortalia quærunt
Conſilium: [1] certus juſſa capeſſe Dei.
[2] Non habeo ingenium: Cæſar ſed juſſit: habebo.
Cur me poſſe negem, poſſe quod ille putat?
Invalidas vires ipſe excitat; & juvat idem,
Qui jubet. [3] *Obſequium ſufficit eſſe meum.*

1 In rebus quæ prudentiâ humanâ adminiſtranda ſunt, conſilio locus eſt, non in iis quæ fiunt juſſu divino. 2 Verba ſunt ſegnitiei reſponſantis. 3 Ego partes obſequii tantum mihi ſumo; cætera ipſe ſubminiſtrabit.

Sixtus tertius Summus Pontifex.

Inſcriptio baptiſterii. LXXXIV.

GEns ſacranda polis hic ſemine naſcitur almo,
Quam fœcundatis Spiritus edit aquis.
Virgineo fœtu genitrix Eccleſia, natos
Quos ſpirante Deo concipit, amne parit.
Cœlorum regnum ſperate hoc fonte renati:
Non recipit felix vita ſemel genitos.
Fons hic eſt vitæ, & qui totum depluit orbem,
Sumens de Chriſti vulnere principium.

Mergere

Mergere peccator ſacro purgande fluento,
Quem veterem accipiet, proferet unda novum.
Inſons eſſe volens iſto mundare lavacro,
Seu patrio premeris crimine, ſeu proprio.
Nulla renaſcentum eſt diſtantia, quos facit unum
Unus fons, unus ſpiritus, una fides.
Nec numerus quemquam ſcelerum, nec forma ſuorum
Terreat, Hoc natus flumine, ſanctus eris.

Sic D. Paulinus in idem argumentum.

Hic reparandarum generator fons animarum,
Vivum divino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc cælo deſcendit ſpiritus amnem,
Cœleſtique ſacras fonte maritat aquas;
Concipit unda Deum, ſanctamque liquoribus almis,
Edit ab æterno ſemine progeniem.
Mira Dei pietas! Peccator mergitur undis:
Mox eadem emergit juſtificatus aquâ,
Sic homo, & occaſu felici functus, & ortu,
Terrenis moritur, perpetuis oritur.
Culpa perit, ſed vita redit; vetus interit Adam,
Et novus æternis naſcitur imperiis.

Magnus Felix Ennodius Epiſc. Ticinenſis.

Ara victoriæ everſa. LXXXV.

Dicendi palmam [1] *Victoria tollit* [2] *amico,*
Tranſit ad [3] *Ambroſium,* [4] *plus favet ira Deæ.*

Epigramma valde mediocre; quod non rejiciendum eâ re duximus, quia rem celeberrimam in memoriam redigit. 1 Dea Victoria. 2 Symmacho ethnico qui cultum iſtius Deæ reſtaurari ab imperatore poſtulabat. 3 Qui quod volebat obtinuit, ut ara, Victoriæ ſcilicet, deſtrueretur. 4 Irata erat Dea Victoria, Ambroſio cultum ejus oppugnanti; propitia Symmacho defendenti; & tamen victor Ambroſius extitit, Ergò plus prodeſt iratam habere Victoriam, quam propitiam.

BOE-

BOETIUS.

Inconſtantia fortunæ. LXXXVI.

Carmina qui quondam [1] ſtudio florente peregi,
Flebilis, heu! mœſtos cogor inire modos.
Ecce mihi [2] laceræ dictant ſcribenda Camœnæ,
Et [3] veris elegi fletibus ora rigant.
[4] Has ſaltem nullus potuit pervincere terror,
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.
[5] Gloria felicis quondam, viridiſque juventæ,
Solatur mœſti nunc mea fata ſenis.
Venit enim properata malis inopina ſenectus,
Et dolor ætatem juſſit ineſſe [6] ſuam.
[7] Intempeſtivi ſunduntur vertice cani,
Et tremit effœto corpore [8] laxa cutis.
Mors hominum felix, quæ nec ſe [9] dulcibus annis
Inſerit, & mœſtis ſæpè vocata venit.
Eheu! quam ſurdâ miſeros [10] avertitur aure,
Et flentes oculos claudere ſæva negat.
Dum levibus, malefida bonis fortuna faveret,
Penè caput triſtis merſerat hora meum;
[11] Nunc quia fallacem mutavit nubila vultum,
Protrahit ingratas impia vita moras.
Quid me felicem toties jactaſtis amici?
Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu.

Erunt, qui hoc metrum, Elegiam magis quam Epigramma eſſe cauſentur: ſed nos Epigrammatis nomine latè uti maluimus; quàm nimiâ diligentiâ hos verſus elegantiſſimos exeludere. Certè clauſula ejuſmodi eſt quæ etiam aptè Epigramma concludat. Hos autem verſus ut & totum de conſolatione Philoſophiæ opus aureolum, ſcripſit Boethius in carcerem à Theodorico Rege Ariano, ob fidem catholicam conjectus, ubi & poſtea cæſus eſt. 1 Dum florente fortunâ, muſarum ſtudia pariter florerent. 2 Sciſſis præ luctu veſtibus & capillo. 3 Triſtia & luctuoſa propria elegorum materia. Hinc Ovid. in eleg. de morte Tibulli;

Flebilis heu mœſtos Elegeia ſolve capillos!
Heu nimis ex vero jam tibi nomen habes!

Poſt tamen variæ item materiæ elegis tractatæ, ἀπὸ τοῦ Græ. luctus. 4 *Pernoctant enim nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur*, inquit Cicero. 5 Muſæ quæ florenti ætati ornamento fuerant, nunc afflictæ ſenectuti ſolatia ſunt. 6 Senectutem addictam doloribus ætatem; hinc Terentius. *Senectus ipſa eſt morbus.* 7 Præcoces & immaturi, quia nondum ætate ſenex ſum. 8 Laxa, id eſt, rugoſa, macilenta. 9 Juventa florenti. 10 Averſatur, ſe avertit novè dictum. 11 Quaſi diceret, juvenem pene mors oppreſſit, nunc à miſero ſene refugit.

Qui

Qui nil cupit, nil metuit. LXXXVII.

Quisquis [1] *composito serenus ævo,*
Fatum sub pedibus dedit superbum,
Fortunamque tuens utramque [2] *rectus,*
Invictum potuit tenere vultum;
Non illum rabies, minæque ponti
Versum [3] *funditùs excitantis æstum,*
Nec ruptis quoties vagus caminis
Torquet fumificos [4] *Vesevus ignes,*
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis movebit.
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine viribus furentes?
Nec speres aliquid, nec extimescas:
Exarmaveris impotentis iram:
At quisquis trepidus pavet, vel optat,
Quod non sit stabilis, suique juris,
Abjecit clypeum, [5] *locoque motus*
Nectit, quâ valeat trahi, catenam.

1 In vitâ undique ordinatâ, ut loquitur Junior Plinius, vel fortè placidâ, componere enim est sedare. *Non nostrum inter nos tantas componere lites.* Virg. 2 Non aversò vultu sed oculis immotis & irretortis. 3 Eodem quo Virgilius sensu, *& immissus magna refusa vadis*, mari susque deque everso. 4 Mons in Italiâ non longè à Neapoli, de cujus tristi incendio infignem Plinii junioris Epistolam, ubi Plinii avunculi casum narrat, qui cum curiosius inviseret recentem Vesevi conflagrationem, vapore sulphureo & cinere suffocatus est. 5 Metaphora à militibus qui gradu dimoventur; de constantis mentis dejectus est.

Mundus archetypus. LXXXVIII.

O Qui perpetuâ mundum ratione gubernas,
Terrarum cœlique sator, [1] *qui tempus ab ævo*
Ire jubes, stabilisque manens [2] *das cuncta moveri;*
Quem non [3] *externæ pepulerunt fingere causæ*
Materiæ fluitantis opus; verum [4] *insita summi*
Forma boni, livore carens: tu cuncta superno

1 Ab initio temporum. 2 Immotus omnia moves. 3 Deus nullam habet causam extra seipsum; universa enim propter semet ipsum operatus est dominus. 4 Idea τῆς ἀγαθότητος quam in ipsa mente divinâ Plato constituebat, quamvis aliam præceptori mentem Aristoteles affinxerit.

5 Ducis ab 6 exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, ſimilique 7 in imagine formans:
Tu 8 numeris elementa 9 ligas, ut frigora flammis,
Arida conveniant liquidis, ne purior ignis
Evolet, aut 10 merſas deducant pondera terras.
Da pater auguſtam menti conſcendere 11 ſedem,
In te 12 conſpicuos animi defigere viſus.
Diſjice terrenæ, 13 nebulas, & pondera, molis,
Atque tuo ſplendore 14 mica: tu namque ſerenum,
Tu requies tranquilla piis: te cernere finis,
Principium: vector, 15 dux, ſemita, terminus idem.

5 Quæ nulli ſe invidet, & ideò ſe in operâ ſuâ effundit. 6 Immutabilibus rerum mutabilium rationibus, quæ in mente divinâ æternum vivunt. 7 Ad Archetypi illius mundi imaginem, mundum externum fingens, niſi fortè de ipſo Dei filio melius intelligatur, qui eſt figura ſubſtantiæ, ejus, ita ut ſimilitudo non excludat τὸ ὁμοούσιον. 8 Certâ temperatione, modo & menſurâ. 9 Ne imbecilliora à valentioribus deſtruantur. 10 Ne terra pondere ſuo infra locum ſuum deprimatur. 11 Scientiæ tuæ lumen inacceſſum. 12 Perſpicaces, lucidos. 13 Offuſam menti à corpore caliginem. 14 In mentibus ſcilicet noſtris. 15 Illuſtrantur hi verſus eximio Sancti Proſperi loco, in Carmine de Innata gratia;

Hæc (gratia) ut cujuſquam ſtudio affectuque petatur,
Ipſa agit, & cunctis lux eſt venientibus ad ſe:
Ergò ad eam per iter ſerimur; ſine lumine lumen
Nemo videt; vitam ſine vitâ acquirere mors eſt.

Epi-

Epigrammatum Delectus.

LIBER SEPTIMUS

E recentioribus POETIS.

JACOBUS SANNAZARIUS.

De Poggio Florentino hiſtorico amantiore patriæ, & mendaciore. I.

DUM patriam laudat, damnat dum Poggius hoſtem;
[1] *Nec malus eſt civis,* [2] *nec bonus hiſtoricus.*

Jacobus Sannazarius qui ſibi Actii Sinceri nomen adoptavit, Neapoli equeſtri familiâ natus, vario Poëſeos genere ſcripſit, Hetruſcæ ſcilicet & Latinæ, epicis, ſatyricis & aliuſmodi carminibus. Vixit annos 72. cujus tumulum Bembus ornavit hoc diſticho:

Da ſacro cineri flores; hic ille Maroni
Syncerus muſâ: proximus ut tumulo.

Poggius autem de quo hoc Epigramma, Theologiæ Doctor, & Hiſtoricus, Laurentii Vallæ acerbiſſimus inimicus, interfuit Concilio Conſtantienſi, Quintilianum & Aſconium orbi reddidit. Claruit anno 1420. Romæ ſepultus. [1] Quia patriæ amans vel plus ſatis. [2] Quia mendax, & ideò in primam illam hiſtoriæ legem peccat, ut *nequid falſi dicat, ne quid veri* non audeat.

* De mirabili urbe Venetiis. II.

* Nobiliſſimum Epigramma, & caræ à Venetis emptum, qui pro ſingulis verſibus magnum aureorum numerum Sannazario dederunt: non tamen undiquaque perfectum; eſt enim è genere fabuloſorum, de quo diximus in præfatione.

VIderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
[1] *Stare urbem, & toto ponere jura mari:*

[1] Immotam manere; magna vis in hoc verbo.

Nunc

Nunc mihi [2] *Tarpejas quantumvis,* [3] *Jupiter, arces*
Objice, & illa tui [4] *mœnia Martis, ait.*
Si pelago Tibrim præfers, urbem aſpice utramque;
[5] *Illam homines dices,* [6] *hanc* [7] *poſuiſſe Deos.*

2 Romanas, Capitolinas; à rupe Tarpeiâ, cui nomen indicum à Tarpeia Virgine à Sabinis obrutâ clypeorum congeſtu: Vide Plut. in Rom. 3 Jovi ſacrum Capitolium fuit. 4 A Romulo Martis filio extructa. 5 Romam. 6 Venetia. 7 Fundaſſe. Uno verſu Virgilius hoc verbo in utroque ſenſu utitur;

---*moreſque viris & mœnia ponit.*

Quemadmodum hic noſter jura ponere, ſupra dixit, hic urbem poſuiſſe.

De Cæſare Borgiâ. III.

At nihil, aut Cæſar vult dici Borgia: [1] *quidni?*
Cum ſimul, & Cæſar poſſit, & eſſe nihil?

1 Quidni alterutrum velit, cum utrumque aſſequi poſſit, ut Cæſar ſit nomine, & re nihil? utrumque reverâ aſſecutus eſt; nam poſt mortuum patrem omni ditione ſpoliatus, atque in carcerem conjectus ab Hiſpanis, cum hinc ægrè evaſiſſet, non ita multò poſt in Navarrâ militans miſerè interiit. Is eſt Alexandri VI. Supremi Pontificis filius, vir projectæ, & omnibus notæ audaciæ, crudelitatis, & perfidiæ.

De patria Homeri. IV.

Non poterant pueri brevius hoc diſcere, quam illo diſtichо, quod eſt tantùm gratiâ excerptum eſt.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenæ,
[1] *Credite jam: Cœlum patria Mæonida eſt.*

1 Ne diſceptetis amplius de patriâ Homeri.

POETÆ ITALI.

ANDREAS NAUGERIUS.

De Pythagoræ ſimulachro. V.

Naugerius patricius Venetus, erat orator, hiſtoricus, Poëta, Ciceronis æmulus & Catulli. Martiali ſic infenſus, ut quotannis ſtato die Muſis dicato (vide hominis ineptiam) ejus libros cremaret. 1 Aſtruebat enim metempſychoſin, & ſe in bello Trojano Panthoidem Euphorbum fuiſſe fingebat. Vide Ovid. 15. Metamorph.

Quem toties vixiſſe, animâ redeunte, renatum
Mutato, fama eſt, corpore [1] *Pythagoram:*

Cerne

Cerne iterum ut docti [2] *cælo generatus Aſylæ*
Vivat: ut antiquum ſervet in ore decus.
[3] *Dignum aliquid certè volvit; ſic fronte ſeverâ eſt.*
[4] *Sic in ſe magno pectore totus abit.*
[5] *Poſſet & ille altos animi depromere ſenſus:*
Sed veteri obſtrictus [6] *religione filet.*

[2] Sculptus inſtrumento Aſylæ ſculptoris; hic ergò cælum accipe pro eo quod vernaculè dicimus, *a graving Tool, a Chiſſel.* [3] Magnum aliquid in mente agitat. [4] Cogitabundus videtur; ut & Græci loquuntur *obvius*: Perſ. de Philoſ. *Obſtipo capite, & figentes lumine terram.* [5] Quod filet, propoſito & religione fieri diviſim videtur, non neceſſitate. Sic enim ſcitè ſculptus eſt, ut loqui poſſe videatur, ſi voluerit. [6] Nota Pythagorici ſilentii in quinquennium indicti religioſa obſervatio; hanc Pythagoras ſervat in ſtatua: falſum acumen.

ANTONIUS TEBALDEUS.

Victo parcere, quàm vincere gloriosius. VI.

Gloria vincendi junctа eſt cum milite, Cæſar;
Cæſar, parcendi gloria ſola tua eſt.

[1] Sumpta eſt ſententia ex Marcelliana; *Nihil ſibi ex iſtâ laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.* Vide totum locum præclariſſimum. Floruit Tebaldeus Carolo V. Imperatore.

THOMAS PORCATIUS.

In Chriſtum crucifixum. VII.

Pro ſervis dominus moritur, pro ſontibus inſons,
Pro ægroto medicus, pro grege paſtor obit.
Pro populo rex maſtatur, pro milite ductor,
Proque opere ipſe opifex, proq; homine ipſe Deus.
Quid ſervus, ſons, ægrotus, quid grex, populuſque,
Quid miles, quid opus, quidve homo ſolvat? Amet.

Epigramma verſibus durius, & generis non admodum elegantis, eum ille vocum ad unum aliquid relatarum congeſtus abhorreat à natura, ſed tamen in hoc genere laudandum.

JANUS

JANUS VITALIS.

Antiquæ Romæ ruinæ illustres. VIII.

De hoc Epigrammate vide præfationem.

1 Audax metaphora; sed quâ usus, ut diximus, Sulpitius, in Epist. ad Ciceron. *Cum uno*, inquit, *loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant.* 2 Orbe devicto in se arma verterunt Romani, quod furoris proprium. In eandem sententiam Seneca in Hercule furente: *Quæris Alcidæ parem? Nemo est nisi ipse: bella jam secum gerat.* Horat. Luc. initio lib. 1. *Populumque potentem in sua victrici conversum viscera dextra:* & idem eleganter & graviter: *quid in arma furentem Impulerit populum, qui pacem excusserit orbi. Invida fatorum series, summisque negatum Stare diu: minimumque gravis sub pondere lapsus.* 3 Tibris olim sic dictus. 4 Mare inferum. 5 Flumina quæ in motu ac fluxu perpetuo.

QUid Romam in mediâ quæris novus advena Româ,
Et Romæ in Româ nil reperis mediâ?
Aspice murorum moles præruptaque saxa,
Obrutaque horrenti vasta theatra situ:
Hæc sunt Roma. Viden' [1] velut ipsa cadavera tantæ
Urbis adhuc spirent imperiosa minas?
Vicit ut hæc mundum, nisa est se [2] vincere: vicit,
A se non victum ne quid in orbe foret.
Nunc victa in Roma, victrix Roma illa sepulta est
Atque eadem victrix victaque Roma fuit.
[3] Albula Romani restat nunc nominis index.
Qui quoque nunc rapidis fertur [4] in æquor aquis.
Disce hinc quid possit fortuna; immota labascunt,
[5] Et quæ perpetuo sunt agitata, manent.

ANGELUS COLOTIUS.

Epitaphium Lascharis. IX.

2 Carolo enim & Ludovico Galliæ regibus operam in legationibus navavit. 2 Erat ille è familia Palæologorum, quæ Constantinopolitanum Imperium diu tenuit. 3 Totum enim orientem lustrarat, jussu Laurentii Medicei, ad conficiendam illam insignem bibliothecam Florentinam. 4 Romæ quidem & longè à patria; sed ut ait Ovid. *Omne solum forti patria est.*

DIlectus musis, [1] & rebus natus agendis,
Quem [2] gravida imperiis protulit alta domus.
[3] Tot freta dum curris, totque invia regna peterres,
Ausoniâ tandem, Lascharis, urbe jacet.
[4] Sed situs in patria es, Graio licet orbe remotus;
Nulla est virtuti terra aliena tuæ.

POM.

POMPONIUS GAURICUS.

De ſtatua Medeæ. X.

Quod natos feritura ferox Medea [1] moratur,
Præſtitit hoc magni dextera Timomachi.
Tardat amor facinus, ſtrictum dolor incitat enſem,
Vult, non vult natos perdere & ipſa ſuos.

P. Gauricus Italus Poëta, ſcriptor indiligens, ſed curioſus etiam in metallicis, inſano captus amore nuſquam comparuit, in mare procùl dubio projectus, aut alia ratione è medio ſublatus.

[1] In tabella videlicet in qua ſculptor æſtum illum & dubitationem Medeæ de filiis interficiendis expreſſerat.

HERCULES STROZA.

De Callirrhöe quæ viva ſepulta eſt. XI.

Bis vixit ſemel orta, bis hoc compoſita ſepulchro eſt,
Poſt ſua Callirrhoe funera, facta parens.
Icta erat: exanimis tumulatur: at excita partu
Poſcit opem: eruitur: mox parit, atque perit.

Mirabilis eventus breviter & eleganter expreſſus.

Epitaphium pro Joanne Pico Mirandulâ. XII.

Joannes jacet hic Mirandula, cætera norunt
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipodes.

Picus Mirandulanus nobili & principali familia, ſed noſtriori ingenio, & cui nihil defuerit niſi maturitas, & meliorum ſtudiorum delectus: magnam enim ætatis partem in Philoſophiæ, cabalæ ſcholaſticæ, etiam Theologiæ arcanis perſcrutandis conſumpſit. O ſi ille hoc totum in ſcripturis & patribus impendiſſet! Mira tamen in illo indoles, imò eloquentia, & ubertas quam ſatis indicat epiſtola extempore conſcripta ad Hermolaum; inter epiſtolas virûm illuſtrium. Obiit Florentiæ anno ætatis 33 eo ipſo die quo Florentiam ingreſſus eſt Carolus octavus in nobili illa expeditione Italica.

Epitaphium boni & periti procuratoris. XIII.

Procuratori fido imprimis, & bono,
Quibus [1] parentes lacrymis, non te fugit,

[1] Supremos honores habeas.

Viator

Viator, usquam si lites nosti & forum;
Sin minime nosti, nosse tu nusquam velis.

THOMAS MUSCONIUS.

In Victoriam Columnam uxorem Davali Marchionis Piscarii. XIV.

NOn vivam sine te, mî Brute, exterrita dixit
Porcia, & ardentes sorbuit ore faces.
Te, Davale, extincto dixit, Victoria, vivam
Perpetuo mœstos sic dolitura dies.
Utraque Romana est; sed in hôc Victoria victrix,
Perpetuò hæc luctus sustinet, illa semel.

Victoria illa uxor Davali à multis scriptoribus celebrata est, ob singularem virtutem & eruditionem quæ tanta in ea fuit, ut res gestas mariti Hetruscis versibus prosecuta sit, quos aiunt soli demum Petrarchæ concedere. Davali res præclare gestas multis libris pertexuit Jovius, quos consule. Occidit autem Ticidii in ea pugna in qua captus est Franciscus primus. Hujus scriptoris Epigrammata gravitatem & ornatum non habent, sed acumine & indole non carent, meritoque inter mediocria recensentur.

JOANNES AUDOENUS.

Ad Medicos & Jurisconsultos. XV.

ULceribus, Galene, vales tantummodo nostris:
Stultitiâ nostrâ, Justiniane, sapis.

Ad quemdam pauperem medicum. XVI.

PHarmaca das ægroto: aurum tibi porrigit æger,
Tu morbum curas illius, ille tuum.

In ædificatores sepulchrorum. XVII.

NE pereat tua famâ, struis tibi, Paule, sepulchrum;
Tamquam non possint ipsa sepulchra mori.

Mentiris

Mentiris. XVIII.

Mentiris! cave militibus ne dixeris unquam:
Majus eo nullum dedecus esse putant:
Mentiris, tantum qui dedecus esse putatis.
Mentiri quare creditis esse decus!

Vir Bonus. XIX.

Si quicquid rarum carum est, pretiumq; meretur,
Crede mihi, res est vir pretiosa bonus.

Ad Principem. XX.

Si non audires, ô princeps, falsa loquentem,
Auderet falsum dicere nemo tibi.

In Battum. XXI.

Batte tacenda ultro loqueris, veniamq; precaris;
Visne tibi veniâ nil opus esse? tace.

Battus quemvis loquacem notat, quia Battus in lapidem versus ob loquacitatem. Vid. Metamorph.

Nec temerè, nec timide. XXII.

Omnia despera prudenter, & omnia spera
Fortiter: ut caveas omnia, nil metuas.

In doctum insipientem. XXIII.

Plurima deguſtat ſtomachus, nil concoquit æger,
Sic tu ſcis, fateor, multa; nihilque ſapis.

Bombyx. XXIV.

Arte mea pereo, tumulum mihi fabricor ipſe,
Fila mei fati duco, necemque neo.

Speculum

Speculum. XXV.

Fingere non Phidias, nec Apelles pingere motum
Novit: tu Phidiâ plus & Apelle facis.

Via lata & anguſta. XXVI.

In latum te anguſta locum niſi ſemita ducat,
Ducet in anguſtum te via lata locum.

Mortificatio. XXVII.

Mortuus ut vivas, vivus moriaris oportet:
Aſſueſce ergo prius, quam moriare, mori.

Philautia. XXVIII.

Crimina qui cernunt aliorum, nec ſua cernunt:
Hi ſapiunt aliis, deſipiuntque ſibi.

De variis in Angliâ fidei architectis. XXIX.

Sortitur ſibi quiſq; fidem, ſibi quiſq; magiſtrum:
Nunquam plus fidei perfidiæque fuit.

Prudens ſimplicitas. XXX.

Ut nulli nocuiſſe velis, imitare columbam;
Serpentem, ut poſſit nemo nocere tibi.

Credulitas. XXXI.

Qui cuivis quidvis credit, male creditur illi:
Quo mihi plus credis: hoc tibi credo minus.

Poeta

Poeta mittit ſeipſum. XXXII.

Quid mittam? Mihi me præter nil ſuppetit: ergo
Me tibi do; magnum me tibi munus habe.

Reſponſio ad ſuperius. XXXIII.

Quod mihi miſiſti nihil eſt; nihil ergo remitto:
Te mihi donaſti, [1] te tibi reddo: vale.

[1] Acutum, at malignius Epigramma.

In Ponticum ſexagenarium. XXXIV.

Qui, dum vixiſti, nulli benefeceris unquam,
Incipies fieri, Pontice, quando prius?
Omnia pauperibus, dicis, poſt fata relinquam:
Qui poſt fata ſapit, Pontice, ſerò ſapit.

In Philautum. XXXV.

Se ſolum Labienus amat, miratur, adorat:
Non modò ſe ſolum, ſe quoque ſolus amat.

Deus. XXXVI.

Omnia cum videat, nulli Deus ipſe videtur.
Solus ubique patet, ſolus ubique latet.

Sententia ex Auguſtino ſumpta: Deus ubique ſecretus & ubique notus eſt, quem nulli licet, ut eſt, cognoſcere, quem nulli permittitur ignorare.

Contemptus mundi. XXXVII.

Felicem vitam vis vivere? ſpernito vitam:
Vivit enim miſerè, cui ſua vita placet.

Cui nemo placet, nulli placet. XXXVIII.

Laudas, Gaure, nihil; reprehendis cuncta; videto
Ne placeas nulli, dum tibi nemo placet.

Cibis pauperes, divites egent fame. XXXIX.

Gallinas pingues, perdices, & phasianos,
Divitibus mittis, pauperibusque nihil.
Mittere personæ vis convenientia cuique?
Mitte cibos miseris, divitibusque famem.

In hoc Epigrammate illud incommodum, quod in redditione numeret ea, quorum ante non meminerat: nihil enim pauperibus missum dixerat: unde alternantem sententiam claudere debuerat hoc modo; divitibusque nihil. Sed quia hoc frigidum, maluit dicere famem, cujus ante mentio nulla.

THEODORUS BEZA.

Epitaphium Franciſci Valeſii Galliarum Delphini. XL.

Hunc etiam [1] *juvenem extinctum, rogo, cerne, viator:*
Hei mihi, cur vivum dicere fata vetant!
Hic est, quo niti regnum debebat avitum,
Spes patriæ nuper, spes quoque prima patris.
Pro quibus intrepidus fortem dum fertur in hoſtem
Ipse illum Mavors vidit, & obstupuit.
Aggressusque dolo, & crudelis fraude veneni
Sustulit; heu magnis fraus bene nota viris!
Macte tamen Princeps: nam te mors ipsa fatetur,
Non aliter vinci quam potuisse dolo; (acta
Nempe erat hoc reliquum, [2] *Pellæi ut Principis*
Æquares, simili te quoque fraude mori.

1 Erat hic filiorum Franciſci I. Galliæ Regis natu maximus, florente juventa veneno interceptus; cujus criminis ſuſpicione aſperſus eſt Carol. V. ex indicio veneficii; meritóne an ſecus, diviſim alii judicent.
2 Alexandri è Pella Macedoniæ oppido oriundi veneno item ſublati cum Babylonem eſſet ingreſſus.

Epi-

Epitaphium Guilielmi Langæi Inſubriæ Proregis. XLI.

Langæus ille magnus hîc jacet, lector,
Unus Minervam colere doctus & Martem,
Quo nemo melior pace vixit, aut bello.
Vitæ genus habes: mortis en genus diſce:
Ætate conſumpta laboribus multis;
Suis ſuorumque omnium fere exhauſtis
Bonis in uſum Galliæ ſuæ, tandem,
[1] *Quum plus Milone aut Curione deberet,*
Interiit. Ergo pauper occidit, dices:
Imo locuples cui patria debuit tantum.

Similia de hoc Langæo omnes hiſtoriæ, de quo hæc: Caroli V. imperatoris vox memoræ prodita: *plura illum Regi ſuo verbis, quam cæteros duces armis conficere;* Ea erat in ejus verbis autoritas & pondus.

1 Ciceronis amicis multo ære alieno oppreſſis.

Franciſci Borbonii, Ducis Anguienenſis Epitaphium. XLII.

[1] *Quam nuper gladios, & fortem evaſeris* [2] *hoſtem,*
Hic, Franciſce, jaces, nec tamen enſe jaces.
Sed nec in hoſtili potuiſti occumbere campo,
Nec fortis forti victus ab hoſte cadis.
Sedibus at patriis, belli ſimulacra cientem
Miſſa infelici ſuſtulit arca manu.
Arca olim, ut credo, Stygia compacta cupreſſu,
Arca heu quanta [3] *nobilitata nece!*
Arca, in qua [4] *Parcam Mavors abſconderat ipſe,*
Audiit ut factis [5] *æmula facta ſuis.*
Sic igitur, miſerande, cadis, nec cernere longum
Illa tua licuit parta tropæa manu!
At ſinobiſcum vis, O fortuna, jocari;
Cur iſtis mors eſt ſeria mixta jocis?

1 En triſtis filius eventus brevem hiſtoriam. Cum ludibundi juvenes globis ex nive compactis, domum hinc oppugnarent, inde defenderent, deficiente nive unus ex obſeſſis arcam temere dejecit, quæ ſubjecti forte fortuna Borbonii caput fregit, ſic ille graves improvidi luſus pœnas perſolvit.

2 Inſignem ille apud Ceriſolas victoriam de Hiſpanis retulerat.

1 Celebrata; ſed in malam partem accipe. 4 Mortem dure, fabuloſe. 5 Suis æqualia.

BUCHANANUS.

Amator ſui ſine rivali. XLIV.

Buchananus Scotus, Poeta elegantiſſimus, variis caſibus jactatus, inopem ferè & erraticam vitam duxit in Scotiâ, in Angliâ, in Galliâ, in Luſitania. Hujus Epigrammatis vulgare argumentum. vulgare acumen commodè tamen tractatum.

[1] *Neſcio an inſpexti Narciſſi, Poſthume, fontem,*
Hoc ſcio, deliras, Poſthume, amore tui.
Ille tamen merito: [2] nam quod malè ſanus amabat,
Ante quidem id multis cauſa [3] furoris erat.
At tua non paulò eſt major veſania, qui te,
[4] Sed ſine rivali, Poſthume, ſolus ames.

1 Neſcio an inſpexeris. 2 Nam Narciſſus meritò ſe amabat cum tam multi ipſius amore arderent. 3 Inſaniæ, vel ſimpliciter amoris; quo ſenſu ſæpè furor uſurpatur apud Poetas, ut apud Virg. in Eclog. *Sou quicumque furor.* 4 Cic. de Hirtio; *Quam ſeipſe amans ſine rivali!*

Ad amicum difficilem. XLV.

In hoc Epigrammate cæteroquin eleganti nimiam viri eruditi loquacitatem quidam notavere.

O Diſti Selium: teneris mihi ſemper ab annis
Carus, & illæſâ perſtitit ille fide.
Hîc mihi tu [1] Pyladen, & [2] inanem mentis Oreſtem,
[3] Et Samiæ jactas pectora fida ſcholæ:
Meque vocas ficti [4] ſucatum nomen amici,
[5] Quòd nec amemus idem, nec fugiamus idem.
Ergo tibi jus eſt noſtros odiſſe ſodales,
Nec mihi fas, hoſtem, fiet, amare tuum?
Scilicet haud æqua jamdudum lege coimus,
[6] Nec ferimus parili conditione jugum:
[7] Cum per me tibi ſint vel iniqui fræna doloris
Libera, tu noſter, [8] vis, famuletur amor.
Nil igitur, dices, veteri tribuetur amico?
Do: ſed amicitiæ jure repoſco vicem.
Odero, ſi jubeas, Selium tibi ſcilicet hoſtem,
Si, mihi, tu Selium, quod ſit amicus, ames.

1 Pylades & Oreſtes nobile par amicorum. 2 Furioſum, & emotæ mentis, ob interfectam matrem furiis agitatam. 3 Damonem & Pythiam Pythagoreos, quorum alter vadem ſe mortis pro altero præſtitit. Dionyſio tyranno alter autem die dicta ſe iſtens amicum liberavit imo & ſeipſum; miratus enim illorum amorem Dionyſius, offenſione depoſitâ, rogavit, ut tertium ſe in amicitiam adſcriberent. Vide Cicer. 3. de Officiis. Pythagoras autem ex Samo oriundus, unde Samia ſchola pro ejus ſectâ. 4 Vocas me fucatum amicum. 5 Quam unam certiſſimam eſſe amoris notam docet Ariſtoteles in Rhetoricis; unde hoc effatum; *Eadem velle & eadem nolle ea demum vera amicitia eſt.* 6 Iniquis conditionibus noſtra amicitia conſtituta eſt. 7 Cum per me tibi liceat amicis meis vel iniquè ſuccenſere. 8 Vis ſerviat iracundiæ tuæ, & illius arbitrio adjiciatur.

In

In Zoilum. XLVI.

Frustra ego te laudo, frustra me, Zoile, lædis.
Nemo mihi credit; Zoile, nemo tibi.

Præpostera pietas. XLVII.

CUM patre nil vivo tibi conveniebat, iniquis
Litibus [1] *extinxti, dissidiisque senem.*
Defunctum nunc thure colis, tumulumque coronas
Floribus, & [2] *magnâ mole sepulcra locas.*
Quamlibet his tumeas, pietas præposterа certè est,
in patre nil præter [3] *funus amare patris.*

1 Extinxisti.
2 Magnâ mole sepulchra locas faciendo; & secunda marmora locas sub ipsum funus. *Hor.*
3 Ovid *Filius ante diem patrios inquirit in annos.*

In Budæum XLVIII.

GAllia quod Græca est, quod Græcia barbara non est,
Utraque Budeo debet utrumque suo.

Guilielmus Budæus vir de literis optimè meritus incredibili labore, stylo durior & horridior; ideoque Erasmo posthabitus a Francisco I. Et certe viro tanto ars & dispositio nonnihil defuit, ut testatur docta commentariorum ejus in linguam Græcam, sed rudis & indigesta moles.

Henrico Borbonio. XLIX.

BOrboniæ spes illa domus, patriæque patrisque,
Nunc patris & patriæ, Borbonidumque dolor:
Hic situs Henricus; violas asperge viator.
Neu, bona quæ fuerit vita, reare brevem.
Sat vixit, bene qui vixit; spatium brevis ævi
Ignavi numerent tempore, laude boni.

Epitaphium jure laudandum brevitate, gravitate, ornatu. Sententiâ quidem vulgari conclusum, sed non vulgari nitore expressa. Is est, ut arbitror, Henricus Borbonius Marchio de Beaupreau, qui annos natus quatuordecim, equo inter currendum excussus, succedentis alterius equi pedibus obtritus est. Cum ho extinctus est regiæ stirpis ramus. Vide Sammarthanum in ejus elogio. 1 Senec. *Non illum mortiemur, non tempore. Nam licet ætas imperfecta sit, vita perfecta est. Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis.*

Carolo Coſſæo Brixiaci Comiti. L.

Coſſæus ille ſub Franciſco primo, & Henrico ſecundo multis bellicis facinoribus inclaruit.

CArolus hic ſitus eſt modica Coſſæus in urna,
Pyramidum dignus cui tegat oſſa labor.
Patria Brixiacum, genus alto è ſanguine Coſſi,
Nec proavum inferior nobilitate [1] vorus.
Ingenium felix, facies gratiſſima, vicit
[2] Nemo manu juvenem conſilioque ſenem.
Quæcumque armiferis inimica eſt natio Francis,
Auxit eum titulis Marte coacta novis.
Cum Batavo Germanus, Iber, Ligur, Inſuber, Anglus,
Laudavere fidem, ceu tremuere manum.
Quod mortale fuit, rapuit mors: fama vireſcit,
Dum domus Hectoridum regia ſceptra geret.

à Cambrenſi pacificatione regem Henricum quoad potuit, dehortari conatus eſt. Et dum vixit militaris virtutis effigies fuit.

1 Uxor tori particeps.

2 Haſta juvenum, conſilium ſenum. Clauſula nimis vulgaris nonnihil hoc Epitaphium dedecorat: de clauſulis autem vulgaribus vide præfationem.

Chryſalus. LI.

Epigramma elegantiſſimis verſibus contextum, ſed nimiis hyperbolis vitiatum, ideoque tantum ad exemplum appoſitum generis hujus nec probandi, nec imitandi.

[1] DIves opum, pauperq; animi plus poſſidet auri
[2] Chryſalus, in [3] fulva quàm vehit
[4] Hermus aqua.
Poſſidet [5] incluſum ſic cæci carceris umbris:
Nec procul infernis, ut reor, à tenebris,
[6] Et decies unâ, vel ſæpius, inſpicit hora,
Et numerans miſeras uſque fatigat opes.
Nec ſatis hoc, centum ferratis limina portis
Addita, centenis ferrea clauſtra ſeris.
Cuſtodeſque canes, atque horridus ære ſatelles
Excubat ad clauſas pervigilatque fores.
Non miſer uxori, non audet credere natis:
[7] Frigida, non pictis, quos habet ara, deis.
Formidat, ſi vermis humo, mus exeat antro,

1 Horat. *Magnas inter opes inops.*

2 Auri amore captum, avarum intellige.

3 Propter arenas aureas.

4 Minoris Aſiæ fluvius juxta Dorilaum, qui Pactolo auctus Smyrnamalluit, & aureas arenas devolvere dicitur. 5 Aurum. Sed quomodo non procul ab inferno, ſi ſol radios immittere in latebras illas poterat, ut infra dicit. 6 Feſtivè hoc Euclione expreſſit Comicus, qui videndus. 7 Quia raro adolet thura, ne ſumptum faciat.

Si

Si luteum [8] *Progne ſub trabe figat opus.*
Si trabibus laxum ſuſpendit aranea caſſem,
Eſſe putat nummis retia tenſa ſuis.
Si ſol [9] *ſemotas penetret, vel luna feneſtras,*
Et tenuem ſudit lux inopina diem;
Oblinit extemplo rimas, ne ſcilicet auro
[10] *Inficiat radios* [11] *ille vel illa ſuos.*
Nec minus obſcuras formidat luce tenebras,
Et latebras, promptas ad ſcelus omne duces
Ipſe ſuam veluti furem luctatur in umbram,
[12] *Gypſatas metuunt* [13] *credula corda manus:*
Huc labor, huc miſeri ſpectat veſania voti,
Et trepidi ſemper corde [14] *micante metus.*
Poſt inopis curas, & inania tædia vitæ,
Dives ut ad Stygias iſſe feratur aquas.
Atque opibus mortem ceu placaturus [15] *avaram,*
Semper inops vivit, ne moriatur inops.

8 Hirundo.
9 Nam in domus penetralibus opes abdidit.
10 Tingat. Aliquid abradat ex auro.
11 Sol aut Luna.
12 Apparentem credo in gypſato pariete umbram; vel manus quomodocumque ex gypſo, aut in gypſo ſculptas, obſcurius dictum quam decebat tam illuſtri epigrammate; forte commodius ſcripſiſſet, & pictas, i. umbram manuum ſuarum in pariete depictam.
13 Propter timorem. Sic Seneca, *Prona eſt timore ſemper in pejus fides.* 14 Micare, proprie dicitur de venarum & arteriarum pulſu. 15 Avaram dicit mortem, quia rapit omnia.

Ad Mariam illuſtriſſimam Scotorum Reginam. LII.

Nympha, [1] *Caledoniæ quæ nunc feliciter oræ*
[2] *Miſſa per innumeros ſceptra tueris avos:*
Quæ [3] *ſortem antevenis meritis, virtutibus annos,*
Sexum animis, morum nobilitate genus:
Accipe (ſed [4] *facilis)* [5] *cultu donata Latino*
Carmina, fatidici nobile regis opus.
Illa quidem [6] *Cirrha procul &* [6] *Permeſſide lympha*
[7] *Pene ſub Arctoi ſidere nata poli.*
Non tamen auſus eram [8] *malè natum exponere Fœtum,*
[9] *Ne mihi diſpliceat, quæ placuere tibi.*

1 Antiquum id Scotiæ nomen.
2 Longa majorum ſerie ad ſe tranſmiſſa.
3 Fortunam regiam.
4 Benigna; eleganter.
5 In latinos verſus tranſlata, quod opus nunc in omnium eſt manibus.
6 Loca muſis ſacra Poetarum ineptiis celebrata.
7 In ſeptentrionem facta carmina. 8 Non auſus eſſem in publicum edere fœtum non faventibus Muſis editum. Equidem præter pſalmos nonnullos magis elaboratos ſolitus Buchanani nitor in iis deſideratur. 9 Ne improbare neceſſe haberem, quæ tu probaſſes.

Sed quod ab ingenio domini sperare nequibant,
Debebunt genio forsitan illa tuo.

Ad eandem. LIII.

Elegans & faceta argutia.
1 Versus.
2 Omnium bonorum affluentem copiam, quâ careo.
3 Tibi scilicet.
4 Opes quibus abundas.

1 *DO quod adest; opto* 2 *quod abest; tibi dona darentur*
Aurea, sors animo si foret æqua meo.
Hoc leve si credis, paribus me ulciscere donis:
3 *Et quod abest, opta tu mihi,* 4 *da quod adest.*

BIDERMANUS.

S. Kunigunda inter ignes illæsa. LIV.

Comitis Palatini filia, Henrico secundo Imperatori nupta virginitatem in matrimonio servavit, & falsa criminatione appetita, castitatem suam probavit eo modo qui in epigrammate refertur. Hæc ratio probandæ castitatis a multis postea Conciliis prohibita est.

TEstatura viro salvum Kunigunda pudore
In candente libens vomere fecit iter,
Exploratorem sed ubi pede contigit ignem,
Non fuit in planta sensus, in igne fuit.

De Viatore Hierichuntino. LV.

Relictum hoc Epigramma uti sequens, quod satis aptè alicui picturæ inscribi possit.

AMbulat incauto dum per loca devia passu,
Fertur in hostiles inscius erro globos.
Hi captum sternuntque solo, crebrisque lacessunt
Tuberibusque caput, vulneribusque latus:
Ille sed exanimi miserandus voce laborat
Inclamare piam prætereuntis opem.
Audiit hinc mystes clamantem, hinc assecla mystæ;
Auxiliaturos hos ratus æger erat.
Verum mysta fugit, mystæ fugit assecla. Quidquid
Latro facit sicâ, fecit uterque fugâ.

De

De eodem. LVI.

Semianimum vidit Samarita jacere cadaver,
Festinamque tulit, quam dare quivit, opem.
Nam postquam ingentes plagarum advertit hiatus,
Admovit medica sedulus arte manus.
Excepitque sinu, lenique perunxit olivo,
Et calido fovit vulnera lota mero.
Mox ubi manantes repressit sindone rivos,
Membra laboratis intulit ægra toris.
Ilevis, æger ait, meque aspernare sacerdos,
Profuit auxilio nunc caruisse tuo.

JANUS DOUZA.

Barba sapiens, moribus insipiens. LVII.

Quod sapiens vulgò, quod vir, Mariane, videris,
Acceptum barbæ fer, Mariane, tuæ;
Quod mihi nec sapiens, nec vir, Mariane, videris,
Moribus acceptum fer, Mariane, tuis.

Joannes Douza nobili familia, Orator item & Poeta, Notas in Salustium edidit & varia Poemata, vixit ann. 1604.

Ex illius Epigrammatis unum hoc selectum, & quidem valde mediocre. I Adscribe, assigna. Multos ad sapientiæ famam barba commendat; hinc festive Horatius,

Jussa sapientem pascere barbam.

BARLÆUS.

Amstelodamum. LVIII.

Urbs spatiosa, potens opibus, tectisque superba,
Viribus invidiam, crimina lege domat.
Finibus aucta novis, nunquam stat finibus isdem,
Latius expansis mœnibus hospes abit.

Suæ potentiæ æmulos viribus frænat Uterq; Indus vel in Oriente vel in Occid. positus.

Quicquid mortalis fingit solertia curâ,
Vel natura suo parturit alma sinu.
Illa dabit, totoque parans commercia mundo,
Nunc emere, & totam vendere semet amat.
Moschus, Arabs, Persa, Maurus, Judæus, uterque,
Quod ferat huc, rursusque auferat, Indus habet.
Hanc dum mundus adit, mundumque hæc ipsa pererrat,
Non urbs fixa loco, sed vagus orbis erat.

In scriptorem ineptum. LIX.

NUlla tuis quare reddatur epistola chartis,
Quæris? Ne posthac scribere sæpe velis.

PASCHASIUS.

Tardi Clientis tardus Patronus. LX.

Ad solvendum scilicet.

ARnus nuper adit novus cliens me,
Ut patrocinium suum subirem:
Suscepi fateor lubens volensque,
At nil obtulit Arnus advocato.
Paucis post rediit diebus Arnus,
Ut causam peragam rogat molestus,
Sed Arno mihi non datur vacare.
Idem postea tertio atque quarto
Et quinto vacuus domum revisit,
Meque solicitè angit, urget, instat;
Sed nil proficit ille plus apud me.
Hinc cœlum variis cliens querelis,
Accusat malè, meque seque damnat,
Quod talem sibi nactus est patronum:
In summa nihil Arnus ipse credit,
Suo vivere tardius patrono:
Et est tamen hic cliens supinus;
Ut se non putet esse tardiorem.

Officiis

Officiis nonnunquam emuntur inimicitiæ. LXI.

Mutua cum centum ſeſtertia, Marce, rogares,
Per ſanctum obteſtans nomen amicitiæ,
Non habeo, dixi, & ſi forſitan arca recondat,
Hæc tibi habe paucis, hoc tibi non habeam.
Protinus exclamans, cœlumque ululatibus implens,
Officio quereris me cecidiſſe meo.
Siccine amicitiam noſtram inquis, perdis? at inquam,
Tanti [1] inimicitias non emo, Marce, tuas.

[1] Quia dum repoſcerem, inimicum me tibi fieri neceſſe eſt.

Nimius cunctator. LXII.

DUM dubius fluit hac aut illac, dum timet anceps:
Ne male quid faciat, nil bene Quintus agit.

Scite & ſapienter dictum.

Philippus. LXIII.

NIL non Aſper agit, pro me ſi ſorte rogetur
Quicquam agere: at nuſquam commodat Aſper equum.
Quæro operam aut ſtudium; ſtudium mihi protinus Aſper
Non negat: at nuſquam commodat Aſper equum.
[1] It, redit, & currit pro me, ſi ſorte rogetur
Currere: ſed nuſquam commodat Aſper equum
Quam ſapis, ô Aſper, quam te bene noſcis, amice,
Plurie quam teipſum qui facis, Aſper, equum.

Acutum Epigramma; at aliquanto malignius.

[1] Imitatione ductum ex Horatio. *It, redit, & narrat.*

In Judicem. LXIV.

MIlle mihi nummos ſubtraxerat Heliodorus,
In quem bella fori litigioſa paro.
Cauſam agit in vinclis, longoque examine utrinque

Res

Res trahitur, negat is, contra ego teste probo.
Convictus tandem furti damnatur eidem
Pœna & perpetui scribitur exsilii.
Restitui argentum decernitur: at prius à me
Mercedem judex exigit ipse suam.
Sic qui judicio mihi reddi mille putabam,
Exhaustis primis, altera mille dedi.
In jus ô iterum judex veterator eamus,
Mille ego perdideram, millia bina rapis.

Ad Achillem Harlæum Baumontium in Parisiensi Senatu Præsidem. LXV.

QUod nullam judex sectaris principis aulam,
Integer & vitæ, propositique tenax,
Et rigidus justi custos, pietatis, honesti,
Temporibusque istis non potes esse malus:
Hæc superis primo, tum debes omnia patri,
Quem tu justitia, quem pietate refers.

IN POSTHUMIUM.

Miser suo judicio vere miser. LXVI.

ERrat Posthumium fœlicem qui putat; ipse
Posthumius miserum se putat, & miser est.

Ploratur lachrymis amissa pecunia veris. LXVII.

OMnia pauperibus moriens dedit Harpalus, hæres
Ut se non fictas exprimat in lachrymas.

Inconstans. LXVIII.

DIruis, ædificas, mutas quadrata rotundis,
Præcipitiq; ruunt omnia consilio.

Tum

Tum quod conſuluit levitas, ratione tueris:
Ni caveas, fiés cum ratione miſer.

Franciſci I. Galliarum regis morientis ad Henricum filium verba. LXIX.

NAto hæc Franciſcus dixiſſe noviſſima verba
Fertur & in gemitus proſiluiſſe pios.
Imprimis venerare Deum, Chariſſime fili,
Mox tibi ſit populi cura ſuprema tui.
Dixit & occubuit. Duo ne præcepta putate:
Alterutri ſi quis deſit, utrique deeſt.
Nam cui nulla Dei cura eſt, nec cura ſuorum eſt:
Et cui non populi cura, nec ulla Dei.

Epitaphium Juſtiniani Imperatoris. LXX.

FLavius, Auguſtus, fælix, pius, inclytus, Afri,
Vandalici, Alani victor & imperii,
Francicus, Anticus, & Gotticus, Germanicus, idem
Alamannicus, hoc marmore contegitur.
Quis docet hæc? lapis unus: at ô ſpes vana potentum!
Tot titulos mutum non niſi marmor habet.

Non quicquid cum antiquis convenit, ex antiquis ſumptum. LXXI.

PLurima me veterum ſenſa expreſſiſſe fatebor,
Ne fatear, fur ſim, vel furioſus ego.
Multa ſed ex aliis falsò ſumpſiſſe putabis,
Quæ mea percupiam, dicier, & mea ſunt;
Conveniunt tamen hæc antiquis: Dî malè perdant
Antiquos, mea qui præripuêre mihi.

Jugum

Jugum conjugii. LXXII.

Nulla dies nobis, non horula praterit una,
Non punctum, nullus temporis articulus;
Quo non (væ!) miseris servis succenseat uxor;
Succensetque mihi mî simul ipse querar.
Illius ad nutum totus componor, & idem
Pacificus cum sim, tristia bella gero.
Sic mihi pax bello, sic bellum pace paratur,
Et placide ut possim vivere, vivo miser.
Sic vel cum servis, vel conjuge litigo; sic est
Hei mihi! conjugium litigiosus amor.

NICOLAUS FABER.

Ex Græco Nazianzeni in tetrastichis. LXXIII.

Mediocre ac utile epigramma. Theodorus, inquit Cicero Tusc. 5. Lysimacho mortem minitanti. *Magnum vero*, inquit, *effecisti, si cantharidis vim consecutus es.*

Nemo suo damno, tibi sit quam magna potestas
Sentiat: officiis plurima posse proba.
Quantula enim laus est, vel multum posse nocere?
Frigidus hoc serpens, hocque cicuta potest.

SCÆVO.

SCÆVOLA SAMMARTHANUS.

Ad ampliſſimum virum Philippum Huraltum Chevernium Franciæ Cancellarium. LXXIV.

CLare ſenex, veteri cui ductus origine ſanguis
Armoricos longo ſtemmate jactat avos.
Cujus & in dubiis Regi prudentia rebus,
Cognita, & adverſo tempore certa fides,
Supremum hoc meruêre decus, regnique labantis
Molem ingentem humeris impoſuere tuis.
Si vacat, & gravium magna inter pondera rerum
Aonii memorem non piget eſſe chori,
Hoc etiam tenui quos edimus arte libellos
Sume lubens, vatis dulce jocantis opus.
Quid vetat ingenuis poſt ſeria luſibus uti,
Ingrataſque hilari pellere fronte minas?
Dura tot humanam vexent cum tædia vitam,
Triſtia qui lætis temperat, ille ſapit.

Hujus elogium habes apud Sammarthanum lib. 3. Elogiorum his verbis. Philippum Huraltum Chevernii Comitem ex Britannicâ nobilitate oriundum, Balnea mater fœmina quoque nobilis ultimo partu Poſthumum edidit, cum Rodolphus pater aliquot ante menſibus Neapolitano bello periiſſet. Adoleſcentem excepit Academia Pictavienſis, legum ſtudio celeberrima; cui tamen ita ſe dedit, ut hiſtoriarum interim & earum artium quæ ad Imperii gubernacula pertinerent aliquanto curioſior, unum fere Tacitum aut Cominium, & alios ejuſdem notæ ſcriptores haberet in manibus, eorumque diligenti & quotidiana lectione mirifice delectaretur. Scilicet generoſi adoleſcentis egregia jam tum indoles viam ſibi ad intima Principum conſilia, tanquam naturâ duce per hæc ſtudia parabat, ac muniebat. Nec tantæ ſpei poſtea defuit ad facilem eventum præſens, & opportuna fortis occaſio. Duxit enim uxorem Philippus Chriſtophori Thuani Senatus Principis filiam, qui vir clariſſimus, & in aſſidua tanti muneris functione occupatus, cum ab Henrico Regis fratre ad Cancellarii dignitatem invitaretur, maluit eam ad generum ſuum deferri; unde præcipuus ille deinceps patuit ad Regem futurum authoritatis & gratiæ locus. Cui demum abſenti, & è Sarmatia reditum in Galliam, audito fratris funere, molienti fic adfuit, ejuſque rationibus adeo aptè, fideliterque proſpexit, ut nunquam ingratus Princeps matris quidem authoritate, ſed ſalutaribus Huralti conſiliis aſſertum ſibi, & ſervatum fuiſſe Imperium non obſcure profiteretur, neque porro conquieſceret, donec eum in ſupremo Togatæ militiæ gradu collocaret: lubrico illo quidem & ancipiti, ſed in quo tamen vir incomparabili prudentiâ vel inter medios aulæ fluctus, & intentes æmulorum inſidias perſtitit incolumis, & in perpetuo proſperitatis tenore diu permanſit; nullam inſtabilis & iniquæ fortunæ vicem experturus, niſi optimus Princeps qui detectâ multorum perfidia deſertum ſe turpiter à ſuis, & proditum ſentiret, ſuſpicionum ideo plenus, omnes quantumvis probatos, & fideles miniſtros, atque in iis Huraltum ipſum Regiâ pepuliſſet ac ſummoviſſet. Verum altero poſt anno revocavit eum novus Regni ſucceſſor Henricus IV. & priſtinæ dignitati reſtituit. Erat ſtatura mediocri, ſpecie decorâ,

corâ, moribuſque ſuaviſſimis: nulli ſe in aceeſſu difficilem aut aſperum, nulli moroſum oſtendebat, eâ comitate vultus, eaque blandi ſermonis efficacitate, ut etiam eos qui repulſam paterentur, nunquam niſi lætos, ac benè ſperantes à ſe dimitteret. Nec eò minus gravitatem in conſiliis, & inſignem totius rei Gallicæ peritiam, quodque miremur in tantâ negotiorum multitudine & varietate paratam ſemper, & expeditam acerrimi judicii vim præferebat. Sane conſtat ejus interitum Regi maximo, & omnibus aulicis valde fuiſſe triſtem, & acerbum. Longe tamen acerbiorem futurum, niſi ampliſſimi viri Pomponii Bellegræi ſucceſſoris eo loco digniſſimi admirabilis integritas cum ſingulari doctrina & longiſſimo rerum uſu conjuncta, huic facile deſiderio modum adferrent. Vixit ad ſeptuaginta duos annos, vivido ſemper ingenio, & ſenſibus integerrimis; annoque tandem ſupra mille & quingentos undecentiſſimo, ſextili menſe apud Chevernium ſuum, ubi natus erat, mortuus eſt, ac ibidem in majorum conditorio juxta parentis oſſa, quæ Capua juſſerat in Galliam aſportari, tumulatus.

Ad Franciſcum Sanlucium Picardiæ Proregem. LXXV.

NE tibi quid deſit, referas [1] *ut totus Achillem,*
Dum pia pro patria fortiter arma geris.
[2] *Quondam etiam dulces Muſæ digreſſus in hortos*
Aonium [3] *patrio pectine tangis* [4] *ebur.*
Nec placidam tractare [4] *Chelyn poſt horrida bella*
Negligit hoſtili ſanguine tincta manus.
Quos titulos, quæ non meruit præconia laudum,
[5] *Quique canenda gerit, quique gerenda canit?*

1 Arma cantibus ſociantem.
2 Aliquando.
3 Verſibus gallicis ludis.
4 Citharam eburneam.
5 Lyram pacis animam. Luſus in verbo de quo diximus in præfatione.

In quoſdam hujus ætatis ſcriptores. LXXVI.

QUid juvat obſcuris involvere ſcripta latebris,
Ne pateant animi ſenſa? tacere potes.

Ad Petrum Ronſardum. LXXVII.

ÆMula dum Latiis Ronſardi Gallica noſtri
Conor ego in Latios vertere ſcripta modos:
Me vis major agit ſolito, ignotaſque per auras
Abripit hinc tanti ſpiritus ille viri.
Quique [1] *olim proprio cum plectra furore moverem,*

Quanto olim in pretio Ronſardus extiterit, & omnium illius ætatis in eum congeſtæ laudes, hoc unum Epigramma ſatis teſtatur. Sed ipſum non negligi noni mitabitur quiſquis fucatam & temporiarum pulchritudinem à vera & perenni novit internoſcere. Scilicet rudes adhuc Gallicæ Poeſeos populorum aures facile fuit Ronſardo qualibuſcunque verſibus detinere. At poſtquam acrioribus ſtudiis vera noſtra Poeſeos elegantia cœpit inquiri, Ronſardi illico vitia patuerunt, admiratio concidit. Quod totum contra Virgilio accidit ob eam quam diximus in præfatione cauſam. 1 Latinorum carminum dignitatem aſſequentia. Olim, i. e. aliquando.

Vix

Vix bene ſum notæ ſerpere viſus humi,
Summa feror ſuper aſtra: juvat quoſcunq; Poetas
Deſpicere, & ſacri pectinis eſſe Patrem.
Sic olim atheriis aquilæ dum regulus alis
Suſcipitur, reliquas deſpicit altus aves.

BARCLAIUS.

Epitaphium Seleniſſæ. LXXVIII.

BUſta vides, ſævique hoſpes monumenta doloris,
Bis moritur, quæ ſe eſt judice digna mori,
Non effare tamen ſeu verba gravantia manes,
Seu placidâ faciunt quæ leve pondus humo.
Huic tumulo pacemve neſas, [1] *ſtimuloſve precari,*
Dic tantum: ut merita es, ſit precor, umbra tibi.
Nempe Seleniſſa eſt, dubium furioſa magiſne
Leſerit, an læſam ſit magis ulta fidem.

Seleniſſa ficta perſona in Argenidis fabulâ, de quâ hæc accipe quæ ad hujus Epigrammatis intelligentiam ſufficiunt. Ingens illa arcanum donis à Rege Sardiniæ corrupta prodiderat, mox perfidiæ convicta, tantum inde pudoris cepit, ut necem ſibi ipſa conſciverit.

1 Furiarum ſtimulos: faces umbras excruciantes.

De Margaretâ Valeſiâ Navarræ Reginâ. LXXIX.

O Patria, ô arces, ô dulcia tecta parentum,
Unde [1] *avus, unde* [2] *pater,* [3] *tres unde ex ordine fratres*
Sceptra tulêre mei, mene ô agnoſcitis arces?
Ille ego ſum, cui vos cunabula cara dediſtis,
Et patrio ingentem cultu jactaſtis alumnam;
Stirpe Deas, & fronte Deas, & ſidera vultu
Cum premerem, [4] *amborum ſpes ambitioſa procorum,*
[5] *Nunc conjux vidua, & vani cum nomine regni,*
[6] *Rupibus è nudis, longique è carcere montis*
Exſtedo. Sed & hîc cauſas infeſta dolendi,

1 Franciſcus I.
2 Henricus II.
3 Franciſcus, Carolus IX. & Henricus III.

4 Henrici Guiſii & Henrici Navarræ Regis.
5 Quia ab Henrico IV. repudium ipſi miſſum eſt.
6 Ubi diu in quodam velut exilio degere coacta eſt.

Diſponit

Disponit fortuna mihi, [7] *monstratque colendam*
Quæ mihi successit, [8] *quique, ah, de corpore nostro*
Debuit esse puer. Nec jam contendere promptum
Damnavit dudum miseram fecitque nocentem
[9] *Cum tali certâsse viro. Jam credere Divis,*
Felicesque sequi juvat, & subscribere fato.
O dolor! an potui victos inflectere vultus,
[10] *Despectosque orâsse viros? Ne credite, vivam.*
Jamdudum perii, jamdudum extincta supersum;
Et vivo, & morior toties; me funere longo
Nempe mori decuit, quæ tot per secula clarum
Induco tumulis suprema Valesia nomen.

7 Reginam Mariam Mediceam quæ in ejus thorum successerat.
8 Rex Galliæ LudovicusXIII
9 Cum Henrico IV. simultates exercuisse.
10 Olim illa Henricum despectui habuerat multo in Guisium propensior.

NICOLAUS BORBONIUS.

In depictam Carthusiæ majoris vasti montis solitudinem. LXXX.

HAS steriles saltûs rupes, & inhospita saxa
Ne deserta voces: omnia plena Deo.
Hâc [1] *pater angustis in cœlum callibus ibat*
Noster inaccessas impiger ire vias:
Quemque nec in mediis invenerat urbibus unum
Quærebat cupidus colle silente Deum.
Credo equidem sancto Brunonis pectore, & istic
Numen in ardenti ceu latuisse rubo.

Clausa hujus Epigrammatis non satis belle è superioribus versibus fluit, reliqua ornatissima sunt.
1 Bruno Majoris Carthusiæ totiusque Ordinis conditor.

In opera Philosophica Crassotii eximii Philosophi. LXXXI.

POst cineres auctoris, abi, securus edacis
Invidiæ, meritâ luce, libelle, frui:
Fixerit hæc vivo dentem: fortuna negâris

Viventi enim Crassotio non satis æqua hominum judicia fuerunt: credo illius incultâ & horridâ & specie alienata: at posthumis ejus operibus quæ debebatur existimatio reddita est. Aristotelicæ Philosophiæ peritissimum fuisse Crassotium omnes fatentur, imo ipso Aristotele in plerisque subtiliorem; nusquam enim ille major quam cum ab Aristotele discedit.

Qua

Quæ bene promeritis, non ſatis æqua, ſolet.
Omnis eò fortis vis eſt conſumpta malignæ,
Et naſci fato jam meliore potes.
Alterum, in excuſis ſera amplexabitur ætas,
Quem ſua ſpreverunt ſecula, Ariſtotelem.

HUGO GROTIUS.

Erudita ignorantia. LXXXII.

QUI curioſus poſtulat [1] *totum ſuæ*
Patere menti, ferre qui non [2] *ſufficit*
Mediocritatis conſcientiam ſuæ,
Judex iniquus, æſtimator eſt malus
Suique, naturæque: nam rerum parens,
[3] *Libanda tantùm quæ venit mortalibus,*
Nos ſcire pauca, multa mirari jubet.
Hic primus error auctor eſt pejoribus:
Nam qui fateri nil poteſt incognitum,
[4] *Falſo neceſſe eſt placet ignorantiam.*
Magis quieſcet animus, errabit minus.
Contentus eruditione [5] *parabili;*
Nec quæret illam, ſi qua quærentem fugit.
Neſcire quædam magna pars ſapientiæ eſt.

Epigramma egregium pulchris, & gravibus ſententiis eleganter expreſſis refertum.

1 Totum poſuit pro eo quod eſt omnia.

2 Non poteſt, non vaſet, qui ſe tam exigua rerum ſcientiâ præditum ægrè fert.

3 Non intus ſcrutanda, ſed ſtrictim tantum & leviter attingenda.

4 Subtilius & ideo obſcurius dictum; hoc tamen credo ſenſu, neceſſe eſt ut multis falſis aſſentiatur, dum nihil ſibi incognitum fateri vult.

5 Quæ facile parari poteſt.

Oſtenda

Ostenda loquitur. LXXXIII.

Hoc Epigramma proculdubio nobile Gallicis versibus reddidit Malherbius in poematis: notum est Ostendæ obsidionem per tres annos duraſſe, obsessis novos semper aggeres, nova propugnacula struentibus, in quæ prioribus depulsi sese recipiebant, ut ad extremum exigua tantum area supereſſet.

Area parva [1] *ducum,* [2] *totus quam respicit orbis,*
[3] *Celsior una malis, &* [4] *quam damnare ruinæ,*
Nunc quoque fata timent, [5] *alieno in littore resto.*
Tertius annus abit: quoties mutavimus hostem,
Sævit hyems pelago, morbisque furentibus æstas,
Et minimum est quod fecit Iber; crudelior armis
In nos orta lues, [7] *nullum est sine funere funus,*
Nec perimit mors [8] *una semel. Fortuna quid hæres?*
Quâ mercede tenes mixtos in sanguine [9] *Manes?*
Quis [10] *tumulos moriens hoc occupet hoste perempto*
Quæritur, & sterili tantum de pulvere pugna est?

1 Quam Duces tum Batavi tum Hispani certaminis campum delegerant. 2 In quam arrecti sunt omnium animi. 3 Calamitatibus nacta celebritatem. 4 Nondum audent fata decernere ut ab Hispanis capiatur. 5 Hispanorum ditione undique circumsessa 6 Dum novi subinde milites obsidioni succederent. 7 Singulæ mortes alias item mortes contagione accersunt. 8 Plures in quemque confluunt causæ moriendi, fames, frigus, lues, &c. 9 Non jam homines vivos, sed meras umbras sanguine concretas. 10 Tumulos vocat quia exigua illa area mortuorum corporibus tumulandis vix satis erat.

In Obitum Justi Lipsii. LXXIV.

1 Lipsius.
2 Quod urbem Romam olim terrarum Dominam præterfluit.
3 Septem collibus urbis Romæ.
4 Miram enim curam Lipsius posuit in veteris Romæ monumentis eruendis & illustrandis.

Hoc quoq; fer totum, sed tristis, fama per orbem:
[1] *Ille diu plausus, deliciæque tuæ:*
Quem populis unum cunctis narrare solebas,
Occidit, & tantùm vivit in ore tuo.
Omnis ad exequias, quà sol oriturque, caditque,
Hoc est, quà legitur Lipsius, orbis eat.
Præcipue aspicies [2] *domini cum Tibridis arces,*
Fac septem resonet vox lacrymosa [3] *jugis:*
Lipsius occubuit, [4] *cui quantum defuit ævi,*
Tantum nescitur maxima Roma tui.

In

In mortem Scaligeri. LXXXV.

UNica lux ſæcli, [1] *genitoris gloria, nemo*
Quem [2] *puerum, nemo credidit eſſe* [3] *ſenem:*
Tam ſibi par ſemper, quàm [4] *cunctis celſior unus,*
Et qui ſe [5] *totum debuit ipſe ſibi:*
Exuperans famâ quos æquat ſanguine [6] *reges;*
Sceptrigeris majus nomen adeptus avis,
Hic jacet ille capax immenſi Scaliger ævi,
Nec ſibi mors unquam plus licuiſſe putet.
Quid querimur raptum? mens eſt quâ vivitur: an-
Ille tot [7] *exegit mente, quot orbis habet.*
Omnia dum retro mundi veſtigia quærit,
Quærentem retro deſtituêre dies.
Emenſus populos, & [8] *diſſona gentibus ora,*
Ambierat quantum lumine Phœbus, obit.
Teſtamur, natura, tibi non defuit ille:
Tu gentes alias, ſecula plura, dares.
Ultra Scaligerum nihil eſt: nec Scaliger ultra:
Ille tui finem repperit, ille ſui.

Joſephi Scaligeri elogium in quo multas fuiſſe literas fatentur omnes.
1 Julii Scaligeri.
2 Ob adultam & præcocem maturitatem.
3 Ob vividum, & nulla ex parte debilitatum ingenium.
4 In humanioribus literis vel chronologicis rebus.
5 Eruditionem ſuam non aliunde mutuatus eſt.
6 Ortos ſe ſanguine principum ſemper Scaligeri venditârunt.
7 Præclarum certè inventum Julianæ periodi illi debetur; ſed utrum in reliquis ei diligentia fuerit, lege Petavium. 8 Fuit in Scaligero magna variarum linguarum notitia.

In effigiem Scaligeri in Bibliothecâ ſervatam. LXXXVI.

INter mille libros (nec ſedes dignior ulla)
Quæ tulit immenſus Scaliger, ora vides:
Mille libros Hoſpes nimium ne reſpice, major
Hic, tibi quem monſtro, Bibliotheca fuit.

Aliud. LXXXVII.

CUM [1] *plutei doctis turgerent undique chartis,*
Quas velit æterno fama fovere ſinu,
Exheredavit moriturus Scaliger orbem,
Et vetuit poſt ſe ſcripta videre diem.

1 Armaria Bibliothecarum.

Heu

Heu nimium duras è miti pectore leges,
Pro quibus impietas magna sit esse pium!
Digna sit hâc pœnâ præsens quæ vivitur ætas,
[2] *Nempe hæc quæ Titios, Schoppiadasque tulit.*
Sed quò posteritas meruit non posse doceri?
Aut quid fecerunt tam bona scripta mali?
Parce pater, si nos recte tibi cuncta monenti,
Credere in hoc uno credimus esse nefas.
Publica sunt isthæc; semel & te fata dederunt
Omnibus, inde potest jam nihil esse tuum.
Sic tamen, ut mandus: nequeunt vel pressa latere,
Quæ tantum ex tanto nomine lucis habent.
Quicquid nescitur, foliis quæretur in istis,
Hinc sibi responsum maxima turba petet,
Quanta nec Euboicæ celebravit virginis antrum,
Nec Tripodes medio quos habet ore locus.
Quid juvat in populos has non dimittere chartas?
Scaligeri circum scrinia mundus erit.

2 Obtrectatores Scaligeri.

In Meursii lexicon græcobarbarum. LXXXVIII.

Accipe quem tibi dat, lector studiose, laborem
Meursius, hâc chartâ Græcia tota patet.
Non quæ Socratico quondam sermone locuta est,
Quæ [1] *Macedûm linguæ fulmine fregit opes:*
Sed qualis moriens in regni sede superbi,
Singultus olim, mœstaque verba dedit:
Cum Byzantinos habuit nova Roma Quirites,
Heu male vicinis præda futura Getis!
Doctrinæ, cultûsque parens (quis credere possit!)
Græcia quâ demptâ barbarus orbis erat.
Hûc cecidit: Græcos velit ut qui discere libros,
Debeat hinc Græcam discere barbariem.

1 Multas Philippi Macedonum molitiones orationibus suis disturbavit Demosthenes, irrito tamen ad ultimum eventu.

In

In Effigiem Henrici magni Regis Galliarum. LXXXIX.

Quantum aliis Reges, hic tantum regibus extat,
In bello, & belli victor, & ipse sui.
Hic ille Henricus, quo, Gallia, dante recepit
Fracta decus, mores barbara, pauper opes.

In Orationes Danielis Heinsii. XC.

IAM Demosthenicæ [1] *sititor undæ*
Linquis [2] *Pegaseos, amice, fontes,*
Regnans eloquio solutiore:
Dum nunc ingenii fluentis æstum
Libertas tibi Tulliana [3] *laxat:*
Nunc facundia Plinium secuta
Constringi studet [4] *arctiore gyro:*
Nunc docti Senecæ refert acumen
Densis pagina seminata gemmis,
Heinsi, vive diu, diuque de te
Certent Suada potens, novemque Musæ.
Quicquid [5] *nominibus prioris ævi*
Æternam potuit parare famam,
Hoc in te liceat stupere solo,
Millenis facibus superba nox est,
Astrum sufficit unicum diei.

Epigramma comptis & elegantibus versibus, vulgaribus sententiis.
1 Qui sitis.
2 Poeticam relinquis ut ad solutam orationem te transferas.
3 Qui amplioribus periodis explicandi ingenii copiam præbet.
4 Quia Plinius numeris adstrictior.
5 Celebratis prioris ævi scriptoribus.

In Illustrissimi Principis currus veliferos. XCI.

HActenus immensum Batavi decurrimus æquor,
Oceani nobis invia nulla via est.
Vidêre Amstelias vada Calpetana carinas,
Vidit in opposito littore fuscus Arabs:
Quâque Magellanum cohibent freta fervida mundum,
Quâque procellosas Java colorat aquas:

Quâ-

Quâque ruit Ganges cognato turbidus auro
In mare, & Arctoo quà riget unda gelu;
Nerea Cattorum ſoboles conſumſimus omnem:
Jam nihil eſt ultrâ; velificatur humus.

1 Nimiam in enumerando diligentiam non ſatis vitaviſſe Grotium cenſuerunt viri acuti, qui propterea duos illos verſus reſecandos exiſtimabant.

JOSEPHI SCALIGERI.

In Lexicographos. XCII.

SI quem dura manet ſententia Judicis olim
Damnatum ærumnis ſuppliciiſque caput,
Hunc neque fabrili laſſent ergaſtula maſsâ
Nec rigidas vexent foſſa metalla Manus.
LEXICA contexat; nam cætera quid moror? omnes
Pœnarum facies hic Labor unus habet.

1 Hoc Epigramma ſcripſiſſe fertur Scaliger poſtquam indicem in Theſaurum Inſcriptionum Gruterianum compoſuerat.

FAMIANUS STRADA.

Fidicinis & Philomelæ certamen. XCIII.

JAM Sol à medio pronus deflexerat orbe,
Mitiùs è radiis vibrans crinalibus ignem:
Cum fidicen propter Tiberina fluenta, ſonanti
Lenibat plectro curas, æſtumque levabat
Ilice defenſus nigrâ, ſcenâque virenti.
Audiit hunc hoſpes ſylvæ Philomela propinquæ,
Muſa loci, nemoris Siren, innoxia Siren,
Et prope ſuccedens ſtetit abdita frondibus, alte
Accipiens ſonitum, ſecumque remurmurat, & quos
Ille modos variat digitis, hæc gutture reddit.

Hic eſt ille Strada quem ſcripta Belgicarum turbarum hiſtoria ſatis nobilem fecit: ſcripſit idem proluſiones quaſdam, ſive orationes initio prælectionum à ſe recitatas, in quarum unâ non infeliciter varios Poetarum charactéres imitatur: ex ea ſumptum eſt illud carmen in quo Claudianum ſibi propoſuit effingendum, an belle ipſi ceſſerit imitatio, alii judicent: ipſum certe carmen per ſe elegans & dignum quod in ſimilibus argumentis alii imitentur.

Senſit

Senſit ſe fidicen, Philomelâ imitante, referri,
Et placuit ludum volucri dare; pleniùs ergo
Explorat citharam, tentamentumque futuræ
Præbeat & pugnæ, percurrit protinus omnes
Impulſu pernice fides. Nec ſegniùs illa
Mille per excurrens variæ diſcrimina vocis
Venturi ſpecimen præfert argutula cantûs.
Tunc fidicen per fila movens trepidantia dextram,
Nunc contemnenti ſimilis diverberat ungue,
Deflectitque pari chordas & ſimplice ductu:
Nunc carptim replicat, digitiſque micantibus urget
Fila minutatim, celerique repercutit ictu.
Mox ſilet. Illa modis totidem reſpondet, & artem
Arte refert. Nunc ceu rudis, aut incerta canendi
Projicit in longum, nulloque plicatile flexu
Carmen init, ſimili ſerie, jugique tenore
Prebet iter liquidum labenti in pectore voci:
Nunc ceſim variat, moduliſque canora minutis
Delibrat vocem, tremulique reciprocat ore.
Miratur fidicen parvis è faucibus ire
Tam varium, tam dulce melos: majoraque tentans
Alternat mirâ arte fides: dum torquet acutas,
Inciditque graves, operoſo verbere pulſat,
Permiſcetque ſimul certantia rauca ſonoris,
Ceu reſides in bella viros clangore lacceſſat.
Hic etiam Philomela canit: dumque ore liquenti
Vibrat acuta ſonum, moduliſque interplicat æquis;
Ex inopinato gravis intonat, & leve murmur
Turbinat introrſus, alternantique ſonore
Ularat & infuſcat, ceu Martia claſſica pulſet.
Scilicet erubuit fidicen, iràque calente,
Aut non hæc, inquit, referes Cithariſtria ſilvæ,
Aut fractâ cedam Citharâ. Nec plura locutus,
Non imitabilibus plectrum concentibus urget.
Namque manu per fila volat, ſimul hos, ſimul illos
Explorat numeros, chordâque laborat in omni,
Et ſtrepit, & tinnit, creſcitque ſuperbius, & ſe
Multiplicat relegens, plenoque choreumate plaudit.

Tum ſtetit exſpectans, ſi quid paret æmula contra.
Illa autem, quanquam vox dudum exercita fauces
Aſperat, impatiens vinci ſimul advocat omnes
Nequicquam vires; nam dum diſcrimina tanta
Reddere tot fidium nativâ & ſimplice tentat
Voce, canaliculiſque imitari grandia parvis;
Impar magnanimis auſis, imparque dolori
Deficit, & vitam ſummo in certamine linquens,
Victoris cadit in plectrum, par nacta ſepulchrum:
Uſque adeo, & tenues animas ſerit æmula virtus!

VINCENTIUS GUINISIUS.

De ſanctâ felicitate filios ad mortem exhortante. XCIV.

ITE mea, ô quondam, nunc Chriſti pignora, dixit,
Dum natos mortem vidit adire parens.
Ite & magnanimo teſtetur ſanguine virtus,
Non vos ſeminei germinis eſſe genus.
Vos ego ponè ſequar; quæ veſtræ credita vitæ
Mater eram, veſtræ filia mortis ero,
O pluſquam mater! bis prolem enixa! nec illud
Extinxiſſe genus, ſed peperiſſe fuit.

De ſacro Jejunio. XCV.

DEſinite in medio jejunia quærere luxu,
Atque inopem victum dicere mille dapes:
Ingluvies eſt & rabies fœdiſſima ventris,
Sive ſit hæc cælo, ſeu ſaturata mari.
Jejunum non eſca facit quæſita ſub undis,
Mutant delicias æquora, non prohibent.

De

De eodem Argumento. XCVI.

Quid juvat exiguis jejunia ponere menſis,
Et ſeſe tenui debilitare cibo?
Si gravis eſt vitiis animus, ſi pectus onuſtum
Criminibus, ſaties ſi tibi nulla mali eſt:
Non domat is corpus dapibus qui parcit opimis:
Qui vitiis animum non alit, ille domat.

INCERTORUM AUCTORUM.

De Mathilde Imperatrice. XCVII.

Ortû magna, viro major, [1] *ſed maxima prole,*
Hic jacet Henrici filia, ſponſa, parens.

[1] Hæc patrem habuit Henricum I. Regem Angliæ, virum Henricum IV. Germaniæ Imperatorem, ſi umque Henricum II. ejuſdem Angliæ regem. [2] Et prole quidem illa maxi na & longe felicissima fuit. Henricus enim II. ejus filius, ut inquit, qu tum vixit, Ivo Præſul Carnotenſis: *Rex optimus apud Britannias, Normannorum & Aquitanorum Dux felicissimus, & primus tam amplitudine rerum, quàm ſplendere virtutum. Quàm ſtrenuus, quàm magnificus, quàm prudens, & modeſtus eb ipsâ, ut dicam, invidiâ, nec ipſe livor ſilere. nec diſſimulare poteſt, cum opera recentia & manifeſta ſint, & à Britannia vix finibus ad Hiſpaniæ limites virtutis ſuæ protenderit. & continuaverit titulos.* De his autem Epigrammate ſic in ſua Britannia Camdenus, cui vu gatum debetur; *Atque*, inquit, *diſtichum tumulo Mathildis inſcriptum, & illud meo ſane judicio Muſis ſaventibus natum.*

In ſtatuam equeſtrem Ludovici XIII. poſitam Pariſiis in circo regali. XCVIII.

Quod bellator hydros pacem ſpirare rebelles,
Deplumes trepidare aquilas, miteſcere pardos,
Et depreſſa jugo ſubmittere colla leones
Deſpectat LODOICUS *equo ſublimis aeno,*
Non digiti, non artifices finxère camini,
Sed virtus, & plena Deo fortuna peregit:
Armandus fidei vindex, paciſque ſequeſter,

[1] Richelius Cardinalis

Auguſtum curavit opus, populiſque verendam
Regali voluit ſtatuam conſurgere circo;
Ut poſt civilis depulſa pericula belli,
Et circum domitos armis felicibus hoſtes,
Æternùm dominâ Lodoicus in urbe triumphet.

Inſcriptio armamentarii Regii Pariſienſis vulgò dicti Arſenal. XCIX.

ÆTna hæc Henrico vulcania tela miniſtrat;
Tela gigantëos debellatura furores.

SENTEN-

SENTENTIÆ ILLUSTRIORES, Ex antiquorum Poetarum Principibus ſelectæ.

PLAUTUS.

I.

SAt habet [1] favitorum ſemper qui recte facit.

[1] Favitorum pro fautorum antiquè dictum.

II.

Opulento homini hoc ſervitus dura eſt :
Magis miſer eſt [2] divitis ſervus.

[2] Idem, hoc ipſo dura eſt ſervitus quo opulento homini ſervitur.

III.

Satis parva res eſt voluptatum in vitâ atque in ætate
Agundâ, [3] præ quàm quod moleſtum eſt.

[3] Si eum moleſtiis conferas.

IV.

Semper oculatæ ſunt noſtræ manus; credunt quod vident.

V.

[4] Neceſſe eſt facere ſumtum, qui quærit lucrum.

[4] Ita Terentius *Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum.*

VI.

** Non decet ſuperbum eſſe hominem ſervum.*

* Homines omnes ſervi erga Deum : nemo ergo ſuperbiat.

VII.

[5] Veriſimile non eſt hominem pauperem
Pauxillum parvi facere quin nummum petat :
Dummodo morata veniat, dotata eſt ſatis.

[5] Exemplum eſt conjecturæ, quæ tamen ſæpe fallit.

VIII.

Feſto die ſi quid prodegeris
[6] Profeſto egere liceat niſi peperceris.

[6] Non Feſto.

IX.

Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri:
Dotatæ mactant, & malo, & damno viros.

X.

7 Homihum vitam ac fortunas parv. æstimant.

Enim vero Dii nos, 7 *quasi pilas, homines habent.*

XI.

Tum denique omnes nostra intelligimus bona,
Quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

XII.

Ut sæpe summa ingenia in occulto latent.

XIII.

8 Nisi astutia ctes & gubernes.

Nam doli non doli sunt, 8 *nisi astu colas.*

XIV.

Nam fere maxuma pars morem hunc hominis habent;
Dum id impetrant boni sunt, sed ubi jam penes se habent;
Ex bonis pessumi, & fraudulentissimi sunt.

XV.

9 Humanas res pro libito componit, ovir, adfingit.

Fortuna 9 *humana fingit artatque, ut lubet.*

XVI.

Est profecto Deus qui quæ nos gerimus auditque, & videt.

XVII.

Meus mihi, suus cuique est charus.

XVIII.

Est miserorum ut malevolentes sint, atque invideant bonis.

XIX.

Cur ego te non novi? R. *Quia mos oblivisci hominibus,*

10 A quo nihil amplius fieri.

Neque noviſſe 10 *quovis nihil sit faciunda gratia.*

XX.

Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.

XXI.

Plerique homines quos cum nihil refert pudet,
Ubi pudendum est, ibi deserit eos pudor,
Quum magis usus est ut pudeat.

XXII. Pol

XXII.

Pol quidem meo animo ingrato homine nihil [11] *impensius.*

11 Id est, pernicio sius, gravius, molestius.

XXIII.

Malefactorem amitti satiùs, quàm relinqui beneficum.

XXIV.

Nimiò præstat [12] *impendiosum te quam ingratum dicier:*
Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali.

12 Id est, prodigum & effusum in sumptus.

XXV.

Unum hoc scito, nimio celeriùs
Veníre quod molestum est, quàm id quod cupidè petas.

XXVI.

Hospes nullus, tam in amici hospitium [13] *divorti potest,*
Quin ubi triduum continuum fecerit, jam odiosus fiet;
Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant.

13 Pro divertet.

XXVII.

[14] *Quod eorum causâ obsonatum est culpant, sed comedunt tamen.*

14 De iis dicitur qui nemo apparat, excipere se querun ur.

XXVIII.

Nemo [15] *solus sapit.*
[16] *Feliciter is sapit qui periculo alieno sapit.*

15 Sine eo fit.
16 Secundi; periculum ex aliis facere.

XXIX.

In pertusum ingerimus dicta dolium.

XXX.

Omnes res perinde sunt ut agas, ut eas magni facies.

XXXI.

Bene [17] *ubi quid discimus consilium accidisse, hominem cautum eum*
Esse declaramus; stultum autem illum cui vortit malè.

17 Ex eventis homines judicamus. sed non nunquam male.

XXXII.

Magnum hoc vitium vini est, pedes captat primùm,
Luctator dolosus est.

XXXIII.

18 Longiorem quidem amnis & certam demonstrat viam ad mare.

18 *Viam qui nescit quà deveniat ad mare,*
Eum oportet amnem quærere comitem sibi.

XXXIV.

Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem.

TERENTIUS.

I.

1 Recte hoc dicitur in auxiam & modum dimittendi.
2 Eg eg a imago compositi adolescentis, imo vir. auulci.

1 *Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant.*
2 *Sic vita erat; facilè omnes perferre, ac pati*
Cum quibus erat cumque unâ, his se dedere,
Eorum obsequi studiis, adversus nemini,
Nunquam præponens se illis; ita facillime
Sine invidiâ laudem invenias, & amicos pares.

II.

3 Obsequium hoc sensu primus Terentius dixit.

3 *Obsequium amicos, veritas odium parit.*

III.

Id arbitror apprimè in vitâ utile, ut ne quid nimis.

IV.

Dum in dubio est animus, paulo momento hûc illùc impellitur.

V.

Quoniam id fieri quod vis non potest, velis id quod possis.

VI.

Facilè omnes cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis aliter sentias.

VII.

Neutiquam officium liberi esse hominis puto,
Cum is nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi.

VIII. *Verum*

VIII.

Verum illud verbum est vulgò quod dici solet,
Omnes sibi malle melius esse, quàm alteri.

IX.

Amantium iræ amoris integratio est.

X.

Scio, coactus tuâ voluntate es.

XI.

Nihil ne esse proprium cuiquam!

4 Nihil ne ab ullo perpetuò constante que possideri; id enim est proprium apud Latinos Virg. *Propria hæc si dona fuissent.*

XII.

Fallacia alia aliam trudit.

XIII.

Paulùm interesse censes ex animo omnia
Ut fert natura facias, an de industriâ?

XIV.

Here, quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, ea consilio regere non potes:
In amore hæc omnia insunt vitia; injuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursus, incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.

XV.

Dî immortales! homini homo quid præstat: stulto intelligens
Quid interest!

XVI.

Imperavi egomet mihi,
Omnia assentari. *Is quæstus est multò ubertimus.*

5 Assentationis effigies.

XVII.

Omnium rerum, heus vicissitudo est!

6 Guisiana fortuna.

XVIII.

Tacent, satis laudant.

7 En ipso quorem sibi invisam vituperare non audere? ex ea reprehensionem esse conjicitur.

XIX.

Quod cavere possis, stultum admittere est;
Malo ego nos prospicere, quàm hunc ulcisci acceptâ injuriâ.

XX.

Omnia prius verbis experiri, quam armis, sapientem decet.

XXI.

Novi ingenium mulierum,
Nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ultro.

XXII.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

XXIII.

8 *Primùm ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,*
Me hujus quidquid facio id facere maximè causâ meâ,
Verùm si idem vobis prodest, vos non facere, insitia est.

8. Multum habet elegantiæ sic simpliciter cupiditatem confiteri satis sulpte vi apparentem, nec dissimulare frustra quod tegi non potest.

XXIV.

Homo sum, humani à me nil alienum puto.

XXV.

Quem ferret si parentem non ferret suum?

XXVI.

Bona fortunæ perinde sunt ut illius animus qui ea possidet.
Qui uti scit, ei bona: qui non utitur recte, mala.

XXVII.

Verum ubi animus semel se cupiditate devinxit malâ,
Necesse est consilia consequi consimilia.

XXVIII.

Scitum est periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.

XXIX.

9 *Quàm iniqui sunt patres in omnes adolescentes judices,*
Qui æquum esse censent nos jam à pueris illico nasci senes,
Ex sua libidine moderantur, nunc quæ est, non quæ olim fuit.

9. Veritatem aliquam habet sententia in patres quosdam nimiùm severos, minùs prudentes, nec satis ætati puerorum indulgentes.

XXX. Ea-

XXX.

Ea res dedit tum existimandi copiam,
Cotidianæ vitæ consuetudinem
Quæ cujusque ingenium ut sit declarat maximè.

XXXI.

——10 Haud stultè sapis
Siquidem id sapere est velle te id, quod non potest contingere,
Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.

10 In eos dicitur, qui mala & bona invicem nexa volunt dissociare, & secreto malis bonis frui contra naturam.

XXXII.

Dies adimit ægritudinem hominibus.

XXXIII.

Vehemens in utramque partem Menedeme es nimis.

XXXIV.

Nam deteriores omnes simus licentiâ.

XXXV.

Ita comparatum esse naturam omnium,
Aliena ut melius videant & dijudicent,
Quam sua. An eò fit, quia in re nostrâ aut gaudio
Sumus præpediti nimiò, aut ægritudine?

XXXVI.

Ne ista herclè magno conatu magnas nugas dixerit.

XXXVII.

Jus summum sæpe summa est malitia.

XXXVIII.

Nulla est tam facilis res quin difficilis siet,
Quam invitus facias.

XXXIX.

Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?

XL.

Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem;
Tanto magis audebit cæteros.

XLI.

Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse duco quam metu.

XLII.

Et errat longè meâ quidem sententiâ,
Qui imperium credat gravius esse stabilius,
Vi quod sit, quam illud quod amicitiâ adjungitur.

XLIII.

Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescîri posse credit, tantisper cavet;
Si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit:
Ille quem ex beneficio adjungas ex animo facit;
Studet par referre, præsens absensque idem erit.

XLIV.

Hoc patrium est, potiùs consuefacere filium
Suâ sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc páter ac Dominus interest; hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis.

XLV.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. R. *Ego spem pretio non emo.*

XLVI.

Quid facias, ut homo es, ita morem geras.

XLVII.

Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quo modo
Suspicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.

XLVIII.

Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris,
Si illud quod maximè opus est jactu non cadit;
Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.

XLIX.

——— *Multa in homine*
Signa insunt, ex quibus conjectura facile sit,
Duo cum idem faciunt, sæpe ut possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet;
Non quò dissimilis res sit, sed quòd qui facit.

L.

Ad omnia alia, ætate ſapimus rectius ;
Solum unum hoc vitium affert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus omnes ad rem, quàm par eſt.

LI.

Nunquam ita quiſquam bene ſubductâ ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat ; ut ea quæ te ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putâris prima, in experiundo ut repudies.

Nunquam ita quiſquam rectè di vita agenda deliberavit, &c.

LII.

Proh Deûm atque hominum fidem ! Quod hoc genus eſt, quæve eſt hæc conjuratio,
Ut omnes mulieres eadem æque ſtudeant, nolintque omnia,
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias ?
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.

LIII.

Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, injurias
Faciunt : nam ſæpe eſt quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt.
Cum de eâdem causâ eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſe quàm pro levibus noxiis iras gerunt,
Qua propter ? quia enim qui eos gubernat animus infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt ferme ut pueri, levi ſententiâ.

LIV.

II. Qui amat cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè duco :
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.

II. Sententia hæc etſi primâ fronte videatur mansuetudini

Christianæ adversa, tamen bene intellecta cum ea facile conciliatur : nos enim de ipso amore interire loquitur, sed de externis amoris officiis quæ inimicis adhibere non tam necesse est, cum illis ipsi magis abalienantur & exasperantur.

LV. *Omnibus*

LV.

Omnibus nobis ut res dant sese, ita magnè atque humiles sumus.

O Fortuna ut nunquam perpetuò es bona!

LVI.

Homine imperito nunquam quidquam injustius,
Qui nisi quod ipse facit, nil rectum putat.

VIRGILIUS.

I.

1 Necesse est secundum id operari quod magis delectat.

[1] *TRahit sua quemque voluptas.*

II.

2 Nullus; quia cupiditate suâ res non veritate metitur.

[2] *Quis enim modus adsit amori?*

III.

——Non omnia possumus omnes.

IV.

An qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

V.

3 Aufert.

Omnia [3] *fert ætas, animum quoque.*

VI.

Omnia vincit amor.

VII.

4 Industria.

—— [4] *Labor omnia vincit*

5 Assiduus.

[5] *Improbus & duris urgens in rebus egestas.*

VIII.

6 Omnia fato dessiunt & collabuntur.

——[6] *Sic omnia fatis*
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.

IX.

7 Non omnia ingenia iisdem rebus apta.

[7] *Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt.*

X.

——Adeo in teneris consuescere multum est!

XI. [8] *Laudato*

XI.

—8 *Laudato ingentia, rura,*
Exiguum colito.

8 πολλὰ χαίρειν ῥᾳδίως, Multam sa utem die ingen- & Græci ἐυμεγεθῆ

tibus ruribus. Est enim hic ea vis verbi *laudare*, quemadmodum ut notat Plutarch. Tract. de leg. Poetis,

XII.

O fortunatos nimiùm bona ſi ſua nôrint
Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum 9 *juſtiſſima tellus.*

9 Tellus non ingrata laboribus.

XIII.

10 *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,*
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari.

10 Solus qui hoc ſperet in hac mortali vita.

XIV.

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit, ſubeunt morbi triſtiſque ſenectus,
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

XV.

Precipuum jam inde à teneris impende laborem.

XVI.

Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ!

XVII.

—*Viamque inſiſte domandi,*
Dum faciles animi Juvenum, dum mobilis ætas.

XVIII.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

XIX.

—*Alitur vitium, vivitque* 11 *tegendo.*

11 Tegendo, id eſt, dum tegitur; paſſivè ſumptum.

XX.

Continuò culpam ferro compeſce, priuſquam
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

XXI.

In tenuì labor, 12 *at tenuis non gloria.*

12 Enitereſis enim non minus in levibus ars & induſtria quam in gravibus.

XXII.

Ingentes animos angusto in pectore verſant.

XXIII.

—*Si parva licet componere magnis,*

XXIV. —— *Rege*

XXIV.

——*Rege incolumi mens omnibus una est;*
Amisso rupêre fidem.

XXV.

——*Tantæne animis cœlestibus iræ?*

XXVI.

——*Sævitque animis ignobile vulgus.*

XXVII.

——*Furor arma ministrat.*

XXVIII.

——*Dabit Deus his quoque finem.*

XXIX.

——*Forsan & hæc olim meminisse juvabit:*
Durate, & vosmet rebus servate secundis.

XXX.

——*Ponuntque ferocia Pœni*
Corda, volente Deo.

XXXI.

Non ignara mali miseris succurrere disco.

XXXII.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

XXXIII.

——*Timeo Danaos, & dona ferentes.*

XXXIV.

——*Et quæ sibi quisque timebat.*
Unius in miseri exitium conversa tulêre.

XXXV.

Una salus victis nullam sperare salutem.

XXXVI.

——*Dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

XXXVII.

Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!

XXXVIII.

Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ,
Culpatusve Paris, verum inclementia Divûm
Has evertit opes.

XXXIX.

——*Facilis jactura sepulchri est.*

XL.

Dis aliter visum.

XLI.

—Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames!

XLII.

Vivite felices quibus est fortuna peracta
Jam sua.

XLIII.

Degeneres animos timor arguit.

XLIV.

Heu vatum ignaræ mentes! Quid vota furentem,
Quid delubra juvant?

XLV.

—Tacitum vivit sub pectore vulnus.

XLVI.

—Quis fallere possit amantem?

XLVII.

Omnia tuta timens.

XLVIII.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

XLIX.

Fata obstant, placidasque viri Deus obstruit aures.

L.

—Varium & mutabile semper
Fœmina.

LI.

Littus ama—Altum alii teneant.

LII.

—Possunt, quia posse videntur.

LIII.

Tutatur favor Euryalum, lacrymæque decoræ:
Gratior ac pulchro veniens de corpore virtus.

LIV.

Non vires alias, conversaque numina sentis?
Cede Deo.

LV.

—Deus ipse faces animumque ministrat.

LVI.—*Quo*

LVI.

—— Quo fata trahunt retrahuntque sequamur:
Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

LVII.

Exigui numero, sed bello vivida virtus.

LVIII.

Méne salis placidi vultum, fluctusque quietos
Ignorare jubes? Méne huic confidere monstro?

LIX.

Tu ne cede malis, sed contrà audentior ito.

LX.

Define fata Deum flecti sperare precando.

LXI.

Quisque suos patimur manes.

LXII.

Parcere subjectis, & debellare superbos.

LXIII.

Sævit amor ferri, & scelerata insania belli.

LXIV.

Aude, hospes, contemnere opes, & te quoq; dignum
Finge Deo, rebusque veni non asper egenis.

LXV.

—— Sua cuique Deus fit dira cupido.

LXVI.

—— Speravimus ista,
Dum fortuna fuit.

LXVII.

—— Spes addita suscitat iras.

LXVIII.

Audentes fortuna juvat.

LXIX.

Numina nulla premunt; mortali urgemur ab hoste,
Mortales; totidem nobis animaque, manusque.

LXX.

Stat sua cuique dies; breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ; sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

LXXI. *Nescia*

LXXI.

Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
Et servare modum rebus sublata secundis.
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta.

LXXII.

Rhebe diu, res siqua diu mortalibus ulla est.

LXXIII.

—Experto credite.

LXXIV.

—Cuncti se scire fatentur;
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.

LXXV.

Nulla salus bello.

LXXVI.

Cur ante tubam tremor occupat artus?

LXXVII.

Multa dies, variusque labor mutabilis ævi
Retulit in melius, multos alterna revisens
Lusit, & in solido rursus fortuna locavit.

LXXVIII.

—Vocat labor ultimus omnes.

LXXIX.

—Pulchramque petunt per vulnera mortem.

LXXX.

—Forsan miseros meliora sequentur.

LXXXI.

Usque adeone mori miserum est?

LXXXII.

—Nec me tua fervida terrent
Dicta, ferox; Dii me terrent, & Jupiter hostis:
Ulteriùs ne tende odiis.

HORA-

HORATIUS.

I.

NIL mortalibus arduum est.

II.

[1] *Pallida mors æquo pulsat pede*
Pauperum tabernas, Regumque turres.

1 Le pauvre en sa cabane où le chaume le couvre
Est sujet à ses loix,
Et la garde qui veille aux barriers du Louvre
Ne defend pas nos Rois.

III.

Vitæ summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

IV.

2 Epicurea sententia, sed quam non ægre feceris Christianam. Vetat enim Christus solicitam de crastino curam.

[2] *Quid sit futurum cras, fuge quærere;*
Quem fors dierum cumque dabit, lucro
Appone.

V.

——— *Spatio brevi*
Spem longam reseces, dum loquimur fugerit invida
Ætas, carpe diem quam minimum credula posteri.

VI.

Durum; sed levius fit patientiâ,
Quicquid corrigere est nefas.

VII.

3 Sumptum è Græco τὸ ὑπέρτερα νίκτερα ἐπὶ Ζεῦς ὑψίζυγι μήτης.

[3] *Valet ima summis*
Mutare, & insignem attenuat Deus,
Obscura promens.

VIII.

——— *Quid nos dura refugimus*
Ætas? Quid intactum nefasti liquimus?

IX.

Latius regnes avidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis

Gadibus

Gadibus jungas; & [4] uterque Pœnus
Serviat uni.

[4] Tyrii & Carthaginenſes.

X.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus [5] albo
Corpore languor.

[5] Pallido.

XI.

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem, non ſecus ac bonis,
Ab inſolenti temperatam
Lætitiâ, moriture Deli.

XII.

Omnes eodem cogimur; omnium
Verſatur urna; ſerius, ocius
Sors exitura.

XIII.

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret invidendâ
Sobrius aulâ.

XIV.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ graviore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulgura Montes.

XV.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem, bene præparatum
Pectus.

XVI.

Rebus anguſtis animoſus, atque
Fortis appare, ſapienter idem
Contrahes vento nimium ſecundo
Turgida vela.

XVII.

Quid æternis minorem
Conſiliis animum fatigas?

XVIII. [6] Quod

XVIII.

6 Nemo satis prospexit quid sibi in singulas horas vitandum sit.

6 *Quod quisque vitet, nunquam homini satis*
Cautum est in horas.

XIX.

Eheu fugaces Posthume, Posthume,
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis & instanti senectæ
Afferet, indomitæque morti.

XX.

Privatus illis census erat brevis;
Commune, magnum.

XXI.

Non enim gazæ neque consularis
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

XXII.

Quid brevi fortes jaculamur ævo
Multa? Quid terras alio calentes
Sole mutamus? Patriæ quis exul
Se quoque fugit?

XXIII.

Truditur dies die,
Novæque pergunt interire lunæ.

XXIV.

—— Æqua tellus
7 Id est, Regibus, Phrasis Græca. *Pauperi recluditur,* 7 *Regumque pueris.*

XXV.

—— Æquâ lege necessitas
8 Sortes educ't tum nobilium tum plebeiorum. 8 *Sortitur insignes, & imos.*
Omne capax movet urna nomen.

XXVI.

—— Sed timor & minæ
Scandunt eodem quò dominus, neque
Decedit æratæ triremi, &
Post equitem sedet atra cura.

XXVII. *Dulce*

XXVII.

Dulce & decorum eſt pro patriâ mori.

XXVIII.

Juſtum & tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolidâ, neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

XXIX.

Vi conſilî expers mole ruit ſuâ.

XXX.

Fœcunda culpæ ſecula nuptias
Primùm inquinavêre, & genus & domos:
Hoc fonte derivata clades
In patriam, populumque fluxit.

XXXI.

Damnoſa quid non imminuit dies!
Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

XXXII.

Aurum per medios ire ſatellites,
Et perrumpere amat ſaxa.

XXXIII.

Quantò ſibi quiſque plura negaverit,
A Diis plura feret.

XXXIV.

Magnas inter opes inops.

XXXV.

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Majorumque fames. Multa petentibus
Deſunt multa. Benè eſt cui Deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.

XXXVI.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus invidi.

XXXVII.

Quid triſtes querimoniæ
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt!
Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere & pati.

XXXVIII.

Plerumque gratæ divitibus vices,
Mundæque parvo ſub lare pauperum
Cœnæ, ſine aulæis & oſtro
Sollicitam explicuêre frontem.

XXXIX.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginoſâ nocte premit Deus,
Ridetque, ſi mortalis ultra
Fas trepidet. Quod adeſt memento
Componere æquus.

XL.

——— Ille potens ſui
Lætuſque deget, cui licet in diem,
Dixiſſe, vixi.

XLI.

Fortuna ſævo læta negotio,
Ludum inſolentem ludere pertinax
Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem; ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit, & meâ
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem ſine dote quæro.

XLII.

Fortes creantur fortibus & bonis;
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum

Virtus,

Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

XLIII.

Doctrina sed vim promovet insitam:
Paulùm sepultæ distat inertiæ
Celata virtus.

XLIV.

Quî fit Mecænas, ut nemo quam sibi sortem,
Seu ratio dederit, seu sors objecerit, illâ
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?

XLV.

—Ridentem, dicere verum,
Quid vetat?

XLVI.

At bona pars hominum decepta cupidine cæcâ,
Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas sis.

XLVII.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

XLVIII.

Neglectis urenda filix innascitur agris.

XLIX.

—Eheu
Quàm temerè in nosmet legem sancimus iniquam?
Nam vitiis nemo sine nascitur. Optimus ille est,
Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut æquum est
Cum mea compensat vitiis mala, pluribus hisce
(Si modò plura mihi bona sunt) inclinet, amari
Si volet, hâc lege in trutinâ ponetur eâdem.
—Æquum est
Peccatis veniam poscenti reddere rursus.

L.

—Avidos vicinum funus ut ægros
Exanimat, mortisque metu sibi parcere cogit;
Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent vitiis.

LI.

Judice quo? Nosti populo, qui stultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ servit ineptus,
Qui stupet in titulis & imaginibus.

LII.

——Nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

LIII.

——Ridiculum acri
Fortiùs & meliùs magnas plerumque secat res.

LIV.

Est brevitate opus ut currat sententia, neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.

LV.

Sæpe stilum vertas, iterum quæ digna legi sint,
Scripturus; neque te ut miretur turba labores,
Contentus paucis lectoribus.

LVI.

——Malè verum examinat omnis
Corruptus judex.

LVII.

Jejunus raro stomachus vulgaria temnit.

LVIII.

——Corpus onustum
Hesternis vitiis animum quoque prægravat unâ.

LIX.

Ad casus dubios fidet sibi certius, hic qui
Pluribus assuêrit mentem corpusque superbum,
An qui contentus parvo, metuensque futuri
In pace ut sapiens aptârit, idonea bello?

LX.

——Quoad vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium.

LXI.

Si quis emat citharas, emtas comportet in unum
Nec citharæ studiis, nec musæ deditus ulli:
Si scalpra & formas non sutor; nautica vela
Adversus mercaturis, delirus, & amens

Undique

Undique dicatur merito. Qui discrepat istis,
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti
Compositis metuensque velut contingere sacrum!
Nimirùm insanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo jactatur eodem.

LXII.

O major tandem parcas insane minori.

LXIII.

Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.

LXIV.

Et genus & virtus nisi cum re, vilior algâ est.

LXV.

Pars hominum gaudet vitiis constanter, & urget
Propositum, pars multa natat, modò recta capessens,
Interdum pravis obnoxia.

LXVI.

——*Laudas*
Fortunam & mores antiquæ plebis, & idem
Si quis ad illa Deus subitò te agat, usque recuses:
Aut quia non sentis quod clamas rectius esse,
Aut quia non firmus rectum defendis & hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.

LXVII.

Quisnam igitur liber? sapiens, sibi qui imperiosus:
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent.
Responsare cupidinibus, contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.

LXVIII.

——*Ingenium res*
Adversæ nudare solent, celare secundæ.

LXIX.

Et mihi res, non me rebus submittere conor.

LXX.

Est aliquod prodire tenus, si non datur ultra.

LXXI.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima,
Stultitiâ caruiſſe.

LXXII.

—— Hic murus aëneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ.

LXXIII.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

LXXIV.

—— Vivendi rectè qui prorogat horam,
Ruſticus expectat dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum.

LXXV.

Quod ſatis eſt cui contingit, is nil amplius optet.
Non domus aut fundus, non æris acervus & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres;
Non animo curas. Valeat poſſeſſor oportet,
Si comportatis rebus benè cogitat uti.

LXXVI.

Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit.

LXXVII.

Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum:
Grata ſuperveniet quæ non ſperabitur hora.

LXXVIII.

Ira furor brevis eſt: animum rege; qui niſi paret
Imperat, hunc frænis, hunc tu compeſce catenâ.

LXXIX.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu.

LXXX.

Nil admirari, propè res eſt una, Numici,
Solaque, quæ poſſit facere & ſervare beatum.

LXXXI.

Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurret,
Et mala perrumpet furtim faſtidia victrix.

LXXXII. *Quem*

LXXXII.

Quem res plus nimiò delectavere ſecundæ,
Mutatæ quatiunt. Si quid mirabere, pones
Invitus.

LXXXIII.

Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

LXXXIV.

Strenua nos exercet inertia; Navibus atque
Quadrigis petimus benè vivere. Quod petis hic eſt,
Eſt Ulubris, animus ſi te non deficit æquus.

LXXXV.

Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit uſus:
Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

LXXXVI.

Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum,
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultus uterque locum immeritum cauſatur inique,
In culpâ eſt animus qui ſe non effugit unquam.

LXXXVII.

Stultorum incurata malus pudor ulcera celat.

LXXXVIII.

Nec furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat
Servus; habes pretium, loris non ureris, aio.
Non hominem occîdi; non paſces in cruce corvos.

LXXXIX.

Virtus eſt medium vitiorum & utrinque reductum.

XC.

—— Qui cupiet, metuet quoque.

XCI.

Percunctatorem fugito, nam garrulus idem eſt,
Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.

XCII.

Qualem commendes etiam atq; etiam inſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

XCIII.

Urit enim ſplendore ſuo qui prægravat artes
Infra ſe poſitas: extinctus amabitur idem. XCIV. Di-

XCIV.

Discit enim citius, meminitque libentius illud
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.

XCV.

Multa fidem promissa levant, ubi plenius æquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.

XCVI.

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ
Narrares medicis: quod quantò plura parâsti,
Tantò plura cupis, nullime saterier audes?

XCVII.

——Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas?
Sed non ut placidis coeant immitia, non ut
Serpentes avibus [1] gemineutur, tygribus agni.

[1] Copulentur & tubo uno agantur.

XCVIII.

In vitium ducit culpæ fuga.

XCIX.

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus; & versate diu quid ferre recusent,
Quid valeant humeri; cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

C.

Multa renascentur quæ jam cecidêre, cadentque
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est & vis, & norma loquendi.

CI.

——Si vis me flere, dolendum est
Primùm ipsi tibi.

CII.

Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.

CIII.

Imberbis juvenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,

Utilium

Utilium tardus provisor, prodigus æris,
Sublimis cupidusque, & amata relinquere pernix.

CIV.

Conversis studiis ætas animusque virilis
Quærit opes & amicitias, inservit honori,
Commisisse cavet quæ mox mutare laboret.

CV.

Multa senem circumveniunt incommoda, vel quòd
Quærit, & inventis miser abstinet, ac timet uti;
Vel quòd res omnes timidè, gelidèque ministrat,
Dilator, spe longus, iners, avidusque futuri,
Difficilis, querulus laudator temporis acti
Se puero; censor, castigatorque minorum.

CVI.

——Carmen reprehendite, quod non
Multa dies & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

CVII.

Verbaque provisam rem non invita sequentur.

CVIII.

Respicere exemplar vitæ morumque jubebo
Doctum imitatorem, [2] & vivas hinc ducere voces.

2 Non mortuas ut è libris.

CIX.

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duros, incomptis illinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recîdet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget.

CX.

——Versus inopes rerum nugæque canoræ.

CXI.

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

CXII.

Quicquid præcipies, esto brevis.

CXIII.

——— [3] Mediocribus esse Poetis
Non homines, non Dî, non concessere columnæ.

3 Rationem reddit Horatius: quia in necessariis est mediocritas locus; at in voluptuariis non nisi eximia probantur. Idem habet Crassorius.

LUCRETIUS.

Lucretium, quia in ordine ſuo prætermiſſus eſt, maluimus tamen hoc in loco reponere, quam omnino omittere, ne id quod ex operibus ejus excerpſimus, quatulumcumque ſit, hoc in libro deſideretur.

I.

—— *Olim*
Religio peperit ſceleroſa, atque impia facta.

II.

Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flavoque liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſinthî laticem: volui ſic ſuave loquenti
Carmine Pierio rationem exponere noſtram.

III.

Suave mari magno turbantibus æquora ventis,
E terrâ magnum alterius ſpectare laborem;
Non quia vexari quemquam eſt jucunda voluptas,
Sed quibus ipſe malis careas quia cernere ſuave eſt.
Suave etiam belli certamina magna tueri,
Per campos inſtructa, tuâ ſine parte periculi:
Sed nîl dulcius eſt bene quam munita tenere
Edita doctrina ſapientum templa ſerenâ:
Deſpicere unde queas alios, paſſimque videre
Errare, atque viam palantes quærere vitæ.

IV.

Nam veluti pueri trepidant, atque omnia cæcis
In tenebris metuunt: ſic nos in luce timemus
Interdum nihilo quæ ſunt metuenda magis, quam
Quæ pueri in tenebris pavitant, metuuntque futura.

V.

Quò magis in dubiis hominem ſpectare periclis
Convenit, adverſiſque in rebus noſcere qui ſit:

Nam

Jam vera voces tum demum pectore ab imo
Ejiciuntur, & eripitur persona, manet res.

VI.

O miseras hominum mentes! ô pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periclis
Degitur hoc ævi quodcumque est!

VII.

——Porro puer, ut sævis projectus ab undis
Fluctibus ex alvo matris natura profudit,
Vagitûque locum lugubri complevit, ut æquum est,
Cui tantum in vita restet transire malorum.
At variæ crescunt pecudes, armenta feræque.
Nec crepitacillis opus est, nec cuiquam adhibenda est
Alma nutricis blanda, atque infracta loquela,
Nec varias quærunt vestes pro tempore cœli.
Denique non armis opus est, non mœnibus altis
Quis sua tutentur; quando omnibus omnia largè
Tellus ipsa parit, naturaque dædala rerum.

Pulcherrimè idem solutâ oratione Plinius Historicus persequitur: est in Præfatione lib. 7. *Cæteris varie, inquit, tegumenta natura tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumas, pennas, squammas, velera; hominem tantum nudum & in nuda humo natali die abjicit, ad vagitus statim & plorarum. Ab hoc lucis exordio vincula facit membris pedibusque revinctis flens animal cæteris imperaturum.* Ut à supplicio vitam auspicatur, unam tantum ob culpam, quia datum est. Ita initio existimavium ad superbiam se genitos. Nec inelegantèr Cicero in libris de repub. ab Augustino laudatus. 14. contra Julianum. *Idem Tullius*, inquit, *hominem dixit non ut à matre sed ut à noverca natura editum in vitam, corpore & nudo, & fragili & infirmo; animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines, in quo tamen inesset tamquam obrutus quidam divinus ingenii, & mentis.*

MANILIUS.

I.

PER varios usus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam, speculataque longè
Deprendit tacitis dominantia legibus astra.

II.

Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et dabat ingenium miseris dedit, & sua quemque

Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Advigilare sibi jussit fortuna premendo.
Seducta in varias certârunt pectora curas,
Et quæcunque sagax tentando repperit usus,
In commune bonum commentum læta dedêre;
Omnia conando docilis solertia vicit.

III.

Quis credat tantas operum sine numine moles,
Ex minimis [1] cæcoque creatum fœdere mundum?
[2] Si sors ista dedit nobis sors ipsa gubernet.

1. Sine intelligentia & ratione.
2. Ostendit mundum à fortuito evaluisse non potuisse, quia certâ ratione gubernatur.

IV.

Ornari res ipsa negat, contenta doceri.

V.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis,
Torquemurque metu, cæcâque cupidine verum,
Æterniscve senes curis dum quærimus ævum
Perdimus, & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus semper, nec vivimus unquam,
Pauperiorque bonis quisque est qui plura requirit,
Nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat;
Cumque sui parvos usus natura reposcat,
Materiam struimus magnæ per vota ruinæ,
Luxuriamque lucris emimus, luxûque rapinas,
Et summum censûs pretium est, effundere censum.

VI.

Solvite mortales animos curamque levate,
Totque supervacuis vitam deflere querelis;
Fata regunt orbem, certâ stant omnia lege.

VII.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

VIII.

——Quid mirum, noscere mundum
Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis,
Exemplumque Dei quisque est in imagine parva?

QVIDIUS.

OVIDIUS.

I.

Scilicet ut fulvum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.
Simon Euryalus Rutulos cecidiſſet in hoſtes
Hyrtacidæ Niſi gloria nulla foret.

II.

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias; pauper ubique jacet.

III.

Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor,
Ut volucri vacuo quicquid in orbe patet.

IV.

Fertilis aſſiduo ſi non renovetur aratro,
Nil niſi cum ſpinis, gramen habebit ager.

V.

Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

VI.

——*Intra*
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

VII.

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus:
At contra gravis eſt culpa tacenda loqui.

VIII.

Terra ſalutiferas herbas eademque nocentes
Nutrit, & urticæ proxima ſæpè roſa eſt.

IX.

Tempore ducetur longo fortaſſe cicatrix,
Horrent admotas vulnera cruda manus.

X.

Tempore crevit amor, qui nunc eſt ſummus, habendi:
Vix ultrà quo jam progrediatur habet.

Creverunt

Creverunt & opes, & opum furiosa cupido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Sic quibus intumuit suffusâ venter ab undâ,
Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.

XI.

Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

XII.

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas,
Hâc ego contentos auguror esse Deos.
Hæc facit ut veniat gratus quoque pauper ad aras,
Et placeat cæso non minùs agna bove.

XIII.

Conscia mens recti famæ mendacia ridet,
At nos in vitium credula turba sumus.

XIV.

Quò quisque est major, magis est placabilis irâ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrâsse leoni,
Pugna suum finem, cum jacet hostis habet.
At lupus, & turpes instant morientibus ursi,
Et quæcumque minor nobilitate fera est.

XV.

Terretur minimo pennæ stridore columba,
Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.
Haud procul à stabulis audet discedere, siqua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.

XVI.

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

XVII.

Æra nitent usu, vestis bona quærit haberi:
Canescunt turpi tecta relicta situ.

XVIII.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis,
Nec facile est aquâ commoda mente capi.

XIX.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Et doleat quoties cogitur esse ferox.

XX. Non

XX.

Non est in medico semper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

XXI.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo;
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

XXII.

Leniter ex merito quidquid patiare, ferendum est:
Quæ venit indignè pœnæ dolenda venit.

XXIII.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.

XXIV.

Serò respicitur tellus, ubi fune soluto
Currit in immensum panda carina salum.

XXV.

Cui peccare licet peccat minùs; ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.
Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata,
Sic interdictis imminet æger aquis.

XXVI.

Si non peccâssem, quid tu concedere posses?
Materiam veniæ sors tibi nostra dedit.

XXVII.

In causâ facili quemvis licet esse disertum.

XXVIII.

Non facilè invenies multis in millibus unum
Virtutem pretii qui putet esse sui.
Ipse decor recti facti si præmia desint,
Non movet, & gratis pœnitet esse probum.

XXIX.

Ludit in humanis divina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

XXX.

Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumque fugit.

XXXI.

Nè quoddam officiis odium quaratur in ipsis:
Sit suus in blandâ sedulitate modus.

XXXII.

Principiis obsta, serò medicina paratur,
Cum mala per longas convaluêre moras.

XXXIII.

Jam propera, nec te venturas differ in horas,
Qui non est hodie, cras minùs aptus erit.

XXXIV.

Otia si tollas, periêre Cupidinis arcus,
Contemtæque jacent, & sine luce faces.
Quaritur Ægisthus quare sit factus adulter?
In promptû causa est, desidiosus erat.

XXXV.

Ut corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aquâ.
Ut valeas animo, quidquam tolerare negabis:
At pretium pars hæc corpore majus habet.

XXXVI.

Livor iners vitium mores non exit in altos,
Utque latens imâ vipera serpit humo.

XXXVII.

Res est solliciti plena timoris amor.

XXXVIII.

——Tardè quæ credita lædunt
Credimus.

XXXIX.

——Errat,
Quisquis ab eventu facta notanda putat.

XL.

Credula res amor est—— Acceptissima semper.

XLI.

Munera sunt, auctor quia pretiosa facit.

XLII.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

XLIII. Me-

XLIII.

Meminerunt omnia amantes.

XLIV.

Leve fit, quod benè fertur onus.

XLV.

Qui dabit, is magno fiet mihi major Homero.
Crede mihi res est ingeniosa dare.

XLVI.

Qui non vult fieri desidiosus, [1] *amet.*

1 Vera enim charitas, ut ait toties Divus Augustinus, vacare non potest.

XLVII.

Ut ameris, amabilis esto.

XLVIII.

Dos est uxoria lites.

XLIX.

Secum habet ingenium, qui cum libet, accipe dicit.

L.

Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

LI.

Quod malè fers, assuesce, feres benè.

LII.

Quæ non prosunt singula, multa juvant.

LIII.

Enervant animos citharæ, cantusque, lyræque.

LIV.

Heu quam difficile est crimen non prodere vultu!

LV.

—— Nulla est sincera voluptas,
Sollicitumque aliquid lætis intervenit.——

LVI.

Medio tutissimus ibis.

LVII.

Invia virtuti nulla est via.

LVIII.

In audaces non est audacia tuta.

LIX.

——— Ultima semper
Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

LUCANUS.

LUCANUS.

I.

——[1] *Scelera ipsa, nefasque*
Hâc mercede placent.

1 Pessime hac sententiâ Lucanus utitur, qui id de Nerone dicit, cui bella civilia Cæsaris & Pompeii aditum ad imperium paraverunt: at non insistre idem accommodari potest quibusdam culpis & peccatis è quibus Deus pro suâ sapientiâ magna nonnunquam bona, magnam utilitatem elicit.

II.

——[2] *Summisque negatum*
Stare diu; nimioque graves sub pondere lapsus,
Nec se Roma ferens.

2 Causas illas affert Lucanus eversæ Reipub.

III.

In se magna ruunt: lætis nunc numina rebus
Crescendi posuêre modum.

IV.

Nulla fides regni sociis, omnisque potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur;
Fraterno primi maduerunt sanguine 3 *muri.*
Nec pretium tanti tellus, pontusque furoris
Tunc erat, exiguum dominos commisit asylum.

3 Muri sive potius agger quo primum Roma septa est. Nota Romuli & Remi historia, de qua vide Livium lib. 1.

V.

Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem:
Non cepit fortuna duos.

VI.

Nec quemquam jam ferre potest, Cæsarve priorem
Pompeiusve parem. Quis justius induit arma,
Scire nefas; magno se judice quisque tuetur:
Victrix causa Diis placuit, sed victa 4 *Catoni.*

4 Nobilis at horribilis impietas ex qua cognosci potest, quam Deos suos Ethnici parvi fecerunt.

VII.

——[5] *Stat magni nominis umbra.*

5 Hoc de Pompeio Lucanus, quod commodè in eos transluderis, qui viribus defecti antè-partâ sè famâ sustentant.

VIII.

——[6] *Gaudetque viam fecisse ruinâ.*

6 Cæsar.

IX.

——[7] *Mensuraque juris*
Vis erat.

7 Tantum sibi quisque licere putabat, quantum poterat.

X. [8] Par-

X.

—[8] *Partiri non potes orbem,*
Solus habere potes.

8 Curionis ad Cæsarem verba sunt.

XI.

—[9] *Arma tenenti*
Omnia dat, qui justa negat.

9 Hoc Cæsaris verbum inscripsit statuæ suæ Annas Memorantius Formiæ Connestabilis.

XII.

[10] *Solis nôsse Deos, & cæli numina vobis,*
Aut solis nescire datum.
—*Certè populi quos despicit Arctos,*
Felices errore suo; quos ille timorum
Maximus, haud urget leti metus, inde ruendi
In ferrum, mens prona viris, animæque capaces
Mortis, & ignarum reditura parcere vitæ.

10 De Druidis hoc dictum, quibus religio à cæteris Ethnicis plane diversa. Erant enim in eâ opinione, cujus auctor Pythagoras, animas à corpore exeuntes in alia migrare corpora, quam Metempsychosim vocant. Sed si stulta illa persuasio, tantum in illis poterat ad amovendam formidinem, quantò plus in Christianis valere debet felicis immortalitatis & certæ resurrectionis expectatio?

XIII.

—*Sic quisque pavendo*
Dat vires famæ, nulloque autore malorum
Quæ finxêre, timent.

XIV.

O faciles dare summa Deos, eademque tueri
Difficiles!

XV.

—[11] *Nunc flere potestas*
Dum pendet fortuna ducum, cum vicerit alter
Gaudendum est.

11 Simulanda lætitia.

XVI.

——*Trahit ipse furoris*
Impetus, & visum est lenti, [12] *quæsisse nocentem.*

12 Tardi sibi viderentur illi carnifices, si nocentes ab innocentibus secernere curavissent.

XVII.

Ille fuit vitæ Mario modus, omnia passo
Quæ pejor fortuna potest, atque omnibus uso
Quæ melior.——

XVIII.

Invenit insomni volventem publica curâ
Fata virum, casusque urbis, cunctisque timentem,
Securumque sui.

XIX. *Acci-*

XIX.

13 Bruti ad Catonem verbo. 13 *Accipient alios fatient te bella nocentem.*

XX.

Lege Deûm, minimas rerum discordia turbat:
Pacem summa tenent.

XXI.

Sed quo fata trahunt, virtus secura sequetur:
14 En illius sapientis pietatem. 14 *Crimen erit superis & me feciſſe nocentem.*

XXII.

15 Catoni 15 *Uni quippe vacat studiisque odiisque carenti,*
Humanum lugere genus.

XXIII.

16 Sibi nata, id est, propter se expetita voluptas, non utilitati serviens, falso tamen hoc de Catone dictum, quem aiunt sæpe crapulæ & ebrietati operam dediſſe. Unde Horatius de illo. *Narratur & priſci Catonis,*
Sæpe mero caluiſſe virtus. Sed

——*Hi mores, hæc duri immota Catonis*
Secta fuit; ſervare modum, finemque tenere,
Naturamque ſequi, patriæque impendere vitam;
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ, viciſſe famem: magnique Penates,
Submoviſſe hyemem tecto.——
——*Urbi pater eſt, urbique maritus;*
Juſtitiæ cultor, rigidi ſervator honeſti,
In commune bonus: nulloſque Catonis in actu
Subrepſit partemque tulit 16 *ſibi nata voluptas.*

tamen ipſa ſententia per ſe præclara longéque hac in parte ſeverior Siciionum Philoſophia quam noſtratium Caſuiſtarum, qui voluptates ſenſuum per ſe expetiposſe impudenter affirmant.

XXIV.

17 Solita eorum excuſatio qui nolunt brachia tendere contra torrentem & vitam impendere vero, ——17 *Tot rebus iniquis*
Paruimus victi: venia eſt hæc ſolæ pudoris,
Degeneriſque metûs, nil jam potuiſſe negari.

XXV.

Audendo magnus tegitur timor.

XXVI.

——*Quidquid multis peccatur, inultum eſt.*

XXVII.

— *Rheni mihi Cæſar in undis*
Dux erat, hîc ſocius. Facinus quos inquinat, æquat.

XXVIII.

18 Cæſarianorum militum in ſeditione oratio. ——18 *Quidquid gerimus fortuna vocatur.*
Nos fatum ſciat eſſe ſuum: licet omne Deorum
Obſequium ſperes, irato milite, Cæſar,
Pax erit.

XXIX. Stetit

XXIX.

——19 *Stetit aggere fultus*
Cæspitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens.

19 Cæsar.

XXX.

——*An vos momenta putatis*
Ulla dedisse mihi? Nunquam sic cura Deorum
20 *Se premit, ut vestræ morti, vestræque saluti*
Fata vacent: Procerum motus hæc cuncta sequuntur.

20 Se premit & dejicit in rem tam humilem.

XXXI.

21 *Infelix, quantâ Dominum virtute parasti!*

21 De Sæva milite Cæsariano qui solus penè totam Pompeianam aciem sustinuit.

XXXII.

22 *Hoc placet, ô superi, cum vobis vertere cuncta*
Propositum, nostris erroribus addere crimen.
Claudibus irruimus, nocituraque postimus arma.

22 Inde sumpta est celebrata Patereuli sententia lib. 2. cujuscumque Deus fortunam mutare constituit, Consilia eorumpit: & Ammian. manum injicit mentibus satis hebetari sensus hominum, & obtundi.

XXXIII.

——23 *Multos in summa pericula misit*
Venturi timor ipse mali

23 Fugiendo, inquit Livius, in media sæpe ruitur fata: & Seneca, multi ad fatum venere suum, dum fata timent.

XXXIV.

——*Vivit post funera magnus*
Sed fortuna perit: quod desles illud amâsti.

XXXV.

——*Exeat Aulâ*
Qui volet esse pius: virtus & summa potestas
Non coeunt.

XXXVI.

——*Serpens, sitis, ardor arenæ*
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris.
Latius est, quoties magno sibi constat honestum.

XXXVII.

——*Sic concitus irâ*
Excussit galeam suffecitque omnibus unda.

XXXVIII.

Estne Dei sedes, nisi terra & pontus, & aër,
Et cælum & virtus? Superos quid quærimus ultra?
Jupiter est quodcumque vides, quocumque moveris.

XXXIX. *Illic.*

XXXIX.

——— *Illic Pellæi proles vesana Philippi*
Fœlix prædo jacet. ———
Terrarum fatale malum, fulmenq; quod omnes
Percuteret pariter populos, & sidus iniquum
Gentibus.

XL.

Nulla fides pietasq; viris qui castra sequuntur,
Venalesq; manus; ibi fas, ubi maxima merces.

SENECA.

I.

——— *Ira qua tegitur nocet.*
Professa perdunt odia vindictæ locum.

II.

Levis est dolor, qui capere consilium potest.

III.

Fortuna fortes metuit, ignavos premit.

IV.

Nunquam potest non esse virtuti locus.

V.

Fortuna opes auferre, non animum potest.

VI.

Si judicas, cognosce; si regnas, jube.

VII.

Iniqua nunquam regna perpetuò manent.

VIII.

Qui statuit aliud parte inauditâ alterâ,
Æquum licet statuerit haud æquus fuit.

IX.

Confide regnis, cum levis magnas opes
Hûc illûc ferat casus. Hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiet dies,
Prodesse miseris.

X. *Nullum*

X.

Nullum ad nocendum tempus angustum est malis.

XI.

Amor timere neminem verus potest.

XII.

Gravis ira regum est semper.

XIII.

—Cui prodest scelus
Is fecit.

XIV.

Tibi innocens sit, quisquis est pro te nocens.

XV.

—Quisquis in primo obstitit
Repulitque amorem, tutus at victor fuit.
Qui blandiendo dulce nutrivit malum,
Sero recusat ferre, quod subiit jugum.

XVI.

Fortem facit vicina libertas senem.

Tacitus eodem sensu, Præter ferociam animi extremâ senectâ liber.

XVII.

Quid pœna præsens conscia mentis pavor
Animusque culpâ plenus, & semet timens?
Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit.

XVIII.

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

XIX.

Pars sanitatis velle sanari fuit.

XX.

Alium silere quod voles, primus sile.

XXI.

Cur omnium sit culpa, paucorum scelus?

XXII.

—Qui timidè rogat,
Docet negare.

XXIII.

Honesta quædam scelera successus facit.

XXIV.

Curæ leves loquuntur, ingentes stupent.

Scelere

XXV.

——*Scelere velandum est scelus.*

XXVI.

[1] *Tutissimum est inferre, cum timeas, gradum.*

[1] Eodem sane Lucanus, Audendo magnus tegitur timor.

XXVII.

O vita fallax! abditos sensus geris,
Animisque pulchram turpibus faciem induis:
Pudor impudentem, celat audacem quies,
Pietas nefandum.

XXVIII.

——*O, nimium patens*
Quanto parentes sanguinis vinclo tenes,
Natura! quam te colimus, inviti quoque!

XXIX.

Haud quisquam honeste flere, quod voluit, potest.

XXX.

Quanti casus humana rotant!

XXXI.

Minus, in parvis fortuna furit,
Leviusque ferit leviora Deus.

XXXII.

——*Non capit unquam*
Magnos motus humilis tecti
Plebeia domus,
Circa regna tonat.
Volat ambiguis
Mobilis alis hora, nec ulli
Præstat velox fortuna fidem.

XXXIII.

——*Regium hoc ipsum reor*
Adversa capere.

XXXIV.

——*Qui pavet vanos metus,*
Veros fatetur.

XXXV.

——*Odia qui nimium timet,*
Regnare nescit.

Qui

XXXVI.

Qui sceptra duro sævus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem redit.

XXXVII.

Quidquid excessit modum
Pendet instabili loco.

XXXVIII.

Fatis agimur, cedite fatis,
Non sollicitæ possunt curæ
Mutare rati stamina fusi.
Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus venit ex alto.
Ire cuique ratus, prece non ullâ
Mobilis ordo; multis ipsum
Timuisse nocet; multi ad fatum
Venêre suum, dum fata timent.

XXXIX.

Juvenile vitium est regere non posse impetum.

XL.

Quo plura possis, plura patienter feras.

XLI.

Violenta nemo imperia continuit diu,
Moderata durant.

XLII.

——Quoque fortuna altiùs
Evexit ac levavit humanas opes;
Hoc se magis supprimere felicem decet,
Varioque casus tremere, metuentem Deos
Nimium faventes. Magna momento obrui
Vincendo didici.

* *Tu me superbum, Priame, tu timidum fatis.*

* Tua clades, ô Priame, & me superbum fecit, quia te vici, & timidum, quia celsa ruere posse demonstrat.

XLIII.

Qui non vetat peccare cum possit, jubet.

Est

XLIV.

Est regis alti spiritum regi dare.

XLV.

Præferre patriam liberis regem decet.

XLVI.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.

XLVII.

Minimum debeat licere, cui multum licet.

XLVIII.

——— Levia perpessi simus
Si flenda patimur.

XLIX.

Hic mihi malorum maximum fructum abstulit
Nihil timere.

L.

Miserrimum est timere cum speres nihil.

LI.

Grave pondus illum, magna nobilitas premit.

LII.

Miser occupet præsidia, securus legat.

LIII.

Levius solet timere, qui propius timet.

LIV.

Generosa in ortus semina exurgunt suos

LV.

Dediscit animus sero quod didicit diu.

LVI.

——— Domini pudet,
Non servitutis.

LVII.

Dulce mœrenti populus dolentûm,
Lenius luctus lachrimæque mordent,
Turba quas fletu simili frequentat:
Ferre, quam sortem patiuntur omnes,
Nemo recusat.

LVIII.

Sidunt ipſo pondere magna,
Cedítque oneri fortuna ſuo.

LIX.

——— *Quidquid in altum*
Fortuna tulit, ruitura levat.

LX.

——— *Redire cum perit, neſcit pudor.*

LXI.

Per ſcelera ſemper ſceleribus certum eſt iter.

LXII.

Quod ratio nequiit ſæpe ſanavit mora.

LXIII.

Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.

LXIV.

Det ille viam facile, cui veniâ eſt opus.

LXV.

Id eſſe regni maximum pignus putant,
Si quidquid aliis non licet, ſolis liceat.

LXVI.

Pretio comparata vincitur pretio fides.

LXVII.

O quam miſerum eſt neſcire mori.

LXVIII

Mortem aliquid ultra eſt? Vita, ſi cupias mori.

LXIX.

——— *Novit paucos*
Secura quies, qui velocis
Memores ævi, tempora nunquam
Reditura tenent; dum fata ſinunt
Vivite læti, properat curſû
Vita citato, volucrique die
Rota præcipitis vertitur anni.
At gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta ſui.
Stygias ultro quærimus undas.

LXX.

Alte virtus animoſa cadit.

LXXI.

——— *Finis alterius mali,*
Gradus est futuri.

LXXII.

——*Prosperum ac fælix scelus*
Virtus vocatur.

LXXIII.

——*Quod nimis miseri volunt,*
Hoc facile credunt.

LXXIV.

——*Imo quod metuunt nimis*
Nunquam amoveri posse nec tolli putant.
Prona est timori semper in pejus fides.

LXXV.

Quem sæpe transit casus aliquando invenit.

LXXVI.

——*Qui genus jactat suum,*
Aliena laudat.

LXXVII.

———*Alieno in loco*
Haud stabile regnum est.

LXXVIII.

Ars prima regni est posse te invidiam pati.

LXXIX.

Sequitur superbos ultor à tergo Deus.

LXXX.

Cogi qui potest, nescit mori.

LXXXI.

Imperia dura tolle, quid virtus erit?

LXXXII.

Non est ad astra mollis è terris via.

LXXXIII.

Quemcumque miserum videris, hominem scias.

LXXXIV.

Quemcunque fortem videris, miserum neges.

LXXXV.

O Fortuna viris invida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia dividis!

LXXXVI. *Qua*

LXXXVI.

—Quæ fuit durum pati,
Meminisse dulce est.

LXXXVII.

—Quos coërit metus
Laudare, eosdem reddit inimicos metus.

LXXXVIII.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

LXXXIX.

—Ubi non est pudor,
Nec cura juris, sanctitas, pietas, fides,
Instabile regnum est.

XC.

Nefas nocere vel malo fratri puta.

XCI.

Sepe in magistrum scelera redierunt sua.

XCII.

Ut nemo doceat fraudis & scelerum vias,
Regnum docebit.

XCIII.

—Magna nolentem quoque
Consilia produnt.

XCIV.

Regem non faciunt opes:
Rex est qui posuit metus
Et diri mala pectoris.
Mens regnum bona possidet:
Rex est qui metuit nihil:
Rex est quique cupit nihil.

XCV.

Illi mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi.

XCVI.

Est miser nemo, nisi comparatus.

XCVII.

Cum quid datur spectabis, & dantem aspice.

XCVIII.

Venenum in auro bibitur.

XCIX.

Serum est cavendi tempus in mediis malis.

C.

Pejor est bello timor ipse belli.

CI.

Vos, quibus rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis atque vitæ,
Ponite inflatos, tumidosque vultus.
Quidquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis Dominus minatur.
Omne sub regno graviore regnum est.

CII.

Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.

CIII.

Nemo tam divos habuit faventes
Crastinum ut possit sibi polliceri.
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

CIV.

Proprium hoc miseros sequitur vitium,
Numquam rebus credere lætis,
Redeat felix fortuna licet.
Tamen afflictos gaudere piget.

CV.

—— Tantis in malis vinci malum est.

CVI.

Eripere vitam nemo non homini potest,
At nemo mortem: mille ad hanc aditus patent.

CVII.

—— Non est virtus, ut putas,
Timere vitam, sed malis ingentibus
Obstare, nec se vertere, ac retrò dare.

CVIII.

Invisa nunquam imperia retinentur diu. CIX. Con-

CIX.

Contempſit omnes ille, qui mortem prius.

CX.

Pauci reges non regna colunt,
Plures fulgor convocat aulæ.

CXI.

Id facere laus eſt quod decet, non quod licet.

PERSIUS.

I.

1 *QUis expedivit pſittaco ſuum χαῖρε,*
Picaſque docuit noſtra verba conari?
Magiſter artis ingeniique largitor
Venter, 2 *negatas artifex ſequi voces.*

1 Quis docuit pſittacum expedite ſuum χαῖρε pronunciare?
2 Qui collet imitari voces à natura ſibi non conceſſas.

II.

O curas hominum! O quantum eſt in rebus inane!

III.

——— 3 *Uſque adeóne*
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire id ſciat alter?

3 Vulgaris ſententia de ipſo uſu ſordida.

IV.

——— 4 *Nec nocte paratum*
Plorabit, qui me volet incurvaſſe querelâ.

4 Lachrymas nocte paratas profundet.

V.

5 *Nec pluteum cædit, nec demorſes ſapit ungues.*

5 In indiligentia Poëmata.

VI.

O curvæ in terras animæ, & cæleſtium inanes!
Quid juvat hos templis noſtris immittere mores?

VII.

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?

VIII.

6 *Udum & molle lutum es; nunc nunc properandus, & acri*
Fingendus ſine fine rotâ.

6 In juvenum ætatem convenit.

IX.

7 Ad populum abiega vanum illum ornatum, quo te jactas.

7 *Ad populum phaleras; ego te intus & in cute novi,*

X.

Magne pater Divûm, ſævos punire Tyrannos
Haud aliâ ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta veneno;

8 Erit etiam hæc damnatorum maxima pœna.

8 *Virtutem ut videant, intabeſcantque relictâ.*

XI.

9 In eos qui in diem vivunt.

9 *Eſt aliud quò tendis & in quod dirigis arcum*
An paſſim ſequeris corvos teſtâque lutoque,
Securus quo pes ferat; atque ex tempore vivis?

XII.

10 Horum nihil ſcriebat ipſe, qui hæc dixit.

10 *Diſcite ô miſeri, & cauſas cognoſcite rerum*
Quid ſumus, aut Quidnam victuri gignimur; ordo
Quis datus? —— Quem te Deus eſſe
Juſſit, & humanâ qua parte locatus es in re.

XIII.

Tange miſer venas, & pone in pectore dextram.

XIV.

Reſpice quod non es; tollat ſua munera cerdo,
Tecum habita, & noris quam ſit tibi curta ſupellex.

XV.

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

XVI.

11 Aliis obtrectamus, alii nobis obtrectant.

12 Alludit ad morem pueros caſtigandi ludimagistris Italis, jam inde ab antiquiſſimis temporibus ſolemnem, quo ob culpas puerilis commiſſas, nudatis crauribus eos verberibus petebant.

11 *Cadimus, inque vicem præbemus crura* 12 *flagellis.*
Vivitur hoc pacto.

XVII.

13 In tumidos ſcriptores.

13 *Non equidem hoc ſtudeo bullatis ut mihi nugis*
Pagina turgeſcat, dare pondus idonea fumo.

XVIII. *Mille*

XVIII.

Mille hominum ſpecies & vitæ diſcolor uſus,
Velle ſuum cuique eſt nec voto vivitur uno.

XIX.

Cras hoc fiet, idem cras fiet. Quid quaſi magnum 14 In dilatores.
Nempe diem, donas. Sed cum lux altera venit
Jam cras heſternum conſumſimus. Ecce aliud
Egerit hos annos, & ſemper paulum erit ultra.

XX.

Vive memor leti, fugit hora: hoc, quod loquor, inde eſt.

STATIUS.

I.

—— Nos, vilis turba caducis
Diſſervire bonis, ſemperque optare parati,
Spargimur in caſus. Celsâ tu mentis ab arce
Deſpicis errantes humanaque gaudia rides.

II.

—— O cæca nocentum
Conſilia! ô ſemper timidum ſcelus!

III.

Dulce loqui miſeris, veteresque reducere queſtus.

IV.

Da ſpatium tenuemque moram; male cuncta miniſtrat
Impetus.

JUVENALIS.

I.

1 Gyaros maris Ægei insula, in quam exules deportantur.

AUde aliquid brevibus 1 gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid; probitas laudatur & alget.

II.

2 Nihil tam sancte colimus, quam divitias.

2 Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum Majestas.

III.

3 Vitia ad summum pervenêre.

3 Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas; eadem cupient facientque minores.
Omne in præcipiti vitium stetit.

IV.

4 Oculi, vultus, frons per sæpe mentiuntur.

4 Fronti nulla fides.

V.

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

VI.

5 Quibusdem quasi gradibus ad summam turpitudinem ascenditur.

5 Nemo repente fuit turpissimus.

VII.

6 Commodè hoc ad aulam transtuleris, de qua Auratus,

6 Quid Romæ faciam? mentiri nescio.
Quærat aulâ qui velet esse pius.

VIII.

Quis nunc diligitur nisi constius, & cui fervens
Æstuat occultis animus semperque tacendis?

7 De Assentatoribus rectè dictum.

IX.

7 Græculus esuriens in cœlum jusseris ibit.

X.

Quantum quisque suâ nummorum condit in arcâ,
Tantum habet & fidei; jures licet & Samothracum
Atque Deos omnes; Contemnere fulmina pauper
Creditur atque Deos, Diis ignoscentibus ipsis.

XI. Nil

XI.

8 *Nil habet infelix paupertas durius in se*
Quam quod ridiculos homines facit.

8 Digna Ethnicis sententia, qui nulla exempla beati pauperis esse putarunt. Aliter pii & verè Christiani sentiunt, quibus contra nihil videtur infelicius paupertate, quam quod homines abjectos atque adeò humiles facit.

XII.

Haud facile 9 *emergunt, quorum virtutibus obstat*
Res angusta domi.

9 Ad altiorem illarum ascendunt.

XIII.

—— 10 *Hâc vivimus ambitiosâ*
Paupertate omnes.

10 Convenit hoc dictum in multos, qui dum ambitiosè servi unt immodicis sumptibus rem familiarem obligarunt.

XIV.

—— 11 *Nihil est quod credere de se*
Non possit cum laudatur Diis aequa potestas.

11 Quisque adulari omnes, quamlibet absurdas patiuntur, & merito sibi tribui putant.

XV.

—— 12 *Sed quid violentius aure tyranni!*

12 Cum scilicet reprehenditur & admovetur.

XVI.

13 *Ille igitur nunquam direxit brachia contra*
Torrentem, nec civis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.

13 Hoc de quodam Crispo, quod idem in omnes illos convenit qui malis temporibus se accommodant, & dum nimis saluti consulunt, parum consulunt veritati.

XVII.

—— 14 *Nobilitas sola est atque unica virtus.*

14 Vulgaris sententia.

XVIII.

15 *Rarus enim ferme sensus communis in illâ*
Fortunâ.

15 In multos nobiles belle cadit, quibus pulchrum est imperitos & absurdos esse.

XIX.

—— 16 *Tollas licet omne quod usquam est*
Auri atque argenti; spoliatis arma supersunt.

16 In eos qui dum populum nimiis onerant tributis, ipso ad rebellionem compellunt.

XX.

17 *Omne animi vitium tanto conspectius in se*
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

17 Pythagoreum sententia, sed populi communis.

XXI.

—— *Nam lingua mali pars pessima servi.*

XXII.

—— *Quid enim ratione timemus?*
Aut cupimus?

XXIII.

18 Tuta sententia.

18 *Cantabit vacuus coram latrone viator.*

XXIV.

19 Quia venenis magnæ hæreditates petuntur.

—— 19 *Sed nulla aconita bibuntur*
Fictilibus.

XXV.

—— Et qui nolunt occidere quemquam,
Posse volunt.

XXVI.

20 De Sejano hoc dicitur: sed commodè de omnibus dici potest qui Sejanum imitantur.

—— 20 *Nam qui nimios poscebat honores*
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

XXVII.

21 Ut patet nos non virtutem sequi, sed præmia.

—— 21 *Quis enim virtutem amplectitur ipsam,*
Præmia si tollas?

XXVIII.

22 Quia vivis nihil satis amplum est, sed cupiditate omnia amplectuntur.

—— 22 *Mors sola fatetur*
Quantula sint hominum corpuscula.

XXIX.

Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis,
Permittes ipsis expendere numinibus quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris.
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Dî,
Carior est illis homo, quàm sibi.

XXX.

Interea gustus elementa per omnia quærunt.
Numquam animo pretiis obstantibus. 23 *Interius si*
Attendas, magis illa juvant, quæ pluris emuntur.

XXXI.

23 Plus enim illos in luxu suo juvat ambitio, quam quæ voluptas.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipsi
Displicet auctori. 24 *Prima est hæc ultio, quod, se*
Judice, nemo nocens absolvitur, 25 *improba quamvis*
Gratia fallaci Prætoris vicerit urnâ.

24 Ob morsus quos frient sæpe, quos sedare non potest.

25 Quamvis Judicem gratia corrupent.

XXXII.

——— Ducimus autem
Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ,
26 *Nec jactare jugum vitâ didicêre magistrâ.*

26 Et humanæ conditioni sponte se submittere multorum humanarum usu didicerunt.

XXXIII. Con-

XXXIII.

Committunt eadem diverſo crimina fato,
Ille crucem ſceleris pretium tulit, hic diadema.

XXXIV.

——— *Majore tumultu*
Planguntur nummi, quam funera. Nemo dolorem
Fingit in hoc caſu.
Ploratur lachrymis amiſſa pecunia [27] *veris.*

27 Non facile ut in luctu propinquorum.

XXXV.

At vindicta bonum vita jucundius ipſa:
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia cauſis.
Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, [28] *dulcique ſenex vicinus Hymetto,*
Qui partem acceptæ ſæva inter vincla cicutæ
Accuſatori nollet dare.

28 Socrates.

XXXVI.

——— *Minuti*
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas
Ultio.

XXXVII.

——— *Cur tamen illos*
Evaſiſſe putes, [29] *quos diri conſcia facti*
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?

29 Pulchrè conſcientiæ lacerationem effingit.

XXXVIII.

[30] *Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,*
Facti crimen habet.

30 Notanda ſententia, qua damnatur Phariſaica virtus, manum tantum a flagitio cohibens, non animum.

XXXIX.

Mobilis & varia eſt ferme natura [31] *malorum,*
Cum ſcelus admittunt, [32] *ſupereſt conſtantia;*
[33] *quod fas*
Atque nefas tandem incipiunt ſentire, peractis
Criminibus.

31 Improborum.
32 Firmi & conſtantes ſunt.
33 Tranſacta voluptate flagitii quo excæcabantur, acceſſente faſtidio, & comite cutis morſu.

XL.

——— *Dociles imitandis*
Turpibus & pravis omnes ſumus.

XLI. Si-

XLI.

Sic natura jubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus.

XLII.

Nil dictu fœdum visuque hæc limina tangant,
Intra quæ puer est.

XLIII.

34 Quo jure tibi inimis paternam in castigando severitatem?

34 *Unde tibi frontem libertatemque parentis,*
Cum facias pejora senex?

XLIV.

Sponte tamen juvenes imitantur cætera; solam
Inviti quoque avaritiam exercere jubentur:

35 Vitium enim avaritiæ, prudentiæ & prudentiæ nomine protegitur.

35 *Fallit enim vitium specie virtutis & umbrâ,*
Cum sit triste habitu, vultuque, & veste severum.

XLV.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit;
Et minus hanc optat, qui non habet.

XLVI.

36 Convenit in doctos publicanos.

——36 *Nam dives qui fieri vult;*
Et cito vult fieri.

XLVII.

37 Sententia. Vespasiani.

——37 *Lucri bonus est odor ex re*
Quâlibet.

XLVIII.

38 Exprimit hic improborum vocem.

38 *Unde habeas quærit nemo; sed oportet habere.*

XLIX.

Sensit Alexander, testâ cum vidit in illâ

39 Diogenem, quem in dolio vidit.

39 *Magnum habitatorem, quanto felicior hic qui*
Nil cuperet, quàm qui totum sibi posceret orbem,
Passurus gestis æquanda pericula rebus.

L.

40 Quis sapientia est contraria naturæ.

40 *Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicit.*

LI.

Tantis parta malis curâ majore metuque
Servantur; misera est magni custodia census.

SILIUS ITALICUS.

I.

——*Blandoque veneno*
Deſidiæ, virtus paulatim evicta ſeneſcit.

II.

Explorant adverſa viros; perque aſpera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

CLAUDIANUS.

I.

——*Tolluntur in altum,*
Ut lapſu graviore ruant.

II.

Deſinat elatis quiſquam confidere rebus;
Omnia mors æquat.

III.

Semper inops, quicumque cupit.

IV.

Vivitur exiguo melius; natura beatis
Omnibus eſſe dedit, ſi quis cognoverit uti.

V.

Eheu quam brevibus pereunt ingentia cauſis!

VI.

Si metuis, ſi prava cupis, ſi ducis iræ,
Servitii patiêre jugum, tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia jure tenebis,
Cum poteris rex eſſe tui.

VII.

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe docebit
Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.

VIII. *Qui*

VIII.

Qui terret, plus ipse timet.

IX.

Tu civem, patremque geras; tu consule cunctis,
Nec tibi; nec tua te moveat, sed publica vota.

X.

——— Componitur orbis
Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

XI.

Inquinat egregios adjuncta superbia mores.

XII.

—— Sola Deos æquat clementia nobis.

XIII.

Quam bene depositum terris, ut dignus iniquè
Fructus consilii primis auctoribus instet!

XIV.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet desævit inomnes,
Ut se posse putent.

XV.

Sed quum cæcus inest vitiis amor, omne futurum
Despicitur, suadentque brevem præsentia fructum;
Et ruit in vetitum damni secura libido:
Dum mora supplicii lucro, serumque quod instat,
Creditur.

XVI.

Damna minùs consueta movent.

XVII.

Ipsa quidem virtus pretium sibi, solaque latè
Fortunæ secura nitet, nec fascibus ullis
Erigitur, plausuve cupit claresçere vulgi,
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis;
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex altâ mortalia despicit arce.

XVIII.

Qui fruitur pœna, fervet, legumque videtur
Vindictam præstare sibi.

XIX. —— *Dis-*

XIX.

—— Dis proximus ille eſt,
Quem ratio, non ira movet; qui facta rependens
Conſilio punire poteſt.

XX.

—— Peragit tranquilla poteſtas,
Quod violenta nequit, mandataque fortius urget
Imperioſa quies.

XXI.

Eſt aliquid meriti ſpatium, quod nulla furentis
Invidiæ menſura capit.

XXII.

Fallitur egregio quiſquis ſub principe, credit
Servitium; nunquam libertas gratior exſtat,
Quam ſub rege pio.

XXIII.

Publicus hinc ardeſcit amor, cum moribus æquis
Inclinat populo regale modeſtia culmen.

XXIV.

Mars gravior ſub pace latet.

D. LABERII, P. SYRI, & aliorum veterum Sententiæ, Iambicis verſibus ſingulis comprehenſæ, ordine alphabetico.

A.

I.

A B alio expectes, alteri quod feceris.

II.

Animus, vereri qui ſcit, ſcit tuto ingredi.

III.

Auxilia humilia firma conſenſus facit.

IV.

Aut ama, aut odit mulier; nil eſt tertium.

V. *Ad*

V.

Ad triſtem partem ſtrenuæ eſt ſuſpicio.

VI.

Ames parentem, ſi æquus eſt: ſi aliter, feras.

VII.

Amici vitium ni feras, prodis tuum.

VIII.

Abſentem ladit, cum ebrio qui litigat.

IX.

Amans quod ſuſpicatur, vigilans ſomniat.

X.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

XI.

Amici mores noveris, non oderis.

XII.

Ægre reprendas, quod finis conſueſcere.

XIII.

Amicum ita habeas, poſſe ut fieri hunc inimicum ſcias.

XIV.

Amare, & ſapere, vix à Deo conceditur.

XV.

Aperte mala cum eſt mulier, tum demum eſt bona.

XVI.

Avarus, niſi cùm moritur, nil recte facit.

XVII.

Avaro quid mali optes, ni ut vivat diu.

XVIII.

Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.

XIX.

Ad pœnitendum properat, citò qui judicat.

XX.

Aleator quantum in arte eſt, tanto eſt nequior.

XXI.

Alterius damnum gaudium haud facias tuum.

XXII.

Avarum irritat, non ſatiat pecunia.

XXIII.

Amicos res optimæ pariunt, adversæ probant.

XXIV.

Audendo virtus crescit, tardando timor.

XXV.

Arcum intensio frangit, animum remissio.

XXVI.

Amicitia semper prodest, amor & nocet.

XXVII.

Amicum ladere ne joco quidem licet.

XXVIII.

Amicitia pares aut accipit, aut facit.

XXIX.

A morte semper homines tantumdem absumus.

XXX.

Amicum perdere, est damnorum maximum.

XXXI.

Amor misceri cum timore non potest.

XXXII.

Æs debitorem leve, grave inimicum facit.

R.

XXXIII.

Bis est gratum quod opus est, ultro si offeras.

XXXIV.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

XXXV.

Beneficia dare qui nescit, injustè petit.

XXXVI.

Bonum est fugienda aspicere in alieno malo.

XXXVII.

Beneficium accipere, libertatem vendere est.

XXXVIII.

Bona nemini hora est, ut non alicui sit mala.

XXXIX.

Bis emori est, alterius arbitrio mori.

XL.

Beneficia plura recipit, qui scit reddere.

XLI.

Bis peccas, cum peccanti obsequium adcommodas.

XLII.

Bonus animus læsus gravius multo irascitur.

XLIII.

Beneficia dando accepit, qui digno dedit.

XLIV.

Bonus animus nunquam erranti obsequium adcommodat.

XLV.

Beneficia qui dedisse se dicit, petit.

XLVI.

Bonitatis verba imitari, major malitia est.

XLVII.

Bis vincit, qui se vincit in victoriâ.

XLVIII.

Benignus etiam dandi causam cogitat.

XLIX.

Bis interimitur, qui suis armis perit.

L.

Bene dormit, qui non sentit, quam malè dormiat

LI.

Bonorum crimen est officiosus miser.

LII.

Beneficium ubi des dignis, omnes obliges.

LIII.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.

C.

LIV.

Cuivis potest accidere, quod cuiquam potest.

LV.

Consueta vitia ferimus, non reprehendimus.

LVI.

Crudelis in re adversa est objurgatio.

LVII.

Cui semper dederis, ubi negas, rapere imperas.

LVIII. Cru-

LVIII.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

LIX.

Cum inimico nemo in gratiam tutò redit.

LX.

Citiùs venit periculum, cum contemnitur.

LXI.

Casta ad virum matrona parendo imperat.

LXII.

Cito ignominia fit superbi gloria.

LXIII.

Consilio melius vincas, quàm iracundiâ.

LXIV.

Cuivis dolori remedium est patientia.

LXV.

Cotidie damnatur, qui semper timet.

LXVI.

Comes facundus in viâ pro vehiculo est.

LXVII.

Citò improborum læta ad perniciem cadunt.

LXVIII.

Contemni est gravius stultitiâ, quàm percutì.

LXIX.

Cotidie est deterior posterior dies.

LXX.

Cupiditati tarda est ipsa celeritas.

LXXI.

Conjunctio animi maxima est cognatio.

LXXII.

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

LXXIII.

Caret periculo, qui etiam tutus cavet.

LXXIV.

Casus quem sæpe transit aliquando invenit.

D.

LXXV.

Discipulus est prioris, posterior dies.

LXXVI.

LXXVI.

Dolor decrescet, ubi quo crescat non habet.

LXXVII.

Desunt inopiæ multa, avaritiæ omnia.

LXXVIII.

Dari bonum quod potuit, auferri potest.

LXXIX.

Discordiâ fit carior concordia.

LXXX.

Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.

LXXXI.

Difficile oportet aurum habere ad crimina.

LXXXII.

Damnum appellandum est cum malâ famâ lucrum.

LXXXIII.

Ductis in consilio posita est virtus militum.

LXXXIV.

Despicere oportet quod possis deperdere.

E.

LXXXV.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

LXXXVI.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

LXXXVII.

Etiam oblivisci quod sis, interdum expedit.

LXXXVIII.

Ex hominum quæstu facta Fortuna est Dea.

LXXXIX.

Etiam qui faciunt, odio habent injuriam.

XC.

Eripere telum, non dare, irato, decet.

XCI.

Etiam capillus unus habet umbram suam.

XCII.

Ebeu quam miserum est fieri metuendo senem?

XCIII. Ex-

XCIII.

Excelsis multo facilius casus nocet.

XCIV.

Eget minus mortalis, quo minus cupit.

XCV.

Exeritur opere nequitia, non incipit.

XCVI.

Etiam sanato vulnere cicatrix manet.

F.

XCVII.

Fortuna cum blanditur, captatum venit.

XCVIII.

Fortunam citius rapias quàm retineas.

XCIX.

Formosa facies muta commendatio est.

C.

Fortuna nimiùm quem fovet, stultum facit.

CI.

Fatetur facinus is, qui judicium fugit.

CII.

Felix improbitas optimorum est calamitas.

CIII.

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

CIV.

Furor fit læsa sæpiùs patientia.

CV.

Fidem qui perdit, perdere ultra nihil potest.

CVI.

Fides unanima unde abit, eò nunquam redit.

CVII.

Fulmen est, ubi cum potestate habitat iracundia.

CVIII.

Frustrà cum ad senectam ventum est, repetas adolescentiam.

CIX.

Fer difficilia, ut & facilia perferas.

CX. *Fortuna*

CX.

Fortuna vitrea est: tum cum splendet, frangitur.

CXI.

Feras quod lædit, ut, quod & prodest, feras.

CXII

Fortuna quo se, eodem & inclinat favor.

CXIII.

Factum tacendo crimen facias acrius.

CXIV.

Felicitas nutrix est iracundiæ.

CXV.

Frequens vindicta paucorum odium reprimit.

CXVI.

Fortuna usu dat multa, mancipio nihil.

CXVII.

Fortuna magna, magna domino est servitus.

CXVIII.

Facilius crescit, quàm inchoatur dignitas.

CXIX.

Fortuna multis dat nimis, nulli satis.

G.

CXX.

Gravius nocet, quodcumq; inexpertum accidit.

CXXI.

Gravior est inimicus, qui latet in pectore.

CXXII.

Gravissimum est imperium consuetudinis.

CXXIII.

Geminat peccatum, quem delicti non pudet.

CXXIV.

Graviora quædam sunt remedia periculis.

H.

CXXV.

Heu quàm difficilis gloriæ custodia est!

CXXVI.

Heu quam est timendus, qui mori tutum putat!

CXXVII. Homo

CXXVII.

Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.

CXXVIII.

Honeſta turpitudo eſt pro bonâ causâ mori.

CXXIX.

Habet in adverſis auxilia, qui in ſecundis commodat.

CXXX.

Heu quàm miſerum eſt ab eo lædi, de quo non poſſis queri!

CXXXI.

Hominem experiri multa, paupertas jubet.

CXXXII.

Heu dolor quàm miſer eſt qui in tormento vocem non habet!

CXXXIII.

Habet ſuum venenum blanda oratio.

CXXXIV.

Homo totiens moritur, quotiens amittit ſuos.

CXXXV.

Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.

CXXXVI.

Homo vitæ commodatus, non donatus eſt.

CXXXVII.

Hui? quàm multa pœnitenda incurrunt viventi diu?

CXXXVIII.

Hæredis fletus ſub perſonâ riſus eſt.

CXXXIX.

Hæredem ferre utilius eſt, quàm quærere.

CXL.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

I.

CXLI.

Inferior neſcit, quicquid peccat ſuperior.

CXLII.

Inimicum ulciſci, vitam accipere eſt alterum.

CXLIII.

Invitum cum retineas, exire incitas. CXLIV. *Inge-*

CXLIV.

Ingenuitatem lædis cum indignum rogas.

CXLV.

In nullum avarus bonus est, in se pessimus.

CXLVI.

Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.

CXLVII.

Instructa inopia est in divitiis cupiditas.

CXLVIII.

Invitat culpam qui peccatum præterit.

CXLIX.

Jucundum nihil est, nisi quod reficit varietas.

CL.

Irritare est calamitatem, cum te felicem vocaveris.

CLI.

Ingratus unus miseris omnibus nocet.

CLII.

In amore semper mendax iracundia est.

CLIII.

Invidia tacitè sed inimicè irascitur.

CLIV.

Iratum breviter vites, inimicum diu.

CLV.

Injuriarum remedium est oblivio.

CLVI.

Iram qui vincit, hostem superat maximum.

CLVII.

In malis sperare benè, nisi, innocens, nemo solet.

CLVIII.

In vindicando criminosa est celeritas.

CLIX.

Inimicum, quamvis humilem, docti est metuere.

CLX

In calamitoso risus etiam injuria est.

CLXI.

Judex damnatur, cùm nocens absolvitur.

CLXII.

In rebus dubiis plurima est audacia.

CLXIII.

Ità crede amico, ne sit inimico locus. CLXIV. *Ira-*

CLXIV.

Iratus etiam facinus consilium putat.

CLXV.

Id agas, ne quis tuopte te merito oderit.

CLXVI.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

CLXVII.

Ignoscito sæpè alteri, nunquam tibi.

CLXVIII.

Insanus omnis furere credit cæteros.

L.

CLXIX.

Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.

CLXX.

Laus nova nisi oritur, etiam vetus amittitur.

CLXXI.

Levis est fortuna: cito reposcit, quod dedit.

CLXXII.

Lex universa est, quæ jubet nasci & mori.

CLXXIII.

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.

CLXXIV.

Lingua est mali loquax mentis indicium malæ.

M.

CLXXV.

Malignos fieri maximè ingrati docent.

CLXXVI.

Multis minatur, qui facit uni injuriam.

CLXXVII.

Mora omnis odio est; sed facit sapientiam.

CLXXVIII.

Mala causa est, quæ requirit misericordiam.

CLXXIX.

Miserrima fortuna est, quæ inimico caret.

CLXXX.

Malus est vocandus, qui suâ causâ est bonus.

CLXXXI.

Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.

CLXXXII.

Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit sibi.

CLXXXIII.

Minor est quàm servus, dominus, qui servus timet.

CLXXXIV.

Magis hæres fidus nascitur, quam scribitur.

CLXXXV.

Magno periclo custoditur quod multis placet.

CLXXXVI.

Malè vivunt, qui se semper victuros putant.

CLXXXVII.

Maledictum interpretando facias acrius.

CLXXXVIII.

Male secum agit æger, medicum qui hæredem facit.

CLXXXIX.

Mens incorrupta miseriâ corrumpitur.

CXC.

Minùs decipitur, cui negatur celeriter.

CXCI.

Mutat se bonitas irritata injuriâ.

CXCII.

Mulier quæ sola cogitat, malè cogitat.

CXCIII.

Malefacere qui vult, nusquam non causam invenit.

CXCIV.

Malè imperando summum imperium amittitur.

CXCV.

Malum consilium consultori pessimum est.

CXCVI.

Magnanimo injuriæ remedium oblivio est.

CXCVII.

Miser dici bonus vir esse non potest.

CXCVIII. *Mortem*

CXCVIII.

Mortem timere crudelius est quàm mori.

CXCIX.

Magister infidelis est recti metus.

N.

CC.

Non peccant oculi, si animus oculis imperet.

CCI.

Nil proprium ducas, quod mutarier potest.

CCII.

Non citò perit ruinâ, qui primùm timet.

CCIII.

Nullus tantus quæstus, quàm quod habes parcere.

CCIV.

Nunquam perîclum sine perîclo vincitur.

CCV.

Nulla est tam bona fortuna de quâ nil possis queri.

CCVI.

Negandi causa avaro nunquam deficit.

CCVII.

Nil eripit fortuna, nisi quod & dedit.

CCVIII.

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

CCIX.

Non est beatus, ipse qui se nesciat.

CCX.

Nimium altercando veritas amittitur.

CCXI.

Necessitatis est remedium parcitas.

CCXII.

Nulli imponas quod ipse non possis pati.

CCXIII.

Nil turpius, quàm vivere insipiens senex.

CCXIV.

Non est bonitas esse meliorem pessimo.

CCXV.

Nunquam ſatis eſt, quod improbæ ſpei datur.

CCXVI.

Non eſt puſillum ſi quid maximo eſt minus.

CCXVII.

Nunquam ſecura eſt prava conſcientia.

CCXVIII.

Negata eſt magnis ſceleribus ſemper fides.

CCXIX.

Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.

P.

CCXX.

Perpetuò vincit, qui utitur clementiâ.

CCXXI.

Pars beneficii eſt, quod petitur, ſi cito neges.

CCXXII.

Parere ſcire, par imperio gloria eſt.

CCXXIII.

Puras Deus, non plenas, adſpicit manus.

CCXXIV.

Pati neceſſe eſt multa mortalem mala.

Q.

CCXXV.

Quam ſæpè veniam, qui negaverat, petit!

CCXXVI.

Quàm pœnitenda incurrunt vivendo diu!

CCXXVII.

Quod facere turpe eſt, dicere ne honeſtum puta.

CCXXVIII.

Quid quiſque poſſit, niſi tentato, neſciit.

CCXXIX.

Quod neſcias damnare, ſumma eſt temeritas.

CCXXX.

Quod vult habet, qui velle quod ſatis eſt poteſt.

R.

CCXXXI.

Ridiculum eſt nocentis odio perdere innocentiam.

CCXXXII. Re-

CCXXXII.

Repentè dives nemo factus est bonus.

CCXXXIII.

Res inquieta est in seipsam felicitas.

S.

CCXXXIV.

Sæpè dissimulare, quam ulcisci satius fuit.

CCXXXV.

Semper redundat ipse in auctores timor.

CCXXXVI.

Secretè amicos admone, lauda palam.

CCXXXVII.

Spes præmii, laboris est solatium.

CCXXXVIII.

Stultum est timere, quod vitare non potes.

CCXXXIX.

Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi.

CCXL.

Sæpè oculi & aures vulgi testes sunt mali.

CCXLI.

Suspecta semper ornamenta ementibus.

T.

CCXLII.

Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.

CCXLIII.

Timidus vocat se cautum, parcum sordidus.

V.

CCXLIV.

Veterem ferendo injuriam invitas novam.

CCXLV.

Velox consilium sequitur pœnitentia.

CCXLVI.

Vitium fuit, nunc mos est, adsentatio.

SENTENTIÆ BREVES, Ex Illuſtrioribus Auctoribus Græcis, Latinis & Hiſpanis excerptæ.

1. *Principium dimidium totius.* Heſiodus.
Ἀρχὴ ἥμισυ παντός.

2. *Fruſtra habet, qui non utitur.* Homerus.

3. *Eodem collyrio mederi omnibus.* Hieron.

4. *Annulus aureus in naribus ſuis.* Prov. 11.

5. *Gladiator in arenâ conſilium capit.*

6. *Caput artis eſt decere quod facias.* Quintil.

3 Leges, admonitiones & objurgationes, non oportet omnibus eaſdem admovere.

4 Ubi res quæpiam per ſe præ'arè illic adhibetur, ubi minimè addecet.

5 Pro eo quod eſt ab eo ſperare emolumentum, cui nè ſit quidem, quod auferri queat.

7 Quadrat in ſenes avaros.

7. *Exactâ viâ viaticum quærere.* Cic. Senec.

8. *Aliorum medicus, ipſe ulceribus ſcates.* Plut.
Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

9. *Haudquaquam difficile, Athenienſem Athenis laudare.* Ariſtoteles.

9 Dictum eſt pro iis qui encomia orationeſq; panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur iis qui forte per oppetiſſent in bello; in quibus quia plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, promis auribus audiebantur.

Οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν.

10. *In re malâ, animo ſi bono utare, adjuvat.* Plautus.

10 Fortiter ferendo vincitur malum, quod evitari non poteſt.

11. *Magiſtratum gerens audi & juſte & injuſtè.* Solon.

11 Sumptum ajunt ex Solonis elogiis. Admonet, ut qui in tractandis Reip. manentibus verſarur, patentiſſimis ſit auribus.

Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως.

12. *Aſinus aſino, & ſus ſui pulcher.* Alcim.

Ὄνῳ τ' ὄνος κάλλιστος, ὗς δὲ τῇ ὑΐ.

13. *Non luctu, ſed remedio opus in malis.* Hom.

14. *Ne depugnes in alieno negotio.* Homer.

15. *Quæ ſupra nos, nihil ad nos.*
Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.

13 Dictum Socraticum in Aſtrologos. Torqueri poteſt in illos qui de negotiis Principum aut Theologiæ myſteriis temere loquuntur. Vertere licebit & in contrarium; *Quæ infra nos, nihil ad nos.*

16. *Mores*

16. *Mores amici noveris, non oderis.* Porphyr.

φίλυ τρόπυς γίνωσκε, μισήσης ὄ μή.

17. *Novos amicos dum paras, veteres cole.* Hermes.

18. *Neque nulli sis amicus, neque multis.* Heſiodus.

19. *Amicorum omnia communia.* Pythag.

20. *Vultu ſæpè læditur pietas.* Cicero.

21. *Amicus magis neceſſarius, quam ignis & aqua.* Plutarch.

22. *Intempeſtiva benevolentia nihil à ſimultate differt.* Suidas.

23. *Multas amicitias ſilentium diremit.* Ariſtot.

Πολλὰς φιλίας ἀπερισιωπησία διέλυσεν.

24. *Amicus uſque ad aras.* Aulus Gell.

25. *Animo ægrotanti medicus eſt oratio.* Plut.

Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατροὶ λόγοι.

26. *Conciliant homines mala.* Ariſtot.

27. *Queruli ad amicitiam parùm apti.* Herod.

Οἱ φιλομεμφέες εἰς φιλίων οὐκ εὐφυέες.

28. *Felicitas multos habet amicos.* Theogn.

Εὐτυχία πολύφιλος.

29. *Amicus certus in re incertâ cernitur.* Enn.

30. *Viri infelicis procul amici.* Ariſtid.

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκ πολλῶν φίλοι.

31. *Sapientes principes ſapientum congreſſu.* Plato.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

32. *Amicitias immortales eſſe oportet.* Cicero.

33. *Qui non zelat, non amat.* Auguſt.

34. *Magiſter artis amor.* Auguſt.

35. *Vel capillus habet umbram ſuam.* Publius.

36. *Ut poſſumus, quando ut volumus, non licet.* Terent.

37. *Mortuo leoni & lepores inſultant.* Homer.

37 Vulgare Philonis elogium, quod noſſe expedit.

38. *Gutta*

38. *Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.* Homerus.

Ῥανὶς ἐνδελεχὲς κοιλαίνει πέτρον.

39. *Dicendo dicere discunt.* Zenod.

Ἐν τῷ λέγειν τὸ λέγειν τορίζεται.

40. *Exercitatio potest omnia.* Perian.

Μελέτη πάντα δύναται.

41 Cum aliquem jubemus esse attentum, dicimus. *Hic esto*, aut *Hoc age.*

41. *Hoc age.* Homer.

42. *Consulendum & consiliis parendum.* Hom.

43. *Fortes fortuna adjuvat.* Terent.

44. *In discrimine apparet qui vir.* Aristot.

45. *Sapiens sua bona secum fert.* Suidas.

Ὁ σοφὸς ἐν αὑτῷ φέρει τὴν οὐσίαν.

46. *Tranquillo quilibet gubernator est.* Senec.

47. *Inest sua gratia parvis.*

Χάρις ἔστι καὶ ὀπωδῇ.

48. *Pauciloquus, sed eruditus.* Varro.

49. *Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem.* Aristoph.

50 Sensus est, nihil egregium præstari posse ab uno homine.

50. *Unus vir, nullus vir.* Plato.

Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.

51. *Sine ope divinâ nihil valemus.* Homer.

Πάντες δ' ἀθεῶν χατέομεν ἄνθρωποι.

52 Ne suspicias negotii molem, cui nequeas auxiliari.

52. *Ne gladium tollas mulier.* Homer.

53. *In magnis voluisse sat est.* Tibull.

54. *De alieno liberalis.*

55. *Ut sementem feceris, ita & metes.* Cic.

56. *Qualis vir, talis oratio.* Seneca.

57. *Protinus apparet quæ plantæ frugiferæ futuræ.* Senec.

58. *Consilium res sacra.* Zenod.

59 h. e. Quid vis cibi causâ pati & facere.

59. *E flammâ cibum petere.* Terent.

60 Menandri senarius, quem Divus Paulus haud quaquam gravatus est in 1 Corinthiorum Epistolâ citare. Celebratur & hic senarius à Græcis:

60. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Paulus.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

Κακοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς οὐκ ἔσει κακός,
Malus ipse fies, si malis convixeris.

61. *A bonis bona diſce.* Theogn.
62. *Nihil eſt inanius, quàm multa ſcire.*
Πολυμαθημοσύνης δ' ἀνιηρότερον ἄλλο.
63. *Multæ regum aures atque oculi.* Lucian.
64. *Bis dat, qui citò dat.*
65. *Heroum filii noxæ.*
Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.
66. *Difficilia quæ pulchra.* Solon.
67. *Quot ſervi, tot hoſtes.* Seneca.
68. *Hoſtium munera, non munera.*
69. *Homo homini lupus.*
70. *Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt.* Chryſoſt.
71. *Flamma fumo proxima eſt.* Plautus.
72. *Ne puero gladium.* Suidas.
73. *Quid cæco cum ſpeculo?* Stobæus.
74. *Aſinus portans myſteria.* Ariſtoph.
75. *In eburnâ vaginâ plumbeus gladius.* Diog.
76. *Dives aut iniquus eſt aut iniqui hæres.* Hieron.
77 *Satietas ferociam parit.* Theogn.
78. *Veſtis virum facit.*
Εἵματα ἀνήρ.
79. *Nemo benè imperat niſi qui paruerit imperio.* Ariſtot.
Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξειν μὴ ἀρχθέντα.
80. *Boni ducis bonus comes.*
81. *Arbore dejectâ quivis ligna colligit.* Juven.
Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.
82. *Solus ſapit.* Homerus.
83. *Si tanti vitrum quanti margaritum.* Tert.
84. *Mali principii malus finis.*
85. *Reſpublica virum docet.* Plutarch.
86. *Poſt malam ſegetem ſerendum eſt.* Senec.
87. *Tum canent cycni, cum tacebunt graculi.* Greg. Nazianz.
88. *Odi puerulos præcoci ſapientiâ.* Apul.

65 Manet & hodie vulgatus jocus; Ex ſapientiſſimis patribus ſtultiſſimos propagari liberos.

70 Qui verè diligens in negotio nunquam ſibi ſatisfacit.

72 Subaudiendum, *commiſeris.*

74 In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam verſabatur.

89. *Festina lentè.*
90. *Priscis credendum.* Tullius.
91. *Ignis, mare, mulier, tria mala.* Homer.
92. *Optimum obsonium labor.*
93. *Qui non litigat, cælebs est.* Hieron.
94. *Simia est simia, etsi aurea gestet insignia.* Lucian.
95. *Simiarum pulcherrima deformis est.* Plato.
96. *Nemo mortalium omnibus horis sapit.* Plin.
97. *Malum vas non frangitur.* Sophocl.
98. *Ne quære mollia ne tibi contingant dura.* Phur.
99. *Duos qui sequitur lepores, neutrum capit.*
100. *Spem pretio emere.* Terent.
101. *Semper agricola in novum annum dives.*

Ἀεὶ γεωργὸς, εἰς νέωτα πλούσιος.

102. *Scipioni arundineo inniti.* Isaias.
103. *Non est ejusdem multa & opportuna dicere.* Menand.

Χωλὸς τότ' εἶπεῖν πολλὰ κ' ἡ τὰ καίρια.

104. *Levissima res oratio.* Synesius.
105. *Ignavis semper feriæ sunt.*
106. *Fontes ipsi sitiunt.* Cicero.
107. *Dulce bellum inexperto.* Veget.
108. *Compendiaria res improbitas, virtusque tarda.*

Συντομος ἡ πονηρία, βεβαία δὲ ἡ ἀρετή.

109. *Insania non omnibus eadem.*
110. *Canes timidi vehementius latrant quam (mordent.*
111. *Leonem larva terret.* Diogen.
112. *Mortuo verba facis.* Plautus.
113. *Reti ventos venaris.* Lucianus.
114. *Aranearum telas texere.* Basilius.
115. *Cum diis pugnare.* Cicero.

Θεομαχεῖν.

116. *In cælum jaculari.* Zenod.
117. *Contra stimulum calces.* Hieron. Terent.

93 Quia conjugati semper rixas habent.

118. *Ver*

118. *Ver ex anno tollere.* Herodot.
119. *Umbra pro corpore.*
120. *Lacrymæ nihil citius arescit.* Tullius.
121. *Multa noris oportet quibus Deum fallas.*
122. *A fonte puro pura defluit aqua.* Theog.
123. *E se finxit velut araneus.*
124. *Tempus omnia revelat.* Tertull.
125. *Neque mel neque apes.* Tryph.

Μήτε μέλι μήτε μέλιτταις.

126. *Serere ne dubites.* Columell.

125 In eos dici solitum qui recusant incommodum ferre, quod fit cum commodo quopiam conjunctum. 126 Ne pigeat ejusmodi rerum aliquid moliri, è quibus parum dispendii, sed plurimum emolumenti possit proficisci.

127. *Proba est materia, si probum adhibeas artificem.* Plaut.

127 Egregia quidem indoles si recte instituatur.

128. *Obedientia felicitatis mater.* Æschin.

Πειθαρχία γὰρ ὄντι τῆς εὐπραξίας μήτηρ.

129. *Lupus pilum mutat non mentem.*
130. *Senectus ipsa morbus est.* Terent.
131. *Corpus sine pectore.* Horat.
132. *Rosam quæ prateriit ne quaras iterum.* Aristid.
133. *Molestum sapientiam apud stultos loqui.* Diogen.

Ἀγαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν.

134. *In pace leones, in prælio cervi.*
135. *Esurienti ne occurras.* Theocr.
136. *Figulus figulo invidet. Faber fabro.* Hesi.

135 Fames enim exasperat iracundiam.

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

137. *Inimicus & invidus vicinorum oculus.* Alcipp.
138. *Expertes invidentiæ Musarum fores.*

Ἄφθονοι Μουσῶν θύραι.

139. *Jactantiæ comes invidia.* Homerus.
140. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* Horat.
141. *Fertilior seges est alieno semper in agro.* Ovid.

142. *Non licet in bello bis peccare.*

143. *Quod index auro, id aurum homini.*

144. *Justitia virtutem in se complectitur omnem.* Aristot.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔστιν.

145. *Ad amussim applica lapidem, non ad lapidem amussim.* Plutarchus.

146. *Nemo quenquam ire prohibet publica viâ.* Plautus.

147. *Quod aliis vitio vertas ipse ne feceris.* Homerus.

148 Cicero in Clodium qui populum fame jam exasperatum concionibus insuper seditiosis in rabiem agebat: *Ut tu, inquit, in hoc ulcere tanquam unguis existeres.*

148. *Unguis in ulcere.* Cicero.

149. *Veritas simplex oratio.* Diogen.

150 Maturè fias senex, si diu velis esse senex.

150. *Maturè fias senex.* Cicero.

151. *Venter auribus caret.* Plutarch.

152. *Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.* Terent.

153. *Ignis non extinguitur igni.*

154 Dictum est apud Plautum sub personâ senis, suadere conantis amico ne uxorem malam repudiaret, aliam ducturo, propterea quod plerumque fit, ut qui commutat primum, pro malo pejus accipiat cum ignotum pro noto, insuetum pro familiari.

154. *Oleo incendium restinguere.* Plato.

155. *Nota res mala, optima.* Plautus.

156. *Sibi parat malum qui alteri parat.* Aristot.

157. *Colubrum in sinu fovere.* Æsop.

158. *Nemo læditur nisi à seipso.* Diogen.

159. *Malum benè conditum ne moveris.* Virg.

160. *Fæcem bibat, qui vinum bibit.* Aristoph.

161. *Fumum fugiens in ignem incidi.*

162. *Jucundi acti labores.* Cicero.

163 Plutarchus huc torquet, ubi quis dolet ibidem & manum habet. Plut.

Ὅποι τις ἀλγεῖ, χὴ τ' χεὶρ' ἔχει.

164. *Meminisse gaudet laborum qui servatus est.*

Ἀλλ' ὑμὶ τ' σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

165. *Con-*

165. *Conſcientia mille teſtes.* Quintil.
166. *Noſce teipſum.* Plato.
Γνῶθι σεαυτόν.
167. *Secum vivere.*
168. *Ne vities muſicam.* Plutarch.
Μὴ κακυζγεῖ ἡ μυσικὴ.
169. *Ubi parueris impera.*
170. *Jucunda verum viciſſitudo.* Ariſtot.
Μεταβολὴ πάντων γλυκύ.
171. *Iniquum petendum ut æquum feras.* Quin.
172. *Summum cape, & modicum habebis.* Zen.
173. *Donum quodcunque aliquis dat, proba.* Strabo.
174. *Ingens telum neceſſitas.*
175. *Feras, non culpes quod vitari non poteſt.* Gellius.
176. *Deum ſequere.*
177. *Mortuis non convitiandum.* Homerus.
178. *Jugulare mortuos.*
179. *Carpet citiùs aliquis quam imitabitur.* Diogen.
Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.
180. *Tollenda mali occaſio.* Homerus.
181. *Non ſemper erit æſtas.* Heſiod.
182. *Cum licet fugere, ne quære litem.* Alcibiad.
183. *Oderint dum metuant.* Cicero.
184. *Bonæ leges malis ex moribus procreantur.* Macrobius.
185. *Multa docet fames.*
Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.
186. *Quærendæ facultates, deinde virtus.* Diog.
187. *Mendico ne parentes quidem amici ſunt.*
188. *Lunæ radiis non matureſcit botrus.* Plut.
189. *Quod volumus ſanctum eſt.* Auguſtinus.
190. *Patriæ fumus igne alieno luculentior.* Lucianus.
191. *Multi te oderint, ſi teipſum ames.*

165 *Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.*
166 Juvenalis: *E cœlo deſcendit.*
167 Conſine eſt cum illo: *Tecum habita.*
168 Ne loquaris diſcrepantia, ne nova moliaris.
188 Convenit in eos qui conantur quod ob defectum virium non queunt perficere.

192. *Sine*

192. *Sine rivali diligere.* Auſon.

193 M. Tullius ſreduvaiχυν appellat ſuaſionem cum neceſſitate vique conjunctam; quales ſunt Principum preces: Tacitus, *Preces erant quibus cogi ratici non poſſit.*

193. *Preces amatæ.*

194. *Pinguis venter ſenſum non gignit tenuem.* Hieron.

Παχεῖα γαστὴς λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

195. *Homo homini Deus.*

196. *Ex otio negotium.* Lucian.

197. *Nequicquam ſapit qui ſibi non ſapit.* Plautus.

198. *Quod adeſt boni conſule.* Homer.

199. *Seneſco ſemper multa addiſcens.* Solon.

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

200 Nam inhumanum à nemine accipere: ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia avariſſimum.

200. *Nec paſſim, nec omnia, nec ab omnibus.* Ulpianus.

201. *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere.* Suetonius.

202 Hodie vulgo celebratum durat, ubi quis eſt exactor durior atque inſtantior.

202. *Summum jus ſumma injuria.* Cicero.

203. *Deſtitutus ventis remos adhibe.* Hermol.

204. *Optimum alienâ inſaniâ frui.* Plinius.

205. *Satius eſt initiis mederi quam fini.* Suid.

203 Cum res non ſuccedit ut volumus, ad alia præſidia confugiendum eſt.

206. *Poſt bellum auxilium.* idem.

207. *Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt.* Cicero.

208. *Spes alunt exules.* Euripid.

209 A divitibus omnia magnificè fiunt.

209. *In beato omnia beata.* Horat.

210. *Mulierem ornat ſilentium.* Sophocl.

211. *Quam quiſque novit artem in hac ſe exerceat.* Cicero.

212. *Inſcitia confidentiam parit.* Thucydid.

213. *Aliam ætatem alia decent.*

214. *Emere malo, quàm rogare.* Suidas.

115. *Ante tubam trepidas.* Zenod.

216 Quoties totum negotium ignavè commiſſum eſt.

216. *Mulier imperator & mulier miles.* Plut.

217. *Vir fugiens & denuo pugnabit.* idem.

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

218. *Initio confidens, in facto timidus.* Euſt.

219. *Lingua*

219. *Lingua bellare.* Ariſtoph.

220. *Cum adſit via, ſemitam quæris.* Homer.

221. *Fumos vendere.* Martial.

222. *Leonis catulum ne alas.*

223. *Leonina ſocietas.*

221 Principum benevolentiam ſimulato commendationis officio per occaſionem familiaritatis pretio vendere. 222 Admonet adagium non eſſe fovendam potentiam quæ leges poſſit opprimere. Cum omne commodum ad unum aliquem redit, reliquis vi fraudatis.

224. *Dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus.* Plutarch.

224 Somno qui velut fœnerator dimidium vitæ auſert.

225. *Vita hominis peregrinatio.* Plato.

226. *Longæ regum manus.* Ovidius.

227. *Ineſt & formicæ bilis.* Lucian.

Ἔνεστι καὶν μύρμηκι χολή.

228. *Malè parta male dilabuntur.* Plautus.

229. *Malis ter mala.* Stobæus.

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά.

230. *Sui cuiq; mores fingunt ſortunam.* Cor. Nepos.

231. *Vindicta tarda ſed gravis.* Homer.

232. *Adoraturi ſedeant.* Plutarch.

233. *Præterita ſemper meliora.* Diogen.

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.

234. *Felix qui nihil debet.*

235. *Bos laſſus fortius figit pedem.* Hieron.

SENTENTIÆ BREVES, è ſolis Græcis excerptæ.

1. PRæſtat principio mederi, quam fini.

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώϊον ἢ τελέσαι.

B. *Tutius eſt tacere quam loqui.*

Ἀσφαλέστερον τὸ λέγειν τὸ σιγᾶν.

3. *Sponte Deus bona emittit.*

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀγαθὰ τ' ἀγαθά.

4. *Vir*

4. *Vir ſapiens forti melior.*

Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σοφιζόμενος ἀνήρ.

5. *Brevis voluptas mox doloris eſt parens.*

Βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς πίκτει λύπην.

6. *Vetulus ſimius non capitur laqueo.*

Γέρων πίθηκος οὐ χ ἁλίσκεται πάγῃ.

7. *Fruſtra ſenem lapſum in juventa corrigas.*

Γέροντα δ' ὀρθῶν φλαυρὸν, ὃς νέος πέσοι.

8. *Senectus omnimoda mutilatio; omnia habet, & omnium indiget.*

Γῆρας ὁλόκληρος ὅτι πήρωσις, πάντα ἔχει κὴ πᾶσιν ἐνδεῖ.

9. *Senectus atque paupertas duo ſunt vulnera vix medicabilia.*

Γῆρας κὴ πενία δύο τραύματα δυθεράπευτα.

10. *Lingua maledica improbæ mentis argumentum.*

Γλῶσσα βλάσφημος διανοίας κακῆς ἔλεγχος.

11. *Lingua demens pœnæ conciliatrix.*

Γλῶσσα ματαία ζημίᾳ προσρίζεται.

12. *Lingua, quo vadis urbem inſtaurans, & rurſum illam ſubvertens?*

Γλῶσσα, ποῦ προβαίνῃ, πόλιν ἀνορθώσασα, κὴ πάλιν καταστρέψασα;

13. *Silentium & taciturnitas, ô mulier, veſtrum decorat genus.*

Γυναιξὶ κοσμεῖ σιγὴ φέρει.

14. *Confide verum proloquens, nunquam cades.*

Θάρσει λέγων τ' ἀληθὲς, οὐ σφαλῇ ποτέ.

15. *Deo favente livor haud quicquam poteſt; at non favente nil poteſt ullus labor.*

Θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος.

Καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

16. *Nempe otioſis nullus adſiſtit Deus.*

Θεὸς τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

17. *Medela linguæ ventris abſtinentia.*

Ἴαμα γλώσσης ἐγκράτεια κοιλίας. 18. *Ubi*

18. *Ubi enim timor, ibi & pudor.*
Ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.
19. *Æqualitas bellum non parit.*
Ἰσότης πόλεμον οὐ ποιεῖ.
20. *Tempus anima rei.*
Καιρὸς ψυχὴ πράγματος.
21. *Audire nempe quam loqui præstat mala.*
Κακῶς ἀκούειν χρεῖσσον ἢ λέγειν κακῶς.
22. *Honesta paupertas prior quàm opes malæ.*
Κλεινῶς πένεσθαι, ἢ πλουτεῖν κακῶς.
23. *Commune naufragium omnibus est consolatio.*
Κοινὸν ναυάγιον τοῖς πᾶσι δημόσιον.
24. *Præstat ipsum esse plurimi, quàm res plurimi possidere.*
Κρεῖσσον αὐτὸς εἶναι πολλοῦ ἀξίως, ἢ κεκτῆσθαι πολλὰ ἄξια.
25. *Optima loquere, pulcherrima fac.*
Λέγειν μὲν τὰ ἄριστα, ποιεῖν δὲ τὰ κάλλιστα.
26. *Lapis qui volvitur algam non generat.*
Λίθος κυλιόμενος, φῦκος οὐ ποιεῖ.
Ita Adagium Anglicum.
A rolling Stone gathers no Moss.
27. *Lupus pastor.*
Λύκος ποιμήν.
28. *Certamen non admittit causationes.*
Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.
29. *Os ostio carens.*
Ἀθύρωτον στόμα.
30. *Infructuosius rebus in malis pudor.*
Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.
31. *Audi quæ ex corde dicuntur.*
Ἄκουε τὰ ἀπὸ καρδίας.
32. *Non id quod magnum est, pulchrum est: sed id quod pulchrum, magnum.*
Ἀλλ' οὐ τὸ μέγα εὖ ἔστι, τὸ δ' εὖ μέγα.
33. *Delicti causa, melioris ignorantia.*
Ἁμαρτίης αἰτία, ἡ ἀμαθίη τοῦ κρείσσονος. 34. *Si-*

34. *Simul da, & accipe.*
Ἅμα δίδε καὶ λάμβανε.
35. *Viri probi tyrannidem pulchrum est pati.*
Ἀνδρὸς ὑπὲρ ἐθνῶν καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.
36. *Si amicos oderimus, quid faciemus iis qui nos oderunt.*
Ἂν τοὺς φίλους μισῶμεν, τί ποιήσομεν τοὺς μισοῦντας.
37. *Nullum anarchiâ majus est malum.*
Ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
38. *Si claudo cohabites, subclaudicare discet.*
Ἂν χωλῷ παροικήσῃς ὑποσκάζειν μαθήσῃ.
39. *Omne solum viro forti patria est.*
Ἅπασα γῆ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.
40. *Sermo simplex veritati convenit.*
Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῇ ἀληθείας ἕπου.
41. *Prudentia sunt universa subdita.*
Ἅπαντα δοῦλα τῷ φρονεῖν καθίσταται.
42. *Trepidum opes, at gratum animo sunt malum.*
Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.
43. *Gladius calumniâ acutior, modo gladius calumniatorem antevertat.*
Διαβολῆς ὀξύτερον τὸ ξίφος, εἰ τὸ ξίφος φθάσει τὸν διαβάλλοντα.
44. *Litem parit lis, noxa item noxam parit.*
Δίκη δίκην ἔκτεκε, καὶ βλάβη βλάβην.
45. *Quærentibus bona vix obveniunt, mala autem etiam non quærentibus.*
Διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.
46. *Bis pueri senes.*
Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.
47. *Turpe est eundem bis ad lapidem impingere.*
Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον.
48. *Ad imbecilles imbecillis advenis.*
Εἰς ἀδυνάτους ἀδυνάτων ἐλήλυθας. 49 *Unus*

49. *Unus vir non omnia videt.*
Εἷς ἀνὴρ ὐ παντ' ὁρᾷ.
50. *Ex aſpectu hominibus naſcitur amor.*
Ἐκ τῦ εἰσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν.
51. *Ex unguibus leonem.*
Ἐκ τῶν ὀνύχων τ λέοντα.
52. *Me quidem ſi inſaniant, te autem ſi ſapiant.*
Ἐμὲ μὲν ἂν μαινῶσι, σὲ δ' ἂν σωφρονῶσι.
53. *Solertiâ capiuntur quæ alioqui capi nequeunt.*
Ἐπινοίαις ἁλίσκεται τὰ ἀλήρατα.
54. *Res juvenum, conſulta virûm, ſunt vota ſenectæ.*
Ἔργα νέων, βέλαι δ' μέσων, εὐχαὶ δ' γερόντων.
55. *Aut opportunum ſilentium, aut ſermonem utilem habe.*
Ἢ σιγὴ καίριον, ἢ λόγον ὠφέλιμον.
56. *Modeſtius de ſe ſentire, aut plus virium habere oportet.*
Ἢ φρονεῖν ἔλασσον, ἢ δυνάσθαι δεῖ μεῖζον.
57. *Ubi virtuti ſuus honos deeſt, improbitas licentius graſſatur.*
Μὴ πυμωθῆς ἀρετῆς, ἢ κακία παῤῥησιάζεται.
58. *Certamen exile haud decus magnum parit.*
Μικρᾶ δ' ἀγῶν ὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.
59. *Una hirundo non facit ver.*
Μία χελιδὼν ἔαρ ὐ ποιεῖ.
60. *Odi ſophiſtam quiſquis haud ſapit ſibi.*
Μισῶ σοφιςὴν ὅςις ὐχ ἑαυτῷ σοφός.
61. *Acti laboris nulla habetur gratia.*
Μόχθυ χὴ ὐδεὶς τῦ παρελθόν ος λόγος.
62. *Stultus tacere neſcit.*
Μωρὸς σιωπᾶν ὐ δυάται.
63. *Mens videt, & mens audit.*
Νῦς ὁρᾷ χὴ νῦς ἀκύει.
64. *Servare leges patrias pulchrum ac bonum.*
Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις καλόν. 65. *Par*

52 Phocionis ægroti ſponſio adverſus neſcio quem importune ſibi occinentem, *te Phocion interficient Athenienſes.*

65. *Par cum diis parentibus lege eſt honos.*
Νόμος γονεῦσιν ἰσοθέοις τιμὰς νέμει.
66. *Mœrore morbum perpeti minus grave.*
Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστι ἢ λύπαις φέρειν.
67. *Morbus amicitiæ aſſentatio.*
Νόσος φιλίας ἡ κολακεία.
68. *Lignum curvum nunquam rectum.*
Ξύλον ἀϛκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν.
69. *Deo volente ridet & flet quilibet.*
Ξυὶ τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται.
70. *Communis Mars perimentem ſæpe perimit.*
Ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τὸ καταϛάντα κατέκτα.
71. *Punit ſuperbè ſe gerentes Jupiter.*
Ὁ Ζεὺς κολάζει τῶν ἄγαν ὑφρόνων.
72. *Domus amica, domus optima.*
Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριϛος.
73. *Domi manere convenit felicibus.*
Οἴκοι μένειν δεῖ τὸ καλῶς εὐδαίμονα.
74. *Vinum & pueri veraces.*
Οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς.
75. *Iones liberi quidem mali, ſervi autem probi.*
Οἱ Ἴονες ἐλεύθεροι μὲν κακοὶ, δοῦλοι δ' ἀγαθοί.
Hoc noſtrates de Gallis uſurpant.
Frenchmen are good Servants but bad Maſters.
76. *Mundus ſcena, vita tranſitus, veniſti, vidiſti, abiſti.*
Ὁ κόσμος σκηνὴ, ὁ βίος πάροδος, ἦλθες, εἶδες, ἀπῆλθες.
77. *Tempus levabit ſoſpitator omnium.*
Ὁ κοινὸς ἰατρός σε ἀπαλλάξει χρόνος.
78. *Oratio quidem admirabilis, ſed qui illam profert non credendus.*
Ὁ μὲν λόγος θαυμαϛὸς, ὁ δὲ λέγων ἄπιϛος.
79. *Quiſquis bis naufragium faciet, fuſtra Neptunum accuſat.*
Ὅϛις δὶς ναυαγήσει μάτην μέμφεται Ποσειδῶνα.

80. Non

80. *Non ſinit me dormire aut negligentius agere Miltiadæ trophæum.*

Οὐκ ἐᾷ με καθεύδειν οὐδὲ ῥᾳθυμεῖν τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον. Vox Themiſtoclis.

81. *Non potes Phocione amico & aſſentatore uti.*

Οὐκ ἔνι Φωκίωνι φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι.

82. *In eo quod non neceſſarium eſt, neceſſario uteris.*

Οὐκ ἐν δέοντι χρῇ τῷ δέοντι.

83. *Nil prorſus æqui cogitat vir urbicus.*

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἀνὴρ ἀστικός.

84. *Homini cum Deo nefas contendere.*

Οὐκ ἔστι θεοῖς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι.

85. *Non locus virum, ſed vir locum glorioſum facit.*

Οὐχ ὁ τόπος τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ὁ ἀνὴρ αὐτὸν ἔντιμον ποιεῖ.

86. *Clavus clavo pellitur.*

Πάτταλος πατάλῳ ἐκκρούεται.

87. *Paupertas ſapientiam ſortita eſt.*

Πενία σοφίαν ἔλαχεν.

88. *Multa cadunt inter calicem ſupremaque labra.*

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Antholog.

89. *Nempe, ut loquuntur, gloriæ eſt labor parens.*

Πόνος δ' ὡς λέγουσιν εὐκλείης πατήρ.

90. *Me copioſe multa ob invidiam doces, ut multa poſt audita, nil diſcam tamen.*

Πολλά με διδάσκεις ἀφθόνως διὰ φθόνον· ὅπως ἀκούων πολλὰ, μηδὲν ἐν μάθω.

91. *Sæpe etiam eſt ſtultus valde opportuna locutus.*

Πολλάκις καὶ μωρὸς ἀνὴρ καταιρέσιον εἶπεν.

92. *Quæ*

92. *Quæ manibus tenentur meliora sunt iis quæ expectantur.*

Τὰ ἐν χερσὶ κρείττονά ἐστι τῶν προσδοκωμένων.

Adagium Anglicum.

A Bird in the Hand is worth two in the Bush.

93. *Opes amicos comparant mortalibus.*

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.

94. *Veritatem reticere, aurum est sepelire.*

Τὸ σιγᾶν δ' ἀλήθειαν, χρυσὸν ἐστὶ θάπτειν.

95. *Amans, circa rem amatam cæcus redditur.*

Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν

96. *Audere multa, ut multa peccentur facit.*

Τὸ πολλὰ τολμᾶν, πολλὰ ἁμαρτάνειν ποιεῖ.

97. *Quæ consequi non possis, ne aggrediaris.*

Τῶν ἀνεφικτῶν μὴ ἐπιχείρει.

98. *Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.*

Τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι.

99. *Nam laborantem etiam Deus juvat simul.*

Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

100. *Plurium calculus vincit.*

Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ.

101. *Ab æquitate vincier pulchrum ac bonum.*

Ὑπὸ τοῦ δικαίου δ' ἧττᾶσθαι καλόν.

102. *Formidabilior cervorum exercitus duce leone, quam leonum cervo.*

Φοβερώτερόν ἐστιν ἐλάφων στρατόπεδον ἡγεμόνι λέοντος, ἢ λεόντων ἔλαφος.

103. *Amare ineptè, nil ab odio discrepat.*

Φιλεῖν ἀκαίρως ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.

104. *Amans quæ non oportet, non amabis quæ oportet.*

Φιλῶν ἃ μὴ δεῖ, οὐ φιλήσεις ἃ δεῖ.

105. *Amat enim Deus omnia eminentia deprimere.*

Φιλεῖ γὰρ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.

106. *Mor-*

106. *Mortalem existentem non oportet altum sapere.*

Φρονεῖν δ' θνητὸν ὄντ' οὐ χρὴ μέγα.

107. *Tuamet lyra utitor, non proximi.*

Χρῶ τῇ σαυτοῦ λύρᾳ, μὴ τῇ τοῦ πέλας.

108. *Magistratus virum demonstrat.*

Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι.

109. *Tacere oportet, aut silentio potiora loqui.*

Χρὴ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν.

110. *Auro loquente sermo inanis omnis est.*

Χρυσοῦ λαλοῦντος, πᾶς ἀπεφλοίτω λόγος.

111. *Persuadet aurum quidlibet, silens tamen.*

Πείθειν γὰρ οἶδε κοὐ πέφυκε μὴ λέγειν.

112. *Probrum artis medicæ imperitorum, manifesta laus est medicorum.*

Ψόγος ἀνιάτρων ἔπαινος ἀντίκρυς ἰατρῶν.

113. *Mons parturivit, deinde murem enixus est.*

Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μυῦν ἀπέτικτεν

114. *Cui nihil satis, huic etiam nihil turpe.*

Ὧ ἱκανὸν οὐδὲν, τούτῳ γε αἰσχρὸν οὐδέν.

115. *Tace puer, multum boni in silentio.*

Ὦ παῖ, σιώπα, πολλὰ ἔχει σιωπὴ καλά.

FINIS.

Alterius Delectûs
SPECIMEN,
Ex nuperis, maximè,
POETIS,
Ab Electoribus
PRÆTERMISSIS.

PRÆFATIO.

Divenditâ propè Editione Londinenſi Delectûs Epigrammatum, *cum novam Bibliopola meditaretur cuperetque ut ea Auctario aliquo Poetico cumulatior prodiret, venit mihi in mentem (quod aliquot abhinc annis inaudiveram) ornatiſſimum virum* Ph. Fowke *M. D. nonnulla, haud indigna quæ graviſſimo Delectui adjicerentur, ex multa Poetarum lectione annotâſſe: Per literas itaque rogavi, ut ſi quando fructus otii daretur ab utilioribus artis ſuæ ſtudiis & occupationibus ad politiorem literaturam imprimiſque Poeticen recolendam, excerpere ea & publici juris facienda communicare dignaretur; perbenignè adeo (ut eſt ad comitatem unicè factus) feſtinante calamo exſcripſit meoque arbitrio permiſit, quæ Additamenti nomine habes, Lector, Epigrammata ſive mavis Poematia.*

Monendus es autem hæc non ad Diſſertationis normam accuratè exigenda eſſe, neque enim illud fuiſſe Electoris noſtri propoſitum videtur, ſed potius limites Poeſeos nimis anguſtè conſtitutos protendere, & patentiorem ingenio campum aperire quo latiùs expatietur & liberiùs ſe exerceat.

Duo præcipuè in ſeligendis Epigrammatis graviſſimi Cenſores videntur ſpectâſſe, morum integritatem & conjunctam naturæ veritatem: *alteri quidem optimè conſultum eſt rejectis quibus inerant* immunda ignominioſaque dicta, *in alterâ verò ſeveram nimis (detur verbo venia) cenſuram egerunt: qui enim Fabulas rejiciunt propriam Poeſeos materiam, qui Fictionem animam ipſam Poeſeos excludunt, næ illi liberum Poetices genium intra nimias anguſtias coercent: Quod nolumus dictum exiſtimari in invidiam doctiſſimorum Criticorum, quorum judicio plurimum tribuimus; ita tamen Epigrammata illorum regulis convenientia maximè probamus, ne quæcunque iis minus reſpondeant continuò improbanda fateamur.*

PRÆFATIO.

Duplici quippe Poeſens ſine ab optimo Artifice propoſito & Prodeſſe & Delectare, *illum (utpote longè nobiliorem) ita ſedulo ſpectabant, ut magnam hujus partem prætermitterent: quòd cum varia delectatio è Poeſi orta, ſit humana admodum & liberalis animi remiſſio, & ad acuenda puerorum ingenia mirè efficax; viſum eſt operæ pretium hujuſmodi Amœnitatum Poeticarum (inter quas aliquot Amatoriis locus eſt reſtitutus) ſpecimen exhibere, in tenui plerumque materia, nec tamen ideo minori cum laude; nam in luſibus hiſce nugiſque non argumenti dignitas ſed felicitas inventi advertenda eſt.*

In ſummâ, cum imagines ad veri imitationem effectæ gratâ jucunditate teneras mentes influunt, & inſitam ingenii vim exſuſcitant; fruatur ingenua juventus utili oblectatione ex hoc poſteriore Delectu Epigrammatum; quinetiam (hortante Quinctiliano) audeat hæc ætas plura & inveniat, & inventis gaudeat, ſint licet illa non ſatis interim ſicca & ſevera, facile remedium eſt ubertatis, *&c. Ne verò luxuriet nimium indoles læta, & libertas fingendi in licentiam excidat; ſæpiùs obverſetur animo Poetica meditanti monitum illud ſummi Artificis,*

Ficta voluptatis causâ ſint proxima veris.

Johannis

Johannis Lud. Balſacii Galli V. Cl. Epigramma in Epigramma.

MAlim Elegos, malim longas componere Sylvas :
Heu ! quam difficilis res Epigramma mihi eſt !
Nempe illic poſſum ſpatioſo currere campo,
Hîc anguſto agilem flectere cogor equum.
Sat ſuerit ſcripſiſſe alibi caſte atque Latine,
Hic lepor & brevitas mixta lepore decet.
Ni lectum legiſſe juvet, ni pruriat auris ;
Judice me, Verſus, non Epigramma leges.

Non inelegans, ut mihi videtur, & compendioſa deſcriptio generis & ſtructuræ hujus carminis : cæterùm ut accuratiſſime innoteſcat Juventutibus, quibus ſalivam movent iſtiusmodi delicæ diligenter rei genda eſt pulcherrima de Pulchritudine, &c. Diſſertatio.

Lis & Victoria mutua.

BElla inter geminos pluſquam Civilia Fratres
Traxerat ambiguus religionis apex :
Ille Reformatæ Fidei pro partibus inſtat,
Iſte reformandam denegat eſſe fidem :
Propoſitis cauſæ rationibus, alterutrinque
Concurrere pares, & cecidêre pares :
Quod fuit in votis, fratrem capit alteruterque,
Quod fuit in fatis, perdit uterque fidem :
Captivi Gemini nullos habuêre triumphos,
Sed victor victi transfuga caſtra petit :
Quod genus hoc pugnæ eſt ? ubi victus gaudet uterque,
Et tamen alteruter ſe ſuperaſſe dolet.

Epigramma Doct. Guilielmi Alabaſter in Fratres Johannem & Gulielmum Reynolds ſeſe mutuò in diverſam fidem pertrahentes. Vide D. Foulii Hiſtor. Conjurat. & Prodit. Papiſt. p. 421. vel Heylyni Coſmograph. p. 303.

Κηριοκλέπτης Theocrit. Idyl. 19. Jul. Cæſ. Scaligeri V. Cl.

DUM cellas vexat digitis, furtimque puſillâ
Surripit argutus mella Cupido manu:
Parca operis vindex ſecurum & plura parantem
Verrere, ſæva fero vulnere fixit apes.
Excutit ille hoſtem, ac terram pede pulſat, & udo
Ter quater incenſam perflat ab ore manum.
Ignea tum lachrymans oſtendit vulnera matri
Singultans preſſis blæſa ſuperciliis;
Quodque adeo tenui ſæviſſet barbara telo,
Tantula ſit tanti vulneris auctor apes?
Cui ridens Genitrix: ne me his inceſſe querelis:
Tu quoque tam parvus vulnera quanta facis?

Idem argumentum interprete Jacobo Windet, M. D.

Jacob. Windet non ita pridem Coll. Regal. Med. Lond Socius, Vir, tam in ſua arte, quam in omnis generis politioris literaturæ ſcientiâ percelebris, quantum in Poeticâ valuit, oſtendunt, quæ extant ſpecimina, in Immane illud Caroli I. Regis Parricidium σχεδιασμὸν, cum ejus indignatione ad Auguſtiſſ. Carolum II. Reducem, &c. Aurea carmina & Ære perenniora.

QUando amor aerio manantes nectere ceras
Diripuit, digitos improba punxit apes;
Ille dolens ſufflare manum, terrâque recuſsâ
Exilit, & matri ſaucia membra refert.
Et conqueſtus, apes quod parvæ cuſpidis ictu
Quamlibet exiguæ, vulnera tanta darent:
Nonne & apum ſimilis tu? retulit illa renidens:
Quamlibet exiguus vulnera quanta facis!

Ejuſdem

Ejuſdem Viri Clariſſ. In F. Petrarchæ Poemata quibus Lauram ſuam proſequitur.

QUam pulchrâ flammâ incaluit tibi vena, lepores
Quanti inſunt numeris, Die Petrarche, tuis?
Nec virgo abludit nec dives vena, videtur
Arſiſſe hic Daphnen alter Apollo ſuam.

Nota eſt fabula Phœbi & Daphnes. Synonym. voc. gr. Daphnes & Laurûs.

ROREL LA
Abrahami Couleii Angli.

POl tibi ſe præbet nimium natura benignam,
Et vitæ tempus dapſile mollis habes.
Flos micat argento, *tegitur* lanugine *corpus*
Purpureâ, *& venis* aureus humor *ineſt.*
Necnon in calicem *folium tibi quodque cavatum eſt.*
Et potu *nunquam non tumet ille* Calix.
Exſiccare illum non Comeſſator Apollo,
Non acris potor Syrius *ipſe valet.*
Arentes circum deſpectos turgida campos
Fluminibuſque *ipſis invidioſa mades.*
Et bibis & rides ſitibundos improba menſes,
Hydra *rebullit aquæ prodigioſa novæ.*
Te tuus irrorat Nilus *de* fonte latenti,
Et jubet invito luxuriare Jove.

Item tibi unam ariſtam, nedum ſpicilegium ex divite meſſe libri Plantarum, quem Latinè edidit Ab. Couleius noſter, Anglorum Pindarus, Maro, Flaccus, uti meritiſſimè in Cippo Marmoreo inſcribitur, Poeta natus, Divinus, ſupra omne præconium celebris ad ipſum fontem harum amœnitatum ſtudioſa juventus releganda eſt. Rorella, Roſ ſolis Rorida & corruptè apud vulgus Roſa Solis, Anglicè *Sun-Dew*, quæ nomina ſortita eſt, quod, magno naturæ miraculo, rore ſemper madeſcat, & tum maxime cum Sol ferventiſſimus eſt, quaſi ab ipſo Sole ros in eam dilaberetur. Itaque meridie colligi jubent, veteribus nota non erat.

Renati Rapin è Soc. Jes. Theologi, Poetæ Latini hujus ſeculi longe celeberrimi.

ERramus & nos Belleuri, *vanus tenet*
Ac faſcinat præpoſterè
Severitatis cultus : auſteri palam
Volumus videri, nec ſumus.
Loquimur ſevera, & delicatè vivimus :
Sic indoles eſt ſeculi.
Crepare mores inverecundi bonos
Audemus, & noſtri jacent.
Fœdaque molles diffluunt inertiâ,
Ætatis hujus in probrum.
Longinqua velis navigamus æquora,
Pontique ridemus minas,
Negotioſo ut ſerviamus luxui :
Quæcunque naufragio venit
Pretioſa res eſt : menſæ & abaci à finibus
Mundi afferuntur ultimis.
Lignumque fuco diſcolore patrium,
Maculiſque deformat faber,
Ut inſolens quid atque peregrinum exprimat.
Noſtro palato deſipit,
Vulgare quicquid atque plebeium ſapit.
Niveſque [1] *pœnas montium*
Laborioſas facere delicias gulæ,
Studemus per artes novas.
Partuque fructus arbores [2] *Adulterio,*
Dum parere ferro cogimus.
Nil eſurimus obvium & parabile,
Eſt vile quod pronum eſt nimis ;
Regum illa veſtis, Principumque purpura,
Noſtros in uſus viluit.
Spectatur altas Optimatum per domos

1 Nives montes mole ſua prementes, & arcentes genialem ſolis fervorem in cryptis aſſervatas ad calices refrigerandos.
2 Non genuino ſed adoptivo & fictitio.

Jam

Jam [3] *purpurata ſervitus.*
Pro foribus ipſis turba famulantium fremit,
Longiſque oberrat atriis.
Populo viſenda, ſe ſui oſtentans heri
Coloribus ſub ſplendidis.
Amnes regeſto ſubmoventur è ſolo,
Campi innatantur amnibus;
Et ſubſtruendis molibus terra intimis,
Perfoſſa viſceribus gemit:
Faſtu inſolenti magna privatæ domus
Struuntur in palatia.
Marmore ſuperbum limen eſt, & grandibus
Addenda tectis porticus,
Auriſque aperta perviis, longum explicat
Se per columnarum ordinem.
Opulenta ſplendent ſumptuoſa ædibus
Aulæa: Cryſtallus domum
Lucet per omnem multa: laqueare nitet
Auro nitenti perlitum:
Ferro vibratam, perque nexus tortiles,
Pexam renodamus comam;
Trans mare petitis crinibus, quos nutriit
Et vendidit [4] Britannia.
Et per colores non ſuos nigrum caput
Mutare flavo diſcimus:
Ori paratur arte medicatus rubor,
Genaſque fucus inficit.
Manus olentes roribus Jaſmineis,
Roſeis capillos ungimus:
Pictamque plumis addimus ſuperbiam,
Tumidum ut inumbremus caput:
Faſtidioſus nomina exhauſit novis
Antiqua luxus veſtibus.
Monilibuſque colla torquata exteris,
Cenſus maritæ conjugum
Doteſque vendunt, ut novum formæ decus
Parent & exponant procis.

[3] Veſtis ſervilis locupletis Domini ſymbolum.

[4] Britannia, Suecia, Dania, genteſque verſus Aquilonem capillos ſuffavos & candicantes (ut plurimum) habent frequentius quam quæ ad Auſtrum.

Virgata veſtis moris externi platet
Veſtes ſupra jam patrias!
Sed latera amictu deprimunt arctiſſimo
5 Unde gracileſcant virgines.
Comptumque velo dum levi obnubunt caput
Ardent videri, dum latent:
Et diſſolutis induuntur veſtibus,
6 Ut pateat inſidiis pudor.
Hoc merſa cæno Civitas non ſe amplius
Agnoſcit, & ſui pudet.
Morum hæc ruina dedecuſque ſeculi
Longa eſt querelarum ſeges,
Et digna, cur per inſitam modeſtiam
Frugalitatem per tuam
Sanctoſque mores, temporis tam perditi
Hanc improbaturos lucem,
Placandus ad te provocarem Belleuri
Et rumperem ſilentium.

5 Tametſi bona eſt natura, reddunt curaturâ junceas. Terent. in *Eunuch.*

6 Velamenta diaphana, pellucida, Byſſina vel Bombycina, multicia. Juvenal. Sat. 2.

Ejuſdem ad Cicadam.

O Quæ virenti graminis in toro
Cicada, blande ſedes, & herbidos
Saltus oberras, otioſos
Ingenioſa ciere cantus:
Seu forte adultis floribus incubas,
Cœli caducis ebria fletibus;
Gaudeſve perſultare campi
Graminei viridis *per* undas:
Seu voce concors accinis æmulâ,
Pagi eruditas inter arundines;
Aut provocatos cantilenis
Agricolas animoſa vineis:
Seu per loquaces garrula rivulos
Stridore rauco ludis agreſtibus

Laſſis

Laſſis fatigatiſque bobus
In medio modulamen æſtu :
Exaggerati ſeu tibi Nectaris
Rorem miniſtris perpulit imbribus
Cælum, coronatoſque gemmis
Roriferis thalamos adornat.
Ades canenti ; dum tibi marmore
Vates perenni, carminibus bonus
Molitur immortale templum,
Unde per ora virûm volabis.

—EJUSDEM AD ILLUSTRIS. PRINCIPEM SENATUS LAMONIUM IN FONTEM POLYCRENEN.

O Fons, ocello ruris atque uber tui !
Heri O voluptas innocens !
Tuamne certem pauperis venâ ingeni
Æquare vates copiam ?
Cui par nec ille fuerit Aonius liquor
Movere cantus efficax :
[1] *Nec qui Sicano gurgite intactus fugit*
Amnem maritum reſpuens.
Non te ſuperbo, [2] *Parius hinc ambit lapis,*
Hinc concha dives margine
Non alta regum tecta, picto in alveo
Tumidus videri, perluis.
[3] *Sed muſco & udo gramine agreſtem paras*
Tibi ipſi thalamum ruſticus :
Et inter umbras, atque aperta vallium
Vitreo fugax curris pede :
At ne pudori ſit tamen, quod nil manus
Tibi fabra cultûs addidit.
Caduca dos eſt artis, æternus manet
Creſcitque naturæ decor.
Sorte O tuâ beate ! Lamonidæ *places ;*

1 Nota eſt Hiſtoria Arethulæ & Alphei in Sicilia fluminum quæ aquas non intermiſcent. Idem dicitur de Rhodano cum Lachu Lemano immiſcibili.

2 Paros inſula Cycladum una, nobilis marmoris copiâ & elegantiâ.

3 *Quanto præſtantius eſſet Numen aquæ, viridi ſi margine clauderet undas Ripa, nec ingenuum violarent marmora tophum ?* Juv. S. 3. v. 18.

Hunc

Hunc nuda ſimplicitas capit,
Fuci animus expers ſcilicet, mores ſuos
In te intuetur & probat:
Ac nunc inundis lenè decurrentibus
Placidoque fuſis agmine.
Siticuloſis ſpecimen eloquii exhibes
Blandè influentis auribus:
Nunc liberalem pingis, & avaras opes
Sibi retinere neſcium;
Seu cùm ardet æſtas, feras bonus velis opem
Herbiſque ſupplicantibus;
Seu vitæ egentes arbores felicibus
Rigando lymphis recreas.
Nec te rapacis more torrentis juvat
Latè ruinis creſcere,
Corripere meſſes, nemora, cumque ovilibus
Ipſas colonorum domos:
Herum æmularis nempe, quem nulli gravem,
Cuncti benignum ſentiunt:
Hunc ipſe ſentis, quando reclinans caput
Amatæ in oræ gramine
Æſtum liquore temperat gelido, & ſuis
Te conſecrat ſudoribus;
Trepidæ laborant undæ, & alternis manus
Gaudent adorare oſculis;
Juſtâ hinc tumentes ſe ferunt ſuperbia
Dulcique plena imagine
Monti, obviiſque vallibus Lamonium
Fluctu loquuntur garrulo.
Jure ergo, Fons venuſte, delicias ſuas
Suoſque amores te vocat:
Teque Polycrenen jure dici vult, novo
Plaudente famâ nomini.
[4] *Certe Hippocrenen occupatam Barbaris*
Meliore reddas omine.
Phœbo & relicto, ſacra Muſarum cohors
Unum colat Lamonium.

[4] Hippocrene fons celebris Poetis, quem natum fabulantur ex ictu ungulæ Pegaſi equi alati in Bœotia juxta Heliconem jam à Turcis occupatam.

Fons Pamphilius Innocentii X. Pont. Max. opus admirabile in Circo Agonali Romæ.

Ferdinandus lib. Baro de Furſtenberg.

ORBIS quadrifidi ſimulacrum cernis in urbe
Flumina qui noſtro fonte quaterna bibis:
Hîc Ganges, hîc qui dulces Argenteus amnis
In mare, perrupta [1] *Doride, volvit aquas.*
Hic Iſter pronâ recubat ſeptemfluus urnâ,
Et totidem Nilus cornua fronte gerit.
[2] *Omnes Roma parens gentes complexa, miniſtrat*
Omnibus ex uno fonte ſalutis aquam.

1 Doris nympha marina pro mari ipſo. Amnis Argenteus Hiſpanis dictus Rio de la Plata, h. e. ab argento, leucarum quadringenta oſtio in mare fertur adeo violentus, ut indè nautæ dulces hauriant aquas, priuſquam tellurem ex alto conſpiciant. Maffæus, Hiſt. Ind. lib. 2. 2 Sic loqui amant Papicolæ: verum nos ex ipſo fonte aquarum viventium, SS. Scriptura, & Eccleſia verè primæva ſalutares latices haurimus.

In Fontem in Vico Sancti Auguſtini Pariſiis.

QUÆ dat aquas, ſaxo latet hoſpita nympha ſub imo,
Sic tu cùm dederis dona, latere velis.
Neſciat ſiniſtra quid dextera porrigat.

Super

Super Pontem Noſtre-Dame Pariſiis, ſubtercurrente Sequanâ.

SEquana cum primum Reginæ allabitur urbi
Tardat præcipites ambitioſus aquas ;
Captus amore loci, curſum obliviſcitur amnis
Quo fluat, & dulces nectit in urbe moras.
Hinc varios implens, fluctu ſubeunte, canales,
Fons fieri gaudet, qui modo flumen erat.

Petri Molinæi Viri Magni Doct. Theol. Canonic. Cantuarienſis.

Rubellioni ad Canonicas preces aſſiduo.

SAcris amice cantibus Rubellio,
Noſtrique ſuccentor chori,
Cui pura noſtris concolores infulis
Plumas honeſtat purpura.
Vernante cantu noſtra demulces ſacra
Hyememque templo ſubmoves.
Quâ te celebrem laude purpuratule ?
Tuâne ſub ſpecie latet
Alatus ut tu, Cantor ut tu laudium
Summi Tonantis Angelus ?
Qui dum Organorum concavi pulſu tonant
Ædis ſuperbæ fornices,
Adeſt benignus & favet pſallentibus
Et æmulos miſcet ſonos,
Alis coruſcans alacre geſtientibus
Dei beatus laudibus.
Si vero avis tu, & verus es Rubellio,

Veſtram

Veſtram fidem Fanatici!
Aviſne ut hymnis ex fera fiat cicur
Vos fecerint hymni feros?
Ipſaſque Templo dulcè concilians aves
Vos laus Dei Templo fuget?
Salveto noſtri fida pars Collegii
Totius exemplum Chori,
Cui non ſevero fixit ullam codice
Abſentis aut tardi notam
Præcentor acer; ſive ſol ſanctas preces
Oriens reducit aut cadens
Mediove celſus axe, tu nunquam dees
In æde ſubſultim ambulans.
Mox organorum pegma ſublimis petis
Cantuque vinces organa
Gracili & ſonorâ voce, Cornicinum vicem
Acuens gravem ſymphoniam.
At his, Rubelle, pro tuis meritis pius
Spargit tibi micas puer;
Quas tu per aream, huc & illuc ſaltitans
Sacro peracto colligas;
Tum dum canentem certa ſtant ſtipendia
Immunis unicus canas?

Ejuſdem Mitiſſa.

Mitiſſa celsâ nobile ab Cypro genus,
Cyprique blandâ blandior felis Deâ;
Cui veneta nigro illuſa pellis limite
Ambagioſo tortili volumine
Jaſpide nitet [2] imbricata puriùs:
Plumâ columbæ turturiſve mollior
Tenero puellæ flore delicatior,
Pellaciorque nequior vulpeculâ;
Quâ nec pitheci geſtuoſi ſunt magis,
Quâ vel ſicuti ludibundi ſunt minus.

[1] Nomen felis ſuæ, à manſuetudine & miti indole ductum.

[2] Imbricata, variegata, virgata, vox ab arte Architectonica mutuata, vid. Gloſſ.

Mihi

Mihi prodeunti prodeambulas comes,
Ego geſtienti geſtiens colludere,
Cyclos ſinuſque virgulam circum movens
Deſigno, tuque virgulam prehendere
Avida, in volucrem proſilis volucrior,
Cita curſu, præpes ungue, oculis micans,
Lumbo huc & illuc flexilis verſatili,
Æquaſque gyros & ſinus cum virgulâ.
Domum revertor, tuque mecum, vix benè
Lecturus aut ſcripturus aſſedi ſtatim
(Muſis miniſtra ſcilicet) menſæ inſilis;
Tenuique roncho blanda te mihi affricas,
Et uſque & uſque teque mulceri jubes,
Surrecta caudam rigidulam, dorſo arduam,
Mox aſſides, notaſque quid rei geram,
Tentare luſu certa quicquid movero,
Verſare chartam, morſicare pennulam,
Recenſque ſcriptam lineam, procacula
[3] *Tagace frictu literam latam facis.*
Talitro repreſſa, mæſta retrahis pedem;
Breviorque collo, pavida connives nocens
Oculos pudentes; dein remotior ſedens
Amans inaudax, cui reæ fiduciam
Adimens, amorem non tamen minuit metus:
Modeſta ſupplex in me figis lumina.
At jure, Mitiſſa, ambigas mihi an tibi
Sit cura major integrandæ gratiæ.
Sed exi, & icta ſi quid irarum premis,
Mitiſſa, quicquid eſt apud me ſoricum
Offenſioni dedo mactandum tuæ:
Hi luridi hoſtes & mei & tui, meam
Iram ſuâ cæde expient, ſatient tuam.

[3] Tagax (ab obſoleto Tago) curtivus, clanculariis.

Theodori

Theodori Bezæ Tinea : Ad Muſas tineæ ſacrificium ludicrum.

Si rogat Cereremque Liberumque
Vitæ ſollicitus ſuæ colonus ;
Si Mavortis *opem petit cruentus*
Miles, ſollicitus ſuæ ſalutis :
Quidni, Calliope, *tibi tuiſque*
Jure ſacra feram, quibus placere
Eſt unum ſtudium mihi, omnibuſque
Qui vatum è numero volunt haberi ?
Vobis ergo ferenda ſacra, Muſæ :
Sed quæ victima grata? quæ Camenis
Dicata hoſtia ? parcite, ô Camenæ :
Nova hæc victima, ſed futura vobis
Suavis, arbitror, admodumque grata.
Accede ô Tinea, illa quæ puſillo
Ventrem corpore tam geris voracem :
Tène Pieridum *aggredi miniſtros?*
Tène arrodere tam ſacros labores?
Nec factum mihi denega. Ecce furti
Tui exempla, tuæ & voracitatis.
Pene tu mihi paſſerem Catulli,
Pene tu mihi Lesbiam *abſtuliſti.*
Nunc certè meus ille Martialis
Ima ad viſcera roſus uſque languet,
Imo & ipſe Maro, *cui pepercit,*
Juſto Cæſare *ſic jubente, flamma,*
Læſus dente tuo, ſceleſta, languet.
Quid dicam innumeros pene eruditos,
Quorum tu monumenta, tu labores
Iſto peſſimo ventre devorâſti ?
Prodi, jam tunicam relinque, prodi :
Vah ! ut callida ſtringit ipſa ſeſe !
Ut mortem ſimulat ! ſceleſta prodi,

Pro tot criminibus datura pœnas.
Age, iſtum jugulo tuo cruento
Mucronem excipe, & iſtum & iſtum.
Vide ut palpitat, ut cruore largo
Aras polluit hæc profana ſacras.
At vos, Pierides, *bonæque Muſæ,*
Nunc gaudete : jacet ſera interemta,
Jacet ſacrilega illa, quæ ſolebat
Sacros Pieridum vorare ſervos;
Hanc vero tunicam, has dico, Camænæ,
Vobis exuvias, ut hinc tropæum
Parnaſſo *in medio locetis, & ſit*
Hæc inſcriptio : de ferâ interemtâ,
Beza dat ſpolia hæc opima Muſis.

Naturæ ſatisfit ex facilè parabilibus ex Petr. Arbitri fragmentis.

OMnia quæ miſeras poſſunt finire querelas,
In promtu voluit candidus eſſe Deus :
Vile olus, & duris hærentia mora rubetis,
Pugnantis ſtomachi compoſuêre famem.
Flumine vicino ſtultus ſitit, & riget Euro :
Cum calidus tepido conſonat igne rogus :
Lex armata ſedet circum fera limina nuptæ,
Nil metuit licito fuſa puella toro.
Quod ſatiare poteſt, dives natura miniſtrat :
Quod docet infrænis gloria, fine caret.

Vita

Vita Beata. Pentadis ex Apollodoro magna ex parte.

NON est falleris hæc beata, non est
Quod vos creditis esse, vita non est.
Fulgentes manibus videre gemmas:
Aut testudineo jacere lecto,
Aut pluma latus abdidisse molli;
Aut auro bibere, aut cubare cocco,
Regales dapibus gravare mensas:
Et quicquid Libyco secatur arvo,
Non unâ positum servare cellâ:
Sed nullos trepidum timere casus,
Nec vano populi favore tangi;
Et stricto nihil æstuare ferro:
Hoc quisquis poterit, licebit illi
Fortunam moveat loco, superbus.

Si nec metu premi, nec ambitu populari torqueri,
Nec titulis inflari te patieris; ipse tui Rex.
Rex est, qui metuit nihil,
Rex est, quique cupit nihil.——Seneca.

Lusus Pilæ (Amatorius) ex nive coactâ. Petronii Afranii Epigramma.

ME nive candenti petiit modo Julia, rebar
Igne carere nivem, sed tamen ignis erat.
Quid nive frigidius? nostrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus, Julia, missa tuis.
Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris.

Elegans & acutum Epigramma! me judice, ut ut in tenui materia, & affabre undiquaque concinnatum, & omnibus numeris absolutum.

Frigore

Frigore concretâ ſi latet ignis aquâ?
Julia, ſola potes noſtras extinguere flammas,
Non nive, non glacie, ſed potes igne pari.

Luſus Cupidinei, ſive Paroxyſmi Febriles Amatoris. Thomæ Randolphi Angli.

Nitidum Epigramma, elegantı undiq; Antitheſi ex genere amatorio, quod ſi quis omni modo reſpuat, næ is parum humanus eſt, niſi contra bonos mores peccet, quod ſacer limes eſto: ſic ſcripſit quicunque verſus ſcripſit: Et profectò ſine Venere friget Apollo. Sed cui non ſit venia poſt Cardinalem Petronium, Bertaldum Epiſc. Portæum Abbatem; qui amatoria quæ fecerant Juvenes carmina, etiam ſeniores publicare non dubitarunt?

AH miſer & nullo felix in amore! Corinnam
Cum rogat illa negas; cum negat illa, rogas.
Ambos urit amor, quid ſit felicius? ambos
Tempore non uno, ſed tamen urit amor.
Cum flagrat Corydon, frigeſcit fibra Corinnæ,
Cum tua frigeſcit fibra, Corinna calet.
Cur æſtas Corydonis hyems ſit facta Corinnæ?
Quidve Corinnæ æſtas ſit Corydonis hyems,
Unde ignis glaciem? Glacies unde efficit ignem?
Deſine crudeles, ſæve Cupido, jocos!
Deſine! ſed nec te Corydonis tollere flammas,
Tollere nec caſtas virginis, oro, nives.
Ure duos, extingue duos: Et pectus utriſque
Aut calor, aut teneat pectus utrumque gelu.

Ægid. Menagius, in Epiſt. ſuorum Poematum dedicatoria.

In Angelam in puerperio extinctam.

Epigramma minime ſpernendum, in fine ingeniosè aculeatum. Inter Epipramata & Poemata vetera. Edit. Pariſiis. *A. D.* 1590.

HIC jacet, in medio quæ concidit, Angela, partu,
Dum Juno gravidæ ſæva negaret opem:
Impia res tenerum ſaltem mors improba fœtum
Liquiſſet miſero, matre cadente, patri.

Aut

Aut matrem potius: quis enim cum carpserit uvam
Ipsam etiam vitem subsecuisse velit?
Plaudite vos steriles: soboles hanc perdidit, & sic
Sæpe solent ramos frangere poma suos.

Ex eodem libro Fortunæ mediocritas.

Vive & amicitias Regum fuge, pauca monebo,
Maximus hic scopulus, non tamen unus erat.
Vive, & amicitias nimio splendore nitentes,
Et quicquid colitur perspicuum, fugito.
Ingentes dominos & famæ nomina clara
Illustrique graves nobilitate domos
Devita, & longe vivens cole, contrahe vela,
Et te littoribus cymba propinqua vehat.
In plano tua sit semper fortuna, paresque
Noveris: ex alto magna ruina venit.
Non bene cum parvis junguntur grandia rebus,
Stantia namque premunt, præcipitata ruunt.

Pace tantorum virorum ad Catulliana liceat inferere mellitum istud Epigramma.

Acmen Septimius suos amores
Tenens in gremio, mea, inquit, Acme,
Ni te perdite amo, atque amare porro
Omnes sum assidue paratus annos,
Quantum qui pote plurimum perire:
Solus in Libya, Indiaque tosta,
Caspio veniam obvius leoni.

Hoc

Hoc ut dixit, amor ſiniſter ante,
Dextram ſternuit adprobationem.
At Acme leviter caput reflectens,
Et dulcis pueri ebrios ocellos,
Illo purpureo ore ſuaviata,
Sic, inquit, mea vita Septimille,
Huic uni domino uſque ſerviamus:
Ut multo mihi major acriorque,
Ignis mollibus ardet in medullis.
Hoc ut dixit, Amor ſiniſter ante,
Dextram ſternuit adprobationem.
Nunc ab auſpicio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur.
Unam Septimius miſellus Acmen
Mavult, quam Syrias, Britanniaſque.
Uno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias, libidineſque.
Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auſpicatiorem?

Ad illa Auſonii aureum iſtud Buculæ Æreæ.

[1] Myron celebris ſtatuarius.

Bucula ſum cœlo genitoris facta [1] Myronis
Ærea, nec factam me puto, ſed genitam;
Sic me Taurus init, ſic proxima bucula mugit,
Sic vitulus ſitiens ubera noſtra petit:
Miraris qu.d fallo gregem? gregis ipſe magiſter
Errantes inter me numerare ſolet.

Divinum iſtud Senecæ ex Cleanthe.

Nullum tam artum eſt jugum, quod non

Duc me parens celſique Dominator cœli
Quocunq; placuit, nulla parendi mora eſt:
Adſum

Adſum impiger : fac nolle, comitabor gemens
Maluſque patiar facere quod licuit bono :
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

minus lædat ducentemquam repugnantem ; unum levamen eſt malorum ingentium neceſſitatibus ſuis obſequi. *Sen.* de *Ira*, lib. 3.

Ad Excerpta Perſiana iſtud pene Chriſtianum.

COmpoſitum jus faſque animi, ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectore honeſtum.
Hæc cedo ut admoveam templis, & farre litabo.

Ad Virgiliana perelegans & admodum Poëtica noctis ſilentis & intempeſtæ deſcriptio. lib. 4.

NOX erat, & placidum carpebant feſſa soporem
Corpora per terras, ſylvæque & ſæva quiêrant
Æquora : cum medio volvuntur ſidera lapſu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres,
Quæque lacus late liquidos, quæque aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Ad Horatiana Satyr. lib. 2.

——— ADde quòd idem
Non horam tecum eſſe potes, non otia recte
Ponere, teque ipſum vitas fugitivus, ut erro :
Jam vino quærens, jam ſomno fallere curam
Fruſtrà :

Interdum quies inquieta eſt & ideo ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi ſumus,

quoties nos male habet inertia sui impatiens. *Seneca Epist.* 55.

Fruſtrà: nam comes atra premit, ſequiturque fugacem.

Illud Epiſtolarum Lib. I.

CUI non conveniet ſua res, ut calceus olim
Si pede major erit, ſubvertet: ſi minor, uret.

Ad illa D. J. Juvenalis ex aureâ Satyrâ X.

ORandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano:
Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem,
Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoſcunque dolores,
Neſciat iraſci, cupiat nihil, & potiores
Herculis arumnas credat, ſævoſque labores,
Et Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.
Monſtro quod ipſe tibi poſſis dare: ſemita certè
Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed nos
Te facimus, fortuna, *deam, cæloque locamus.*

——Parce privatus nimium cavere,
Dona præſentis rape lætus horæ, &
Linque Severa.
Hor. Od. 8. lib. 3.

FINIS.